A X
l
29

00053752

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

LEXICON HEBRAICUM ET CHALDÆO-BIBLICUM

ORDINE ALPHABETICO TAM PRIMIGENIA, QUAM DERIVATA VETERIS TESTAMENTI HEBRAICA, ET CHALDAICA VERBA, ET LATINAS EORUMDEM INTERPRETATIONES

EX JOHANNIS BUXTORFII

ALIORUMQUE ERUDITISSIMORUM VIRORUM OPERIBUS EXCERPTAS

EXHIBENS

DIGESSIT, MULTISQUE AUXIT, ATQUE ILLUSTRAVIT

FR. JOSEPHUS MONTALDI

ORD. PRÆDICATORUM

ROMÆ IN COLLEGIO GERMANICO

CONTROVERSIARUM FIDEI, ET HEBRÆÆ LINGUÆ PROFESSOR

TOMUS PRIMUS

א *ad* י

53752

AX d 27

ROMÆ MDCCLXXXIX.

EX TYPOGRAPHIA JO. ZEMPEL.

SUMPTIBUS NATALIS BARBIELLINI BIBLIOPOLÆ IN FORO PASQUINI.

SUPERIORUM FACULTATE.

R
Hcb 492.4592 7
Bux/Lex
53752

S. AUGUSTINUS.

Latinæ Linguæ homines, quos nunc instruendos ſuſcepimus, duabus aliis ad Scripturarum Divinarum cognitionem opus habent, Hebræa ſcilicet, & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem adtulerit Latinorum Interpretum infinita varietas „ *lib.* 2. *de Doct. Chriſt. cap.* XI. *tom.* 3. *nov. edit. part.* 1.

00053752

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

IGNATIO BONCOMPAGNIO

S. R. E. CARDINALI

COLLEGII GERMANICI

PROTECTORI.

FR. JOSEPHUS MONTALDI ORD. PRÆD.

QUòd Lexicon hoc Hebraicum, Chaldæo-Biblicum jamdiù à me cœptum, & sæpenumero, aliis negotiis, quibus me vel necessitas adigebat, vel voluntas, præpedito, intermissum, nunc demum, post creditam tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, supremam Colle-

gii Germanici curam, perfectum, absolutumque Tuo Nomini inscriptum in lucem edendi, venia mihi, atque facultas fuerit data, felicitate quadam mea contigisse, jure, ac merito arbitror. Itaque non solum honore lætor singulari meo, Patrono scilicet tanto, qui vel solo nomine splendorem rebus & obscurissimis afferre, & nullius in Litteraria Republica famæ hominem illuſtrare poteſt; sed & vehementer oblata gaudeo occaſione, qua, quod mea interat maximè, sum assequutus, ut nimirum quanti Te facerem, & quantum Tibi, Excellentissimæque, qua prognatus es, Stirpi deberem, grati, devinctique animi publico declararem argumento. Ecquis enim tam est ignarus historiæ, tamque imperitus rerum ab immortalis, Tibique cumprimis jucundæ, dulſcisque memoriæ Gregorio XIII. præclarè gestarum, qui, animo colligens, qua de re hoc ipsum opus sit, qua de causa, quo auctore conceptum, quorum gratia, atque commodo susceptum, exactumque, quin illud & sit totum Tuum, & esse debeat, Tibique propterea non tam offerendum, quam reddendum esse, dubitare queat? Atque est quidem in eo perpetua de Veteris Testamenti libris,

bris, qui Proto-Canonici appellantur, quique sunt aliorum omnium basis, atque fundamentum, exponendis, illustrandis, vindicandisque tractatio, accepta ab ipsomet Hebræo, & Chaldaico fonte, quo illi primò conscripti, editique fuere, quo & Hebræi, ut divinis de Christo oraculis tenebras offundant, & Hæretici, ut Vulgatæ nostræ elevent veritatem, turpiter abutuntur. Quid porrò Theologis, quorum est & Christianos instruere, & cum Religionis nostræ hostibus de fide certare, quorum est, Christianæ Reipublicæ non salutem modò, sed & tranquillitatem, decus, atque incrementum procurare, conservareque, quid, inquam, jucundius, aptius, facilius, feliciusque Orientalium Linguarum studio, peritia, plenàque scientia? Majores quidem nostri, inprimisque Pontifices Maximi qualibet Christiani nominis ætate, cùm cognitum, perspectumque haberent, quàm magnæ, quàmque illustres ex Græcorum, atque Hebraicorum fontium cultu in Ecclesiasticam Rempublicam opportunitates, atque utilitates profluant, in illum quoque tota animi contentione, ut vigeret, incubuerunt, effeceruntque, ut è gravissimis viris alii aliis semper in hoc studiorum genere succede-

 rent:

rent : rari tamen. Nam multi, qui hujus rei tuendæ socii esse debebant, subsidiis, quibus allicerentur, destituti, studia hæc vel tanquam arida, contentiosa, minusque apta ad Sacras Literas intelligendas dimiserunt, vel certè ut laboriosa, & molesta declinaverunt. Gregorio XIII. Pontifici Maximo divinitus datum, ut alienatos, vel oscitantes excitaret; excitatos vero magis magisque incenderet, foveret, tueretur que ita, ut omnium quidem disciplinarum, sed Sacrarum præsertim Literarum cultus non conservator modò, verum etiam amplificator ab omnibus meritò habeatur, & prædicetur. Nimirum quum ea esset natura, eoque ingenio, ut ad grandia, ac summa quævis natus videretur, non consiliis tantum, hortamentis, legibus contentus, summa etiam animi, qua perpetuò usus, beneficentia, ac liberalitate omnia ea abundè suppeditavit, firmavitque præsidia, quibus hoc in genere non modò omnes absterger et laborum molestias, sed efficeret labores molles etiam, & jucundos. Tantæ rei tot sunt publica testatissima, nullaque unquam oblivione delenda argumenta, quot ille Romæ, quot aliis in remo-

tissi-

tissimis Mundi partibus à fundamentis exstrui, ornari, & rerum omnium, quæ ad vitæ necessitatem, cultumque, & ad sacra studia excolenda, conferunt, mirabili, eximiaque copia ditari Collegia, curavit. Et ut mittam de aliis, in illorum quolibet, & maximè Germanico, quod sane omnium princeps, scholas de Hebræa, ac Græca lingua perpetuo à peritis habendas, statuit. Et ne sollicitudo tanta, atque labor præcipuo, optatoque careret fine, neve ingenia hoc in genere incultu, socordia, otioque torperent, & percepta doctrina sub modio lateret, incredibili, quo Gregorius idemmet Tuus flagrabat, Religionis propagandæ, veræque hominum salutis procurandæ desiderio, quæ exemplo suo suaserat, quibusvis deinde Ecclesiæ Præsulibus hortatu, imperioque mandavit. Statuit nimirum, omnibus in civitatibus, terris, & locis, in quibus Judæorum extaret Synagoga, parandos esse idoneos viros Hebraicæ Linguæ peritos, „ qui Sabbati, vel alio cujusque hebdomadis
„ statuto die ad Judæos ipsos, in locum constitu-
„ tum convocatos, sermonem haberent de Chri-
„ stianæ fidei veritate; unde illorum conversio-
„ ni, & saluti opportunius provideatur, ipsique
„ ad intelligentiæ viam, quam præcluserunt, va-

„ leant, Deo propitio, pervenire „. Hinc multi ab ea ætate Hebrææ Linguæ eximii Doctores, qui ejus peritiam studiosa instructione in alios transfundant: Hinc eruditissimæ, ac gravissimæ Sacrarum Literarum ex Hebræo fonte petitæ interpretationes: Hinc permulti, & quidem præcipuè è Prædicatorum Familia, verbi Dei ad Hebræos præcones, quorum doctrina, atque opera eorumdem Judæorum non pauci & Romæ, & in aliis Catholici Orbis partibus, ablato de cordibus velamine, veritatis lucem, quæ Christus est, agnoverunt, atque in dies agnoscunt, ac profitentur. Quæ cùm ita sint, non mihi profectò, non aliis dubium, quin hoc qualecumque de Sacra Hebræa, & Chaldaica Lingua opus ad Te unum omnium maximè pertineat, & quin Tibi vel ipsa rei dignitate, etsi alia desint, non injucundum futurum; Tibi scilicet, qui tùm omnibus excellens, tùm cum Gregorio non tam sanguinis, quàm morum cognatione, & omni voluntate, sententiaque es conjunctus, qui nimirum semper es arbitratus, nihil Tibi esse committendum, quamobrem ejus, quem laudas, non Te similem præbeas, & Tibi tam propinquo respondeas. Et re quidem vera tam proximè illum assectaris, tam bellè illum exprimis, ut ejus

in

in Te spiritus commigrasse, & in Te planè insedisse videatur. Et ut mittam de cæteris præstantissimis animi Tui dotibus, atquè virtutibus dicere, quæ Tibi cum Gregorio communes sunt, quæque PIUM VI. Pontificem Maximum, justissimum virtutis, ac meritorum æstimatorem, & judicem permoverunt, Te, ætate adhuc florentem, ut ad amplissima, atque gravissima eveheret munera, in quibus fungendis tanta innocentià, curà, diligentià, prudentià, fide, tantà humanitate, liberalitate, tantà in arduis quibusque rebus constantià cum facilitate, & felicitate conjuncta es versatus, ut illemet Te in totius Reipublicæ negotiis procurandis Adjutorem sibi esse voluerit; illam quidem tàm inexhaustam, quæ in Te à primis ætatis temporibus fuit, nec satiari unquam potuit, legendi, discendique aviditatem, illam tàm vehementem, tam assiduam in humanarum, divinarumque rerum studio, quam, etsi variis, maximis, difficillimisque semper distentus curis, posuisti, & constanter ponis, operam celebrant ubique omnes; progressus verò, quos in omni disciplinarum genere fecisti, rerum etiam maximarum comprehensionem, atque Tuam in omnibus orationibus, sententiis dicendis, cau-

ſis agendis, omnibus ſcriptis Græcis, Latinis, omni denique varietate linguarum, litterarumque insignem virtutem admirantur ita, ut in ſacra, civilique Republica par quidem ampliſſimis, nulli vero ſecundus meritò habeare. Sed longus eſſem, ſi omnia, quæ de Te conſtans virorum litteratorum fert fama, atque tuetur ſententia, deſcribere vellem. Illud abs Te majorem in modum petam, ut hoc in opere, quod jam Tuum eſt, quodque jure Tibi dedico, non quàm diſtributè, politè, ornatè perſcriptum ſit, ſed, quæ contineat, attendas, atque Tua, qua maxima polles, doctrina, virtute, dignitateque non illa ipſa modo, ſed horum etiam auctorem tueri velis: quo certe uno arbitror, laboris hujus me fructum eſſe ampliſſimum conſequutum.

PRÆFATIO.

Immortali, eoque eximio Pontificis Maximi in Prædicatorum Ordinem beneficio cum mihi, quamquam immerenti, is fuerit tamen ſexdecim abhinc annis delatus honos, ut ſpectatos Germanicæ Gentis juvenes in celeberimum hujuſce almæ Urbis Collegium, Sanctæ Apoſtolicæ Sedis munificentia, liberalitate, providentiaque paterna inſtitutum, collectos quotidianis & lectionibus, & diſputationibus non ad graviſſima modo Chriſtianæ Religionis, quæ in controverſiam vocantur, dogmata informarem, verum etiam Hebrææ Linguæ peritiam ſtudioſa inſtructione in illos ipſos transfunderem, qua nimirum illorum quiſque eruditus potens eſſet exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, ad mentis ſanitatem revocare, vel ſaltem pertinaces, ne aliis detrimento ſint, redarguere, quod eſt, ut Apoſtolus Paulus ad Titum ait, Chriſtiani Doctoris præcipuum inſtitutum; contendendum mihi ſane etiam atque etiam erat, ne quid eorum præterirem, quibus ad illam ipſam, prima fronte perarduam, laborioſam, atque moleſtam, aſſequendam, augendam, conſervandam, atque aliis propagandam planior, expeditiorque ſterneretur via: Curandum propterea imprimis, & quidem maximè, ne hebraici deeſſent libri, quibus facilè, ac tutò diſcipulorum quiſque Veteris Teſtamenti veritatem ex ipſo Hebræo fonte haurire, & juxta Grammatices leges vindicare poſſet. Itaque cum diù, multùmque hac de re cogitaſſem, operæ pretium, quin & neceſſarium duxi, Lexicon *hoc* Hebraicum, & Chaldæo-Biblicum *conſcribere, atque ea quidem ratione illud aggredi, abſolvereque conſtitui, quod & viris doctis, niſi me opinio fallit, non ineptum, indoctis vero magnopere utile foret. Etſi autem mihi in tanto officio, tamqua* gra-

gravi cauſa non cura, non diligentia defuerit, nec a cœpto labor, improbus licet, aut longum in multis hac de re ſcriptis evolvendis, expediendiſque variorum generum quæſtionibus ſtudium deterruerit unquam: tamen, quòd publici juris modò fiat, uni Romano integerrimæ fidei Bibliopolæ, quem in grati, devinctique animi argumentum jure, & meritò laudo, Natali Barbiellino omnino tribuendum fateor. Is enim eſt, qui, licet aliis negotiis præpeditus, non propriis, iiſque graviſſimis ſumptibus, non diutinis moleſtiis, non adverſæ in re tanta fortunæ periculis cedens, magnum editionis opus ſuſcepit; atque ita ſe geſſit, ut nemini de illa juſta conquerendi cauſa relinqueretur: Nimirum veteres Hebrææ linguæ characteres, qui certè in promptu erant, quia partim uſu attriti, partim non ſatis operi parando apti videbantur, pro derelictis habens, de novis, qui latinis literis plane reſponderent, tam majuſculis, quibus radices, quam minuſculis, quibus derivata exhiberentur, cudendis, dè chartarum quoque nitore, deque copioſiſſimo rerum, & verborum Latino indice, qui Tyronibus vel in inveniendis radicibus, vel Latinis Hebraice vertendis præſidio eſſet, a ſtudioſo, & hoc in genere verſato viro conſcribendo ſollicitus maxime fuit. Non eſt cur de ſtudio, quo, ut emendatè totum ederetur opus, multa dicam. Certè cujuſque folii ſpecimen, antequam prælo committeretur, à me ipſo bis, terque, & iterum ab aliis tribus eruditiſſimis, & Hebrææ Linguæ peritiſſimis Magiſtris exactè perluſtratum, correctumque fuit. Erunt fortè, quibus tantus labor, non improbetur ſolum, ſed & temerè ſuſceptus videatur. Neminem profectò latet, multos & ex Catholicis, & ex Proteſtantibus fuiſſe viros, eoſque & ingenio, & eruditione præcellentes, qui operam, ſtudiumque in hoc ſcientiæ genus illuſtrandum contulerunt, qui ſcilicet tota hac, quam ego de Hebræa Lingua exponenda cœpi, provincia jam ſumma cum exiſtimatione, laudeque variis editis Lexicis perfuncti ſunt. Et re quidem vera quid Theſauro Linguæ Sanctæ, *cujus auctor Sanctes Pagninus Ordinis Prædicatorum,*

rorum, quid, ut de aliis taceam; Gulielmi Robertſon Concordantiali Lexico Hebræo Latino-Biblico *copioſius, locupletiuſque excogitari poterit? Ille enim, ut Sixtus Senenſis ejuſdem Præd. Ord. ſcribit lib. quarto* Bibliothecæ Sanctæ „ *in ſuo Theſauro omnes opes, ac divitias lin-* „ *guæ ſanctæ in uſum eorum, qui ad hebraicam ſacra-* „ *rum literarum peritiam aſpirant, affluenti copia con-* „ *gregavit.* „ *Iſte vero, ſæculo elapſo, omnium fere Lexicographorum, & præcipuè utriuſque Buxtorfii, patris nempe, & filii laboribus, eruditione, diligentia uſus, non tantum ipſas Conjugationes in unaquaque radice occurrentes, aut pauca earumdem tempora una cum nominibus, quæ indè dimanant, ſed etiam omnes perſonas utriuſque numeri, cujuſque temporis, atque Conjugationis, omnia quoque nomina utriuſque numeri, generis, formæ, abſolutæ ſcilicet, & conſtructæ, cum omnibus ſive verborum, ſive nominum præfixis, & affixis, prout in ipſo Textu leguntur, & deſcripſit, & eſt interpretatus. In hoc utique laborioſo opere omnia nomina propria virorum, mulierum; &c. quin & omnes Veteris Teſtamenti verſus Chaldaici, numero ducenti & ſexaginta octo, quorum ſcil. ducenti in Daniele, ſexaginta ſeptem in Eſdra, & unus in Jeremia, deſiderantur. Verum tanto defectui occurrit plane Clariſſimus Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri vir, Petrus Guarin, qui videlicet hoc ipſo ineunte ſæculo omnes hebræas voces ex quibuſque Veteris Teſtamenti libris collegit, collectas in duos tomos ordinatim diſpoſuit, diſpoſitaſque explicuit, atque illuſtravit. Quod ſi hæc cujuſque conditionis, ſive fortunæ tyronibus non plane accommodata videbantur; nonne tot, tantaque extant* Lexica Manualia *ab doctiſſimis viris Johanne Buxtorfio, Johanne Leuſden, Johanne Simone, aliiſque in lucem edita, in quibus breviter, & dilucide, quæ hac de re ſcitu neceſſaria ſunt, exhibentur? Quæ ergo cauſſa, cur aliud in mentem veniret, atque cœptum, abſolutumque in vulgus ederetur? Dicam ingenue: Una ratio, ut ita agerem, omnino me vel repugnantem movit. Nimirum hac noſtra ætate adeo excrevit in Hebrææ Linguæ ſtudium incumben-*

tium

tium numerus, ut tam primæ, quam ſecundæ claſſis Lexicorum exemplaria vix aliqua, & quidem maxima cum difficultate, & gravi impenſa haberi queant. Itaque ut & officio meo, quoad ejus facere poſſem, hac in cauſa erga ſtudioſos ſatisfacerem, & temeritatis reprehenſionem effugerem, id mihi primò conſilii injectum fuit, ut, miſſis tot aliis, ad unam Lexici Hebraici, & Chaldaici *Johannis Buxtorfii novam editionem typis Romanis curandam oculos, animumque converterem. Buxtorfii ſiquidem in Hebraicis rebus admiranda fuit diligentia, magnus omnino labor, varia, & penè incredibilis lectio, ac grave in lectionis varietate judicium. At cum nemo fuerit omnium, qui non, ut homo, interdum hallucinaretur, omnino res ipſa poſtulabat, (agitur enim de recta verbi Dei intelligentia), ut ſingula, quæ illo in opere ſtatuuntur, non de ſumma facie, quod ajunt, ſpectarem, ſed curioſius intropiſcerem, & ſedulò ad Majorum noſtrorum regulas, atque præcepta perpenderem. Comperi autem, inprimis non pauca eſſe reſecanda, quæ, ut jam eſt Johanni Simoni animadverſum, ad mera Rabbinorum cogitata, ſive eruditionem ſpectant: Multa deinde ab Auctore brevitatis ergo prætermiſſa, vel conglobatim tantum collecta, nec ſingillatim, clareque expoſita, quæ tamen, experientia ipſa magiſtra, ni ad verbum, diſtribute, & ordine exprimantur, adoleſcentum ingenia torquent, ita ut in illis ſæpe hæreant, addenda eſſe, atque illuſtranda: Nonnulla tandem, quæ cum veritate pugnarent, caſtiganda. Unum, vel alterum aberrationis hujus exemplum in medium proferatur: Ea* Jeremiæ *cap.* 11. *v.* 19. *hebræa verba*: כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף *à Buxtorfio redduntur*, ſicut agnus, & bos: *At hoc in loco τὸ* אַלּוּף, *non Vulgato tantum Interpreti, ſed & aliis etiam è Proteſtantium ſchola doctis viris eſt* agni epitheton, *id eſt* agnus manſuetus. *Quem quidem ſenſum poſtulat vel ipſa Sacri Auctoris orationis ſeriès, atque ſcopus, ut multis evincit Bochartus* de Animalibus S. Scripturæ *lib.* 11. *cap. XLVI. Sed & in Epiſtola dedicatoria eidem* Lexico *præfixa hæc inter alia habet*: Poſt Hieronymi tempora ſtudium Lingua-

guarum Sacrarum diù ceſſaſſe videtur: Unde non tantum translatio ipſius graviores depravationes paſſa eſt, quam nunquam antea Biblia Græca .... Sed & in univerſa doctrina Eccleſiæ horrendæ tenebræ obortæ ſunt, quæ ad mille ferè annos durarunt ..... Tandem Deus, clementer Eccleſiæ ſuæ miſertus, excitavit circa annum *M.. D.* linguarum ſtudioſiſſimos. *Hinc addit*, inter eos, qui poſt Hieronymi tempora ſtudium Hebraicum illuſtrarunt, atque propagarunt, Chriſtianorum primus fuit Joh.Capnion,. *qui ſcil.de hebræa lingua varios edidit libros anno* 1494. 1506. 1516. *Atqui in hac una orationis parte tot ferè peccata, quot verba. Quis namque tàm eſt ignarus hiſtoriæ, quem fugiat, vel è ſolis Dominicanis, quos utique, ne filius in parentes, ne diſcipulus in magiſtros & ingratus ſim, & videar, ſpeciatim, abſque tamen aliorum injuria, laudo, plurimos decimo tertio vel ineunte Eccleſiæ ſæculo Linguarum Sacrarum ſtudium coluiſſe, atque in id totis viribus ſtuduiſſe, ut in alios quoque illud transfunderetur? Extat adhuc in Collegio generali Paris.S.Jacobi,& in Paulina Lips. librorum ſacrorum codex ab exſcriptorum vitiis anno* 1236.*juſſu F. Jordani Magiſtri Ord. Præd. & F.Hugonis tunc Prioris Provincialis in Galliis, dein S. R. E. Cardinalis, expurgatus, variiſque* MSS. Hebræorum, Græcorum, & Veterum Latinorum Codicum *lectionibus in margine appoſitis illuſtratus, quem & Lucas Brugenſis* (in notis ad Job. *cap.* 3.) *laudavit, & Ricardus Simonius* (Nouvelles obſervations ſur le Texte, & les Verſions du Nouveau Teſtament. p. 2. ch. 1.) *numeris omnibus abſolutum habuit* (a). *Quid? Eadem ætate S. Raymundus de Pennafort in Hiſpania publicas Hebraicæ, & Arabicæ Linguæ ſuo in Ordine Præd. ſcholas regiis impenſis inſtituit. Quo eruditionis genere claruerunt maximè Franc. de Cendra, Arnaldus de Segarra, Petrus de Janua, Paulus Chriſtiani, Raymundus Martini. Atque Chriſtiani quidem, Hebraice, & Rabbinice peritiſſimus, publico, ſolemnique certamine die* 20. *Julii an.* 1263. *cum R. Moyſe Gerundenſi, vulgò Rambam, Barcinone habito, ita eumdem doctè*

(*a*) *Vide Clar. P. Gabrielem Fabricy* de titres primitifs de la Revelation *tom.* 11. *pag.* 132. *& ſeqq.*

perſtrinxit, atque ad incitas redegit, ut, nihil habens, quod diceret, clàm ſe ſubduxerit, fugæque dederit: Cujus rei acta, Jacobi I. Aragoniæ regis, qui unà cum omnium Ordinum ſapientiſſimis viris contertationi adfuit, juſſu literis conſignata ſervantur in Archivo Reg. Barcinon. Regiſtro T. fol. 109. *Eximia autem Raymundi Martini linguarum Hebrææ, Arabicæ, Chaldaicæ, nec non Rabbinicæ ſcientia elucet quidem in variis, quos conſcripſit, libris adverſus Mahumedis doctrinam, & Judæorum commenta; ſed præcipuè in opere, cui titulus, nomenque* Pugio Fidei, *Latine, & Hebraice perſcripto, vulgatoque anno* 1278. *Cujus typographica editio Pariſiis primùm an.* 1625. *dein Lipſiæ an.* 1687. *denuò curata eſt. Multos alios, qui in idem Linguarum Orientalium ſtudium & hac ipſa, qua floruit Martini, ætate, & ſecutis temporibus incubuerunt, afferre poſſem; ſed, nè ſim longior, quam par ſit, quamque oporteat, prætermitto. Pervulgatum ſane eſt Clementis V. Romani Pontificis decretum, ſæculo XIV. ineunte latum, quo ſcilicet ille ſtatuit, in Univerſitatibus Bononienſi, Pariſienſi, Salmaticenſi parandos eſſe trium Linguarum, Hebraicæ, Græcæ, & Arabicæ Doctores, qui earum peritiam in alios transfunderent. Quod utique decretum confirmarunt poſtea, qui illum in Romana Sede excepere Pontifices Maximi, & præſertim Gregorius XIII. & Paulus V. Peccavit ergo Buxtorfius in teſtatiſſima temporum monimenta, aſſerens,* Chriſtianorum primum Joh. Capnion anno 1494. *circiter* ſtudium Hebraicum inter Chriſtianos illuſtraſſe, & propagaſſe. *Peccavit etiam, & quidem vehementer, in Religionem. Qui enim fit*, ut in Univerſa Doctrina Eccleſiæ horrendæ tenebræ obortæ ſint, quæ ad mille ferè annos durarint, *quemadmodum ille ſcribit*: In doctrina, *inquam*, *illius* Eccleſiæ, quam Chriſtus ſupra petram ædificavit, & adverſus quam portæ inferi non prævalebunt, (*Matth.* 16.); Eccleſiæ, *quæ teſte* Apoſtolo 1. ad Timoth. 3. eſt columna, & firmamentum veritatis? *Sed ecquodnam tantarum tenebrarum argumentum? Profecto unum præcipue affertur, Latinorum ſcilicet*

Co-

Codicum ad Hebraica, Græcave exemplaria diù neglecta collatio. Verum quid tum inde? Num, ut fidei dogmata, morumque præcepta ſarta tecta præſtarentur, Hebraici codices Eccleſiæ opus erant? Qui ita cenſent, in Chriſti Sponſam injurioſi ſunt quammaximè: eidem namque abjudicant, quod non veteri modò; ſed & præſenti etiam Synagogæ, decem & octo abhinc ſæculis divinis omnibus ſpoliatæ dotibus, tot exiliis, atque malis agitatæ, maxima coecitate percuſſæ, continenter conceſſum arbitrantur, atque tuentur, divinam nimirum Moyſis, aliorumque Sacrorum Auctorum doctrinam fuiſſe integram ſervatam, etſi nulla ad Autographum *facta collatio. Et quænam? Cum vel a ſoluta ſaltem Babylonica captivitate nullius* Autographi *libri canonici veſtigium occurrat. At* Hieronymi translatio, quæ longe, lateque ab Eccleſia acceptata fuit, graviores, *poſt ejuſdem Doctoris tempora*, depravationes paſſa eſt, quam nunquam antea Biblia Græca. *Eſto: Sed etiam Hebræorum, aut Græcorum codices multis in locis, Amanuenſium, atque Typographorum ſive oſcitantia, ſive ignorantia vitiatos fuiſſe; imo interdum aliter modo habere, quam ratio ipſa, aut veritas poſtulat, res facti eſt teſtatiſſima, non Chriſtianis modo Doctoribus, ſed & Rabbinis, Maſſoretis præcipue, probata: Tamen & noſtra, & Adverſariorum ſententia ſtat firma eiſdem fontibus & fides, & auctoritas, quia nimirum nil illis unquam additum, nil detractum, quod ipſa doctrinæ capita corrumpat, aut violet. Cur non idem de noſtris Exemplaribus? Quidquid enim ſit de privatis ſive codicibus, ſive translationibus Latinis, (jam ſiquidem vel Auguſtini ætate,* qui ex Hebræa Lingua Scripturas in græcam verterunt linguam, numerari poterant; Latini autem nullo modo, *lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 2. ſive, ut ſcripſit Hieron. præf. in Joſue*, apud Latinos tot ſunt Exemplaria, quot Codices), *certè in Vulgata ſive veteri, ſive nova Latina editione, quam unam Romano-Catholica Eccleſia probatam habuit, eamque eſt ſemper ſecuta, nihil falſi contineri, quod ad fidem, moresque*

que pertineat, quinimo ipſi fonti & Hebræo, & Græco quoad ſubſtantiam ſaltem plane reſpondere, diligenti unius ad alterum collatione non ſemel inſtituta, demonſtrarunt prorſus è noſtris multi eruditiſſimi viri. Sed & ipſorum etiam Proteſtantium doctiſſimi, Theodorus Beza (Præfat. in verſion. ſuam Nov. Teſt.) *Iſaacus Caſaubonus* (Not. in Matth. 15. v. 39. c. 21. v. 7. Joan. c. 12. v. 40. c. 18. v. 1. Act. cap. 3. v. 2. c. 12. v. 8. *&c. Ludovicus de Diéu* (Præfat. in notis ad Evang.) *Hugo Grotius* (Præf. annot. in Vet. Teſtam.) *Paulus Fagius* (Not. in cap. 4. verſ. ſuæ Lat. Paraph. Chald. ad cap. 4. Gen. v. 8. *illam plurimi eſſe faciendam, ingenue ſunt conteſtati. Nec Interpres noſter incuſandus, quin laudandus, quod plerumque ſenſuum potiùs veritatem, quam verborum ordinem conſervaverit: Nam Hieronymus ipſe ad Suniam, & Fretellam boni interpretis regulam ponit*, ut non verba verbis quaſi paria, & demenſa reſpondeant, ſed ſenſus ſenſui. *Quid, quod Cicero* in lib. 3. de finibus *ait*, verbum e verbo exprimere, indiſertos interpretes ſolere? *Multa alia proferrem, ſi inſtituti ratio poſtularet; & niſi ad alia properaret oratio. Nec ego hìc tamen adverſùs Buxtorfium accuſationem inſtituo virum doctiſſimum, deque Hebraicis literis omnibus bene meritum. Sed cum plerique ab illo nunc non aliter atque ab oraculo pendere videantur, ſecureque omnia illius opera legere, minuenda eſt hæc opinio, ne, ab hujus Lexicographi placitis diſſentire, piaculi loco illis eſſe videatur.*

Nunc autem quid iſto in Lexico egerim, & quam methodum fuerim ſequutus, comprehendam brevi. Omnes equidem, & ſingulas voces Hebraicas, atque Chaldaicas, tàm primarias, quàm ab eiſdem dimanantes, & non ſimplices modo, ſive abſolutas, ſed & conſtructas, atque cum variis ſive affixis, ſive præfixis conjunctas, (quarum quidem multa hùc tranſtuli exempla), quæ in Veteris Teſtamenti Proto-Canonicis libris ſparſim continentur, ordine alphabetico ita diſpoſui, ut cuique ſeriò legenti, quænam radicem inter, & ejuſdem ſurculum affinitas habeatur, facilè patere queat. Sed & voces irregulares, quarum frequens in Sacro Textu uſus, quæque ſtu-

dio-

alios moleſtiam, tædiumque non leve interdum exhibent, & deſcripſi, & qua ratione ad regularem formam, ſive ad radicem ſint illæ revocandæ, perſæpe oſtendi. Et cum nomina propria ab appellativis, ipſa literarum forma ſpectata, plerumque a Tyronibus ſecerni vix poſſint, hæc ipſa eodem alphabetico ordine apponenda judicavi. Porro in his omnibus, aliiſque ſive vocibus, ſive ſententiis Hebraicis deſcribendis ſum uſus Bibliis Hebraicis ſecundum ultimam editionem Joſ. Athiæ, à Joh. Leusden recognitam, & ſecundum alios codices optimos recenſitam, variiſque notis ab Everardo vander Hooght illuſtratam, atque typis Amſtelædami, & Ultrajecti CIƆIƆCCV. evulgatam. Hinc & Lectiones Textus Sacri Variantes, quas Maſſorethæ in diverſis MSS. obſervarunt, quaſque iidem Critici expreſſerunt per voces קְרִי, & כְּתִיב, hoc in opere indicare curavi. Sequitur jam, ut de reliqua una parte, de Latina ſcilicet cujuſque Hebrææ vocis interpretatione, dicendum ſit. Inprimis itaque, quum ex Hebraicis vocibus ſint non paucæ, quæ non multiplicem modo, ſed & oppoſitum, aut contrarium ſenſum interdum habent, quin & ſæpe vel ipſæ derivatæ voces diverſum a ſua radice, ſive themate ſignificent; hinc ad uniuſcujuſque radicis initium omnes varios ſenſus per ſe ipſos diſtincte, & ſpeciatim una cum textus Hebræi locis, in quibus occurrunt, explicatos exhibui. In dubiis vero non unius, aut alterius auctoris ſententia contentus fui; ſed quotquot optimæ, vel alicujus ſaltem momenti ad controverſam rem explanandam videbantur, ex multis Lexicographis, Criticiſque Sacris animadverſiones collegi, collectaſque, atque deſcriptas veterum Interpretum LXX. Aquilæ, Theodotionis, Symmachi ſententiis, necnon aliarum Linguarum Hebrææ cognatarum uſu, quoties res poſtulabat, illuſtrare, confirmareque non prætermiſi. Imo vero obſcura quædam, implicataque, integras item phraſes Hebraiſmo peculiares accuratè, quoad ejus facere potui, adnotavi, & qua ratione eſſent intelligenda, oſtendi. De pleriſque tandem divinis prædictis, quibus Chriſtiana nititur Religio, & quibus propterea Hebræorum doctores, no-

noſtri videlicet inimici, tenebras offundere, multo ſtudio contenderunt, brevem diſputationem, qua illorum commentis occurrerem, & Chriſtianorum cauſam defenderem, interjeci, ſemper tamen literarum alphabetico ordine ſervato. Et ut rem in pauca conferam, Lexicon hoc ita digeſſi, ut, niſi meus me fallit amor, Commentarii Apologetici loco Juvenibus ſtudioſis ſit magna ex parte futurum. Qua ſane ex re factum eſt, ut opus mole plus creverit, quam ut poſceret ratio inſtituti mei, & ipſe initio dicere conſtituerim. Sed ignoſci id mihi abs Lectoribus pervelim. Legendo namque, ſcribendoque cognovi, difficilem quamdam temperantiam poſtulari in eo genere, quod, cùm difficile ſit, & latiſſimè pateat, paucis verbis neque tractari dilucidè, neque pro dignitate expediri poteſt. Ne quis autem me furti jure arguat, fateor, quidquid boni, quidquid commodi, utilitatiſque Lexicon hoc, quod in Tyronum gratiam ſum aggreſſus, præſeferre videatur, id ferè totum Auctoribus, quorum & ſententiis, & verbis ſum uſus, videlicet Sanctes Pagnino Lucenſi, Buxtorfio, Joh. Simoni, Robertſonio, Guarin, Noldio (de particulis Hebraicis) *Bochario, aliiſque Criticis Sacris tribuendum: Salva tamen Vulgatæ Latinæ editionis auctoritate. Hanc profecto unam maximè ante oculos habui; hanc unam ceteris omnibus editionibus præferendam, atque* authenticam, *hoc est in iis saltem, quæ ad fidem, & mores pertinent, cujuſque erroris expertem habendam, declaravi; quin etiam, oppurtunitate data, ab invidia liberavi, in quam ab adverſariis per ſummam injuriam fuiſſe vocatam, animadverterem: Atque ita ſum Hebræas voces, ſive ſententias interpretatus, ut vel tacitus oſtenderem, quàm meritò doctiſſimus, è Proteſtantium ſecta vir, Paulus Fagius eos,* qui ſicubi Vulgatam Latinam illam editionem non ad literam per omnia textui Hebraico correſpondere vident, exſibilant, damnant, rejiciunt, atque penitus explodunt, ſciolos, ſtultos, & imprudentes *dixerit*,, *Not. in cap. 4. verſ. ſuæ Lat. Paraph. Cald. ad cap. 4. Gen. v. 8.*

NOS

NOS

FR. BALTHASAR DE QUINNONES

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR,

Ac universi Ordinis Fratrum Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus.

HArum serie, nostrique auctoritate officii, quantum in nobis est, facultatem concedimus Rev. P. Lectori Fr. Josepho Montaldi Congregationis nostræ S. Sabinæ Provinciæ nostræ utriusque Lombardiæ typis vulgandi opus ab ipso elaboratum, cui titulus = *Lexicon Hebraicum, & Chaldæo* = *Biblicum* &c. dummodo a duobus Sacræ Theologiæ Professoribus Ordinis nostri praelo dignum judicetur, & serventur cætera de jure servanda. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Amen. In quorum fidem &c.

Datum Viterbii in Conventu nostro S. Mariæ super Quercum die quintadecima Julii anni millesimi septingentesimi octuagesimi noni.

Fr. Balthasar de Quinnones

Magister Ordinis

Regiſt. pag. 10.

Fr. Joseph Maria Salicati
Mag. & Socius.

A P-

APPROBATIONES:

ETSI complura Hebraica Lexica hactenus prodierint in lucem, quæ variis ex capitibus sint Philologorum commendatione dignissima; nihilominus post eorumdem quoque celebrium Auctorum labores, A. R. P. L. Josephi Montaldi Lexicum, (quod jussu Reverendissimi Patris Generalis Ordinis Prædicatorum attente, diligenterque perlegimus,) suas, easque non exiguas præseferre utilitates, arbitramur. Nam in primis, ex omnibus Lexicographis excerpsisse, (ut ille egregie præstitit), atque in unum corpus, quod scitu dignius, dispersumque erat in singulis, redegisse, id non mediocris est utilitatis, cum ceteris omnibus, tum vero iis, qui labori, sumptui, temporique parcere cupiunt. Accedit & illud, quod maxime ex usu Tironum esse dignoscitur, ad vivum omnia resecasse, & singula minutatim fuisse persecutum; quinimmo, quod reconditioris certè est operæ, animadvertens universarum ferme, ut idearum, ita etiam vocum rationem, quæ apud homines usurpantur, juxta naturæ humanæ conditionem, ab aliqua externa actione, quæ in sensus incurrit, primitus esse profectam, ac subinde ad alia etiam spiritalia, quæ mente sola cernantur, significanda, analogia quadam, serieque solere transferri, istud magnum intelligentiæ, memoriæque præsidium ad genuinum vocum hebraicarum sensum deprehendendum, plerumque, ac feliciter adhibet. Ex quo demum illud est commodum consecutus, ut, dum Adolescentum profectui pro sui muneris ratione consulit, viris interim gravibus, ac cordatis vel tacitus innuat, plurimi faciendum esse Vulgatum Interpretem, quippe qui, omisso sæpe, præsertim in locis abstrusioribus, externo literæ cortice, intimum veluti succum, ac spiritum, medullamque Hebraici fontis expresserit. Quare si istud Lexicum publicam in lucem edatur, magno o-

emolumento Juvenibus, qui ad Hebraicam eruditionem aspirant, futurum, ominamur.

Ex Ædibus Minervitanis Nonis Junii anni millesimi septingentesimi octuagesimi noni.

Fr. Gabriel Fabricius
S. Th. Magist., ac Theologus Casanatensis.

Fr. Petrus Masdea Sacr. Theol. Magister, ac in Collegio Germ. Metaphysices Ethicesq. Professor.

QUod erat in votis, ut Hebraicæ Linguæ addiscendæ cupidis, maxima, heic saltem loci, Lexicorum penuria laborantibus, accuratum aliquod, atque completum ejusdem Linguæ Lexicon præberetur, id diuturno, improboque labore egregie præstitit eruditissimus P. Josephus Montaldi Ordinis Prædicatorum. Hoc ego, jubente Rmo S. P. Ap. Magistro attente lustravi; cumque in eo nihil repererim a fide, bonisque moribus alienum, publica luce dignissimum censeo.

Dat. Romæ die 30. Maii anni millesimi septingentesimi octuageſimi noni.

Joseph Teoli In Archigym. Rom. Hebraicæ Linguæ Professor.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rm̃o Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. X. Paſſeri Vicesgerens.

IMPRIMATUR,

Fr. Th. Maria Mamachius Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

JOHANNIS BUXTORFII

LEXICON

HEBRAICUM, ET CHALDAICUM.

א

א *Hebræis eſt littera Arithmetica unitatis; quemadmodum apud Chaldæos, Samaritanos, Syros, & Arabes. Cum* א *eſt littera ſervilis, ab initio in verbis indicat primam perſonam ſing. temporis futuri; & apud Chaldæos eſt ſignum conjugationis* Aphel. *In fine quandoque per* paragogen *ex Arabiſmo additur perſonæ 3. plur. præt.; apud Chaldæos in nominibus genus fœm., & ſtatum emphaticum exprimit., rarius eſt* paragog:

אבב *Inuſit.* אָבִיב *nomen maſc.* Culmus, ſpica mutica, Exodi 9. v. 31., ariſta virens, Levit. 2. v. 14. *Inde menſis* אָבִיב Exod. 13. v. 4., *quaſi menſis ſpicarum, quia hordeum tunc fuit ſpicatum. Idem autem menſis Chaldaico nomine appellatur* נִיסָן; *quem vide ſuo loco.*

אֵב *m.* Viror, virens, fructus recens. *Cum affixo* בְּאִבּוֹ in virore ſuo. Job. 8. v. 12. *Plurale conſtructum* בְּאִבֵּי הַנָּחַל in virentia vallis. Cant. 6. v. 11. *Aquilæ* אֵב *eſt* pulchritudo, ſpecies, æſtas: *Vulgato vero, aliiſque interpretibus. eſt* flos, fructus, planta.

אִבָּא, אִנְבָּא *m. Chald. idem: cum Aſſ.* וּבַדַּרוּ אִנְבֵּיהּ & diſpergite fructum ejus, Dan. 4. 11. וְאִנְבֵּהּ Et recens fructus ejus, Dan. 4. 9. *ubi* נ *eſt loco Dageſch. Radix* אֲבַב primum, *vel* præcocem fructum producere, *legitur in Targum, Hoſ.* 9. 10.

אֲבַגְתָא *Juxta Vulg.* Abgata, *nomen proprium unius Eunuchorum regis Aſſueri*, Eſth. 1. v. 10.

אבד Periit, interiit: *Partic. Benoni*, אֹבֵד periens, *vel* perdita, Deut. 32. 28. *in Pathach, propter conſtructionem, ut Aben Eſra cenſet. Futur.* יֹאבֵד peribit, Proverb. 19. 9. *in Tzere propter pauſam. Chald. futur.* יֵאבְדוּ peribunt, Jerem. 10. v. 11. *Pih.* אִבֵּד perire fecit, perdidit. *Futurum*, וָאַבֶּדְךָ Et perdidi te, Ezech. 28. 16. *pro* וָאֲאַבֶּדְךָ *euphoniæ cauſſa. Hiph. Præterit.* וְהֶאֱבִיד Et perdet, Num. 24. 19. *Fut.* אֹבִידָה perdam, Jerem. 46. 8. א *radicali abjecto*, & *Cholem ex forma Kal., vel certe Chaldaica, aſſumpto* י *Chald. Infinit.* לְהוֹבָדָה ad perdendum, Dan. 2. 12. & *in Aleph*, לְהוֹבָדָא v. 24. *Futurum*, תְּהוֹבֵד perdes, v. 24. יְהוֹבְדוּן perderent, v. 18. *in quibus* א *radicale mutatum in* ו, & ה *characteriſticum ex Hebraiſmo ſervatum, loco* א. *Hoph. Præterit.* הוּבַד perditum fuit, Dan. 7. 11.

אֹבֵד *m.* Perditio, Num. 24. 20. Pſal. 119. v. 176. *Quibuſdam manet particip. Kal. Eſt formæ* שֹׂרֵק *vitis generoſa*.

אֲבֵדָה *f.* Res perdita, *ſive* amiſſa, Levit. 5. v. 22. *Conſtructum*, לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ omni rei amiſſæ fratris tui, Deut. 22. v. 3.

אֲבַדּוֹן *m.* Perditio, perditionis locus, interitus, Jobi 28. 22. Prov. 15. 11.

אֲבַדֹּה *f. Idem*, Prov. 27. 20. *quod legitur* אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן *m. Idem*: *Conſtr.* אָבְדַן מוֹלַדְתִּי in perditionem cognationis meæ, Eſth. 8. 6. *juxta Aben Ezram*.

אַבְדַן *m. Idem*, Eſth. 9. 5. *quod juxta R. D. Kimchi poſſit eſſe infinitum Pihel cum* ן *paragogico*, & *Dageſch ejecto*.

אבה Voluit, acquievit: *Conſtruitur ſæpe cum Dat.* & *fere addita negatione*: *Præt.* לֹא אָבָה לִי non acquievit mihi, Pſalm. 81. 12. וְלֹא אָבוּא & non voluerunt, Jeſ. 28. 12. *cum* א *paragog. Fut.* אַל תֹּבֵא ne acquieſcito, Prov. 1. 10., *ubi prima radicalis abjecta*, & *tertia in* א *mutata eſt. Aquila, Symmachus, Theodotion* אָבָה *vertunt*, δέχομαι ſuſpicio.

אָב *m.* Pater, *à propenſa voluntate erga liberos, quaſi benevolus dictus*: *Item*, auctor, inventor primus, Gen. 4. v. 20. doctor, 2. Reg. 2. 12. *id eſt*, רַבִּי *juxta paraphraſten Chaldæum*: ſocer, *affinitate pater*, 1. Sam. 24. 12. *Tribuitur* & *regibus, principibus, heris, dominis, qui officio ſuis miniſtris*, ſub-

ſubditis, aut domeſticis patrum loco ſunt, ut 2. Reg. 5. 13. *Denique includit & avum & proavum: & pluraliter, quoslibet majores: Conſtr.* אֲבִי *& bis* אַב, Geneſ. 17. 5. *Cum aff.* אֶת אָבִי cum patre meo, Geneſ. 19. 34. *Cum Kamez ad differentiam formæ conſtructæ. Plur.* אָבוֹת patres, majores; *Conſtr.* אֲבוֹת: *Cum aff.*, אֲבוֹתַי patres, *vel* majores mei, Pſal. 39. 13. *Chald.* אַב: *Cum aff.* אֲבוּךְ pater tuus, Daniel. 5. 11. אֲבוּהִי pater ejus, Dan. 5. 2. אֲבִי pater meus, verſ. 13. *Plurale*, אֲבָהָתִי patrum meorum, Dan. 2. 23. *cum Chirek loco Pathach*: אֲבָהָתָךְ patrum tuorum, Eſræ 4. 15. אֲבָהָתַנָא patres noſtri, Eſræ 5. 12. וְלַאֲבוֹתֵיכֶם patribus veſtris, Jerem. 7. v. 14.

אֵבֶה *m.* Voluntas, deſiderium: עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה Cum navibus deſiderii, Job. 9. 26., *id eſt*; *velocibus*, *in quibus homines cito compotes fiunt deſiderii ſui*, *perveniendo*, *quo volunt*, *& deſiderant*, *ut explicat R. Levi Gerſon*, *& R. David in lib. Rad.*

אֲבוֹי Heu, eheu, Prov. 23. 29.: *Septuaginta interpr. eſt*, Tumultus; *Vulg.* patri væ; *legebat enim* אב אוי, *vel vocem illam ex his duabus compoſitam exiſtimavit*: *Aliis eſt nomen ſubſtantivum*, paupertas, mendicitas, penuria, egeſtas, anguſtia, *a Radice* אָבָה voluit, deſideravit.

אָבִי Ah, o, utinam, *optandi*, *& deſiderandi affectum ſignificans*, Job. 34. v. 36. *Vulg. eſt*, pater mi; *ex* אַב, *& affix; aliis vero eſt*, voluntas mea, *vel* cupio ut *&c. ab* אָבָה voluit, concupivit.

אֲבִי Abì, *nomen proprium matris Ezechiæ Regis Juda*; 2. Reg. 18. v. 2. *Quæ dicitur* Abià, 2. Paral. 29. v. 1.

אֲבִיאֵל Abièl, *nomen proprium virorum*, 1. Sam. 9. v. 1., & 14. v. 51., 1. Paral. 11. v. 32., *qui* 2. Sam. 23. v. 31. *dicitur* Abialbon.

אֲבִי־גִבְעוֹן Abigabaon, *nomen proprium viri*, 1. Paral. 8. v. 29.

אֲבִיגַיִל Abigail, *nomen proprium mulierum*, 1. Sam. 25. v. 3., & 30. v. 5., 2. Sam. 17. v. 25., 1. Paral. 2. v. 16., & 3. v. 1.

אֲבִידָן Abidhàn, *nomen proprium filii Gedeonis*, Num. 1. v. 11.

אֲבִידָע Abidà, *nomen proprium filii Madian filii Abrahæ*, Gen. 25. v. 4.

אֲבִיָּה Abià, *nomen proprium viri*, 1. Sam. 8. v. 2., 1. Reg. 14. v. 1., 1. Paral. 3. v. 10., & 6. v. 13. *Item mulieris*, 1. Paral. 2. v. 24., 2. Paral. 29. v. 1. *&c.*

אביהוא Abiù, *nomen proprium filii Aaronis*, Exod. 6. v. 23., 1. Paral. 5. v. 29. *&c.*

אביהוד Abiud, *nomen proprium filii Belæ*, 1. Paral. 8. v. 3.

אביחיל Abigail, *nomen proprium mulieris*, 1. Paral. 2. v. 29.

אביון *m.* Egenus, *quaſi deſiderans dictus: cum enim ſit pauper, & bonis deſtitutus, ſemper habere deſiderat, ſcribit R. Sal.* Exod. 23. 6., Deuter. 15. 4. *Cum aff.* אבינך egeni tui, Exod. 23. 6. *Plur.* אביונים, *& Conſtr.* אביוני egeni, Exod. 23. 11. *Cum aff.* אביוניה egenos ſuos, Pſal. 132. v. 15.

אביונה *f.* Appetitus, concupiſcentia, Eccleſ. 12. 5. *Aliis eſt* coitus, membrum virile, vis concupiſcibilis. *Vulg. eſt*, capparis, *qua, teſte Avicenna, & aliis, excitatur appetitus venereus.*

אבח אבחה *f.* Cuſpis, mucro: *Conſt.* אבחת חרב mucronem gladii, Ezech. 21. 20. *Interpretes Hebræi variant: alius* terrorem, *alius* mactationem, *alius* clamorem, *alius* exterminium, *Vulg.* conturbationem *exponit; reſpiciendo ad Radices* נבח, טבח, בעת, *per litterarum commutationem.*

אביחיל Abihàiel, *&* Abihàil, *nomen proprium viri*, Num. 3. v. 35., *& mulieris*, 2. Paral. 11. v. 18.

אביטוב Abitob, *nomen proprium filii Mehuſim*, 1. Paral. 8. v. 11.

אביטל Abital, *nomen proprium matris Saphatiæ filii David*, 2. Sam. 3. v. 4., 1. Paral. 3. v. 3.

אבים Abiàm, *nomen proprium filii Roboam*, 1. Reg. 14. v. 31., *&* 15. v. 1. *Idem dicitur* Abia 1. Paral. 3. v. 10.

אבימאל Abimael, *nomen proprium filii Jectan*, Gen. 10. v. 28.

אבימלך Abimalech, *nomen proprium viri*, 1. Paral. 18. v. 16.

אבימלך Abimelech, *nomen commune omnibus Regibus Philiſtinorum, ſicuti Cæſar Imperatoribus Romanis, Pharao, & Ptolomæus Ægyptiis Regibus: ſingulis tamen Philiſtæorum Reges præter commune nomen ſua etiam propria habebant nomina, ut* Abimalech *tempore Davidis vocabatur* Achis, 1. Sam. 21. v. 12. & 14. *Fuit etiam nomen proprium filii Gedeonis*, Jud. 8. v. 31., *& filii Jerobaal*, 2. Sam. 11. v. 21.

אבינדב Abinadàb, *nomen proprium filii Iſai, & filii Saulis*, 1. Sam. 16. v. 8., 1. Paral. 8. v. 33.

אבינעם Abinòem, *nomen patris Barac ducis populi Judaici*, Jud. 4. v. 6.

אבינר Abnèr, *nomen principis militiæ Saul*, 1. Sam. 14. v. 50.

אביסף Abiasàph, *nomen proprium filii Core*, & *filii Elcanæ*, Exod. 6. v. 24., 1. Paral. 6. v. 22.

אבי־עלבון Abialbòn, *nomen proprium viri*, 2. Sam. 23. v. 31., 1. Paral. 11. v. 32. *dicitur* Abiel.

אביעזר Abiezer, *nomen proprium virorum*, Joſ. 17. v. 2., Jud. 6. 34., 2. Sam. 23. v. 27.

אבירם Abiràm, *nomen proprium virorum*, Num. 16. v. 1., Deut. 11. v. 6., 1. Reg. 16. v. 34.

אבישג Abiság, *nomen proprium adoleſcentulæ*, *quæ Davidem ſenem calefaciebat*, 1. Reg. 1. v. 3.

אבישוע Abisùe, *nomen proprium virorum*, 1. Paral. 5. v. 30., & 8. v. 4.

אבישור Abisùr, *nomen proprium viri Semei*, 1. Paral. 2. v. 29.

אבישי, *Qui alibi dicitur* אבשי Abisài, *nomen proprium filii Sarviæ ſororis Abigail*, 1. Sam. 26. v. 6., 2. Sam. 10. v. 14.

אבישלום Abeſſalòm, *nomen proprium patris Maacha*, 1. Reg. 15. v. 2. *Idem Abeſſalom dicitur* Uriel, 2. Paral. 13. v. 2.

אביתר Abiathàr, *nomen proprium Sacerdotis filii Achimelech*, 1. Sam. 22. v. 20.

אבט אבטחים Pepones. *Quidam volunt eſſe nomen quatuor literarum. Vide infra in* בטח.

אבך *Hitbpah.* התאבך Elevari, elevare ſe: *Futur.* ויתאבכו elevabunt ſe, *juxta Aben Eſram*, Iſaj. 9. v. 17. *Quidam interpretantur*, in minutiſſimum pulverem abibunt, *quaſi ab* אבק, *Caph*, & *Koph permutatis*: *verbum iſtud* התאבך *uno tantum apud Iſajam laudato loco legitur*, & *ex orationis contextu* diſſipari *ſignificat*, *inquit Guarin*; *Vulg. autem reddidit*: & convolvetur ſuperbia fumi.

אבל Luxit, in luctu fuit: *Tribuitur etiam metaphorice inanimatis*. *Præter.* אבל תירוש luget muſtum, Jeſ. 24. 7. *Hiph.* האביל lugere fecit, luctum attulit. *Præt.* האבלתי Luctum attuli, Ezech. 31. 15. *Fut.* ויאבל־חיל & luctum attulit munitioni, Thren. 2. 8. *Hithpah. Præt.* התאבל Luxit, 1. Sam. 15. 35.

אבל *n.* Lugens. *At* 1. Sam. 6. 18. *juxta Paraphraſten Chald.*, *Rab. Salomonem*, & *etiam LXX. ponitur pro* אבן lapis, *ut ex* v. 15. *liquet*. *Sym. tamen legebat*, *ut textus Hebræus hodiernus*:

nus : ſcripſit enim Ἀβελ . *Eſt & nomen proprium loci a luctu ſic dicti* , Geneſ. 50. 11. *Conſtr.* כְּאֵבֶל אֵם ſicut lugens matris , Pſal. 35. 14. *Plurale* , אֲבֵלִים lugentes . *Conſtr.* לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן lugentibus Tzionis , Iſa. 61. 3. *Fœm. plur.* אֲבֵלוֹת Thren. 1. 4.

אֵבֶל *m.* Luctus Geneſ. 27. 41. *Item* , dolor , triſtia , funus , exequiæ , planctus . Amos 8. v. 10. Eſth. 4. v. 3. *Cum affixo* אֶבְלָם luctus eorum , Jerem. 31. v. 13. אֶבְלֵךְ luctus tui , Iſai. 60. v. 20.

אָבֵל Abel , *nom. propr. loci , aut civitatis in Tribu Gad* , Jud. 7. v. 22. , & 11. v. 33. , 1. Sam. 6. v. 18.

אֲבָל At , aſt , ſed , verum , verumtamen , immo : vere , certe , profecto .

אוּבָל *m.* Porta , palus , Dan. 8. v. 2. 3. 6. , *ita tranſtulerunt LXX.* , *Sym.* , *Vulg. Sed Aq.* v. 2. , *Theod. vero* v. 2. 3. 6. *vocem Hebr. retinentes verterunt* Οὐβάλ . *Aliis ubique eadem vox eſt* , fluvius , aquæductus , proceſſus aquarum . *Radix eſt* יָבַל , in *Hiph.* attulit , adduxit &c.

אָבֵל הַשִּׁטִּים Abèl ſatim , *nomen proprium loci* , Num. 33. v. 49. , *non procul a Jordane in deſerto , ad meridiem Moabitarum , ubi etiam fuit 42. manſio Iſraelitarum* .

אָבֵל מְחוֹלָה Abel mehulà , *nomen proprium civitatis in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem* , Jud. 7. v. 22.

אָבֵל מַיִם Abèl màim , *nomen civitatis in Tribu Nephthali* , 2. Paral. 16. v. 4.

אבן אֶבֶן *f.* Lapis ; *metonymice* , pondus , Deut. 25. v. 13. Perpendiculum : Maſſa , *ut* lapis plumbi , Zach. 5. 8. lapis ſtanni , Zach. 4. 10. *Cum aff.* אַבְנוֹ lapidem ſuum , 2. Reg. 3. 25. *Chald.* אֶבֶן lapis , Eſræ 5. 8. & *forma emphatica* , אַבְנָא Dan. 2. 35. *Plur.* אֲבָנִים lapides , pondera , perpendicula : *Conſt.* אַבְנֵי שֹׁהַם lapides onychis , Exod. 28. 9. *Cum affixo* אַבְנֵיהֶם lapidum eorum אֲבָנֶיהָ lapides ejus , Deut. 8. 9.

אָבְנַיִם *m. d.* Sellæ parturientium , *juxta R. Sal.* Exod. 1. 16. *Sellæ , Tabulæ figulorum* , Jer. 18. 3. *Forma dualis duplæ formæ ſervit : plicatæ enim circumgeſtantur commoditatis cauſa* .

אֶבֶן בֹּהַן Even bòhan , *nomen loci in finibus Tribus Juda , & Benjamin , quem locum Vulg. in* Joſue cap. 15. v. 6. *appellat* Aben boèn ; & cap. 18. ejuſdem Joſ. v. 17. *vertit* , lapidem Boen.

אֶבֶן הָעֵזֶר Even haazer , *nomen loci inter Maſphath , & Sen , ad ſepten-*

ſeptentrionalem plagam Tribus Dan, in finibus Tribuum Juda, & Benjamin, 1. Sam. 7. v. 12.

אֲבָנָה Abanà, nomen fluvii Damaſci, 2. Reg. 5. v. 12.

אַבְנֵט m. Balteus, cingulum, zona, Levit. 8. 13. Cum affix. וְאַבְנֵטְךָ & balteus tuus, Iſa. 22. 21. Plur. אַבְנֵטִים, Exod. 28. 40. Balteo, cujus ſit mentio in Sacra Scriptura, utebantur vet. legis Sacerdotes ad cingendas tunicas, ut expeditiores ad opus eſſent, veſtiumque fluxum coercerent.

אֶבְיוֹן; Vide ſupra in אבה.

אבס Saginare: Particip. Pahul. אָבוּס ſaginatus, Prov. 15. 17. Plur. אֲבוּסִים 1. Reg. 5. v. 3.

אֵבוּס m. Præſepe, quaſi ſaginatorium: בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בָּר cum non fuerint boves, præſepe mundum eſt, Proverb. 14. 4. Plural. cum affix. אֲבוּסֶיךָ præſepia tua, Job. 39. 9.

מַאֲבוּסִים m. p. Granaria: Cum aff. מַאֲבֻסֶיהָ granaria, horrea ejus, Jer. 50. 26.

אֲבַעְבֻּעֹת f. Plur. veſicæ, bullæ, puſtulæ. Radix בָּעָה bullas excitavit.

אֶבֶץ A'bes, nomen civitatis in Tribu Iſſachar, Joſ. 19. v. 20.

אִבְצָן Abesàn, nomen Judicis Iſrael, de Bethlehem, Jud. 12. v. 8.

אבק אָבָק m. Pulvis, pulviſculus: Conſt. אֲבַק רַגְלָיו pulvis pedum ejus, Nahum 1. 3. Cum affix. אֲבָקָם pulvis eorum, Ezech. 26. 10.

אַבְקַת f. Idem: unde Conſt. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל præ omni pulvere aromatarii, Cant. 3. 6.

נֶאֱבַק Niph. Luctari, quod hoc in pulvere fieret: Unde; fulva luctantur arena, apud Virgil. in arenam deſcendere. Futurum, וַיֵּאָבֵק & luctatus eſt, Gen. 32. 25. Infin. cum affix. בְּהֵאָבְקוֹ in luctando ipſum, Gen. 32. 26.

אבר אָבִיר m. Robuſtus, fortis, potens, validus: Conſtr. אֲבִיר יַעֲקֹב robuſtus Jacobi, Gen. 49. 24. אֲבִיר יִשְׂרָאֵל fortis Iſraëlis, Jeſ. 1. 24. Apud Rabbinos, אִבֵּר roborare, obfirmare.

אַבִּיר m. Idem: כְּאַבִּיר Ut potentiſſimus, Jeſa. 10. 13. pro כְּאַבִּיר, & juxta Maſorethas legendum כַּבִּיר. Plur. אַבִּירִים Robuſti: ſynecdochice Tauri, juvenci, equi, quod his robur competat: unde, fortes invertant tauri, apud Virgil., &, non fortitudine equi delectatur, Pſal. 147. 10. Conſt. אַבִּירֵי בָשָׁן Robuſti juven-

venci Baſchānis, Pſal. 22. 13. *Cum aff.* אַבִּירַי fortes meos, Thren. 1. 15.

אֵבֶר *m.* Penna, ala, *quod in iis robur avium ſit*: אֵבֶר כַּיּוֹנָה Ala quaſi colombæ, Pſal. 55. 7. *Aq.* in Ezech. 17. v. 3. μετάφρενον tergum, *dorſi pars, cui renes adjacent*.

אֶבְרָה *f.* Penna, ala, Job. 39. 13. *Cum aff.* אֶבְרָתוֹ alas ſuas, Deuteronom. 32. v. 11. *Plur. cum aff.* אֶבְרוֹתֶיהָ pennæ ejus, Pſal. 68. 14. *LXX.* μετάφρενον dorſum, *Sym.* μέλοσ membrum.

הֶאֱבִיר *Hiph.* Volare: *Futurum*, יַאֲבֶר־נֵץ volabit accipiter, Job. 39. 26. *Aliis*, plumeſcere.

אַבְרָהָם Abrahàm, *nomen filii Thare*; *Etym.*; pater multitudinis; *ex* אָב, & הָמוֹן multitudo, Gen. 17. v. 5.

אַבְרָם, Abràm, *nomen proprium*, & *prius ejuſdem Patriarchæ filii Thare*. *Etym.* pater excelſus; *ex* אָב, & רָם excelſus, Gen. 11. v. 31.

אַבְשַׁי, *Qui* & אֲבִישַׁי, *nomen filii Sarviæ*, *ut ſupra*.

אַבְשָׁלוֹם Abſalòm, *nomen filii Davidis ex Maacha*, 2. Sam. 3. v. 3., 1. Paral. 3. v. 2.

אֹבֹת Obòth, *nomen loci*, *in quo caſtra metati ſunt Iſraelitæ*, *eſtque 36. manſio*, Num. 21. v. 10., & 33. v. 44.

אָגֵא Agè, *nomen proprium patris Samma*, 2. Sam. 23. v. 11.

אֲגָג Agàg, *nomen regis Amalec*, 1. Sam. 15. v. 9.

אֲגָגִי Aghaghì, *nomen commune poſteris Agàg*, Eſth. 3. v. 1.

אגד Aggregare, colligere, ligare: *Hinc* אֲגֻדָּה *f.* faſciculus; *metaphorice*, cuneus, agmen militum: *Conſt.* אֲגֻדַּת אֵזוֹב Faſciculus hyſſopi, Exod. 12. 22. *Cum aff.* וַאֲגֻדָּתוֹ & cuneum ſuum, *id eſt*, *hominum*, & *animalium turmas*, Amos 9. v. 6. *Plur.* אֲגֻדּוֹת faſces, ſarcinæ, Jeſ. 58. 6. *Quidam deducunt a* גדד, *ut tradit Aben Eſra*, Geneſ. 7. 11. *unde* & גְּדוּד turma.

אגז אֱגוֹז *m.* Nux, *juſta Hebræos interpretes communiter*, Cant. 6. 11. *Quibuſdam eſt*, tonſio, putatio, collucatio, *quaſi a* גָּזַז reſecuit, putavit, totondit.

אגל אֶגֶל *m.* Gutta: *Plur. conſtr.* אֶגְלֵי־טָל guttas roris, Job. 38. 28. *Ab. Eſra vult*, א *eſſe formativum*: *R. Levi explicat per* טיפי.

אֶגְלַיִם Gallìm, *nomen proprium civitatis Moabitarum in Tribu Ruben*, Iſai. 15. v. 8.

אגם

אָפֵס Deſiit, defecit, finem, *ſeu* terminum habuit, *ſemper tamen intranſitive hujus eſt uſus, cum nihil amplius rei ſupereſt*, Gen. 47. v. 15. הֶאָפֵס an defecit? Pſal. 77. v. 9. *Inde*

אֶפֶס *m.* Finis, terminus, extremitas. *Plur.* אַפְסִים fines. *Conſtr.* אַפְסֵי אָרֶץ Pſal. 2. v. 8. *Duale* אָפְסַיִם, *Aq.*, *Sym.*, *Theod.*, *Targum*, *R. Salomon vertunt* talos; *qui ita appellantur, quod ſint pedum, & corporis humani extremitates.* מֵי אָפְסָיִם, Ezech. 47. v. 3., aquæ talorum, *ideſt*, *aquæ plantas pedum humectantes; ſive, aquæ, quæ perveniunt uſque ad plantas pedum.* Item אֶפֶס *cum præfix.* ב *eſt*, in defectu, cum defectu, Job 7. v. 6., Prov. 14. v. 28., Dan. 8. v. 5. *Hinc*, nullus, nemo, Iſa. 45. v. 6., & 46. v. 9., Amos 6. v. 10., *Item*, nihilum, nihil, Deut. 32. v. 36., 2. Reg. 14. v. 26., Iſa. 34. v. 12., & 41. v. 29., & 45. v. 6., *Item*, gratis, temere, abſque cauſa, Iſa. 52. v. 4. *Eſt etiam particula negativa*, non; הַאֶפֶס an non?, 2. Sam. 9. v. 3. *Et exceptiva*, præter, excepto, Iſa. 45. v. 14., & tantummodo, Num. 22. v. 35., & 23. v. 13.. *Et interdum ſimul negationem includit, unde cum aff.* אַפְסִי nemo, *ſive* nihil præter me, Iſa. 47. vv. 8. 10., Sophoniæ 2. v. 15. *Sæpe hæc ipſa dictio occurrit ſequente* כִּי, *& tunc* אֶפֶס כִּי *eſt latine*, tamen, verumtamen, Num. 13. v. 28., Deut. 15. v. 4., Jud. 4. v. 9., Amos 9. v. 8., *Et*, tamen quia, 2. Sam. 12. v. 14.

אָפַע *Inuſit. Hinc*, אֶפַע *m.*, *& in pauſa cum præf.* מֵאָפַע, Iſa. 41. v. 24. *Hoc in loco*, *variant Interpretes. Aben Eſra*, *& alii vertunt*, ex nihilo; *Chald.*, necquicquam; *Vulg.*, ex

אֶפְרָתִי Ephrathæus, *nom. com. viris, vel de Tribu Ephraim*, Jud. 12. v. 5., 1. Reg. 11. v. 26., *vel de Ephrata, ſive Betlehem*, 1. Sam. 17. v. 12.

אַפְּתֹם *Chald. occurrit*, Eſdr. 4. v. 13., *LXX. eſt* καὶ τοῦτο, & hoc: *Vulg.*, & uſque ad: *R. Salom.* & tributum; *Aben Eſra*, & reditus annuus: *Aliis vero*, & theſaurus, & ærarium, *quaſi a voce græca* ἀφθονία abundantia, copia, opes.

אֶצְבּוֹן Eſbón, *vel* Eſebón, *nom. propr. virorum*, Gen. 46. v. 16., 1. Paral. 7. v. 7.

אָצַל Reponere, ſeponere, reſervare: *Præter.* אָצַלְתָּ ſepoſuiſti, Geneſ. 27. v. 36. *Niph.* præter. נֶאֱצַל anguſtum, contractum fuit, *quaſi* ſeparatum & ſepoſitum in ſe, Ezech. 42. v. 6. *Hunc locum Hieron., & Vulg. vertunt*, eminebant.

אֵצֶל Apud, juxta, penes, propè: מֵאֵצֶל de apud, *id eſt*, de latere, 1. Sam. 20. v. 41. *Cum affix.* אֶצְלִי Apud me, מֵאֶצְלוֹ de apud eum, ab ipſo, 1. Reg. 20. v. 36.

אָצֵל Aſél, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 37., & 9. vv. 43. 44.

אַצִּיל *m.* Ala, axilla, *quaſi juxta, vel ad latus poſita*: *Cum* ה *locali*, אַצִּילָה ad alam uſque, *id eſt*, pteromata ædificii, *ab alarum ſimilitudine ſic dicta*, Ezech. 41. v. 8. *ubi Vulg. habet* ſpatium. *Plur. conſtr.* אַצִּילֵי, Ezech. 13. v. 18., axillæ; *Sed LXX. eſt* ἀγκὼν; *Vulg.*, cubitus. *Plur. f.* אַצִּילוֹת, Jerem. 38. v. 12., axillæ. *Theod. habet*, ἀγκῶνες; *Vulg.*, cubiti.

אֲצִילִים *m. p.* Selecti, optimates, magnates, *quaſi* ſepoſiti *dicti*; *Conſtr.* וְאֶל־אֲצִילֵי & in ſelectos, Exod. 24. v. 11. *Cum aff.* וּמֵאֲצִילֶיהָ & ex ſelectis, *vel* optimatibus ejus, Jeſa. 41. v. 9. *Hunc locum LXX. vertunt*, & ex ſpeculis ejus, *hoc eſt*, extremitatibus: *Sym.*, & ex cubitis ejus: *Vulg.*, & a longinquis ejus.

אֲצַלְיָהוּ Aſaliá, *nom. propr. patris Saphan ſcribæ*, 2. Reg. 22. v. 3.

אֹצֶם Aſóm, *nom. prop. virorum*, 1. Paral. 2. vv. 15. 25.

אָצַר Recondidit, repoſuit in theſaurum, theſaurum collegit, *vel* fecit. *Niph. futur.* יֵאָצֵר in theſaurum reponetur, Jeſa. 23. v. 18. *Hiph. futur.* וָאוֹצְרָה & theſaurarios conſtituam, Neh. 13. v. 13. *pro* אוֹצִירָה.

אוֹצָר *m.* Theſaurus, Malach. 3. v. 10. *Conſtr.* אוֹצַר Joſ. 6. v. 2. אוֹצָרוֹ Theſaurus ejus, Jeſa. 33. v. 6. *Plural.* אוֹצָרוֹת theſauri, Neh. 13. v. 13.

אֶצֶר E'ſer, *nom. propr. filii Seir Horrei*, Gen. 36. v. 21.

אקק *imuſit. Inde* אַקּוֹ *m.* Deut. 14. v. 5., rupicapra, *ſive* hircus ſylveſtris, *ita etiam Kimchius* : *R. Sal. vertit*, ibicem; *LXX.*, *& Vulg. explicant* τραγέλαφον, tragelaphum, *hoc eſt* hirco-cervum; *animal, quod facie, & cornibus eſt hircus; magnitudine vero, & pilo cervus, quem Plin. lib. 8. cap. 1., & alii veteres deſcribunt. Bochartus arbitratur*, אקו *eſſe ab* אנק, *ideſt*, clamare, *quia capræ ſunt clamoſum pecus.*

אֹר; *Vide in* יאר.

אֲרִאֵל *Vide infra poſt* אֲרִיאֵל.

אֲרָא Ará, *nom. propr. filii Jether*, 1. Paral. 7. v. 38.

ארב Inſidiatus eſt: *Conſtruitur cum dativo, & præp.* אֶל, עַל, *Præt.* וְאָרַב & inſidiatus fuerit, Deut. 19. v. 11. *&c.* *Pih. particip.* מְאָרְבִים ſtudioſe inſidiantes, Judic. 9. v. 25. *Hiph. futur.* וַיָּרֶב & inſidias poſuit, 1. Sam. 15. v. 5. *pro* וַיַּאֲרֵב, *ut Kimchio placet.*

אֶרֶב, *&* אֹרֶב Inſidiæ, inſidiarum locus, latibulum, Job 37. v. 8., *& in pauſa* אָרֶב, Job. 37. v. 8. *Cum affix.* בְּאָרְבָּם in inſidiis ſuis, Hoſ. 7. v. 6.

אֲרָב Aráb, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 52.

אַרְבֵאל, Oſee 10. v. 14., Arbel, *nom. propr. viri, quem Hieron. putat eumdem eſſe ac* Jerobaal, *Aliis eſt vir, qui victus eſt a Salmana, quo tempore vaticinabatur Oſee.*

אֲרֻבָּה *f.* Specus, cataracta, foramen, feneſtra, *per quam proſpicitur ad inſidiandum*: *metaphoricè* caminus, fumarium: מֵאֲרֻבָּה de camino, Hoſ. 13. v. 3. *Plural.* אֲרֻבּוֹת cataractæ, ſpeculæ, feneſtræ, 2. Reg. 7. v. 19. *Cum aff.* אֶל אֲרֻבּוֹתֵיהֶם ad feneſtras ſuas, Jeſ. 60. v. 8.

אָרְבּוֹת *f. pl.* Cataractæ, *ſive* obices, Iſa. 25. v. 11., *ex abſoluta forma* אֲרֻבּוֹת, *& ſing.* אֹרֶב *Sed hic variant alii Interpretes*: *Vulg. ſunt*, alliſiones; *Aliis ſunt*, cubiti, axillæ, flexiones; *Poli vero exponit*, inſidias, *a radice* ארב; *Joan. Simon vertit*, robora, *a radice Arab.* ארב conſtrinxit, firmavit: *Sed* אֲרֻבּוֹת, Arabóth, 1. Reg. 4. v. 10., *eſt nom. propr.*

מַאֲרָב *m.* Inſidiæ, inſidiarum locus, Jud. 9. v. 35. *Conſtr.* בְּמַאֲרַב in inſidiis, *vel* inſidiarum loco, ſpecu, Pſal. 10. v. 8.

אַרְבֶּה Locuſta, *vide ſub rad.* רבה.

אַרְבִּי Arbí, *nom. propr. loci in Tribu Benjamin*, 2. Sam. 23. v. 35.

אַרְבַּע

32. v. 28. *Conſtr.* אֻרְוֹת, 1. Reg. 5. v. 6. *Et mutato* ו *in* י, אֻרְיוֹת, 2. Paral. 9. v. 25. *Item ſemel occurrit forma plur. f. cum præfix.*, לָאֻוֵרוֹת, *reſcb*, *&* *vau tranſmutatis*, 2. Paral. 32. v. 28., per ſtabula: *Bocharto*, *&* *aliis ſunt* ſepta, loculi, *ſive* ſtationes jumentorum in ſtabulo.

אָרוֹן, אָרֹן *com.* Arca, ſcrinium, marſupium, loculus, feretrum, capſa, capſula, Gen. 50. v. 26., Exod. 25. vv. 14. 15. 16. 21. *In regim.* אֲרוֹן, Exod. 25. vv. 10. 22. *Dictio hæc quibuſdam derivanda videtur ab* אָרָה collegit, *cum terminatione* וֹן *augmentativa, quia in arcam res colliguntur: Alii contra arbitrantur*, Nun *eſſe radicale; unde referunt ad* אֹרֶן, *de quo infra*.

אָרַז *Arab.* firmus, ſtabilis fuit, *ſpecialiter* radicibus in terram firmiter defixis. *Inde eſt, inquit Joan. Simon, partic. Pabul,* אָרוּז firmatus; *plur.* אֲרֻזִים firmati, Ezech. 27. v. 24., *In hoc tamen loco LXX. habent*, cypreſſina, *Vulg. vero*, cedros.

אֶרֶז *m.* Cedrus, *a firmitate*, *&* *ſtabilitate radicum, ut videtur Simoni in Lex. Cum aff.* אַרְזָה cedrus ejus, Soph. 2. v. 14., *deficiente Mappik. Plur.* אֲרָזִים Pſal. 29. v. 5. *Conſtr.* אַרְזֵי, Jud. 9. v. 15. *Cum aff.* אֲרָזַיִךְ Jerem. 22. v. 7. *Per metonymiam ſumitur hæc ipſa dictio pro* tabulato cedrino, 1. Reg. 6. v. 18., 1. Paral. 17. v. 1.

אָרַח Iter fecit: *Præter.* וְאָרַח & iter faciet, Job 34. v. 8. אֹרֵחַ proficiſcens, viator, Jud. 19. v. 17. *Plur.* אֹרְחִים Jer. 9. v. 1.

אֹרַח *f.* Iter, via, ſemita: *metaphoricè* conſuetudo, Gen. 18. v. 11. *Cum aff.* אָרְחִי iter meum, Pſal. 139. v. 3. *Plur.* אֳרָחוֹת viæ, Jud. 5. v. 6. *Conſtr.* אָרְחוֹת Pſal. 8. v. 9. אֹרְחוֹת *vide mox*: *Cum aff.* אֹרְחֹתָיו vias ejus, Prov. 22. v. 25. *ſic* אֹרְחֹתֶיךָ ſemitæ tuæ, *&c. Chald.* אֹרְחָתֵהּ viæ ejus, Dan. 4. v. 34. וְכָל־אֹרְחָתָךְ & omnes viæ tuæ, Dan. 5. v. 23.

אָרַח Areé, *vel* Areá, *nom. propr. filii Ollæ*, 1. Paral. 7. v. 39., Eſdr. 2. v. 5., Nehem. 6. v. 18.

אֹרְחָה *f.* Comitatus, turma, cohors commeantium: *Conſtr.* אֹרְחַת, Gen. 37. v. 25. *Plur.* אֹרְחוֹת cœtus commeantes, Jeſa. 21. v. 13.

אֲרֻחָה *f.* Viaticum, cibarium itineris, *quaſi itinerarium dicas*, Jer. 40. v. 5. אֲרֻחָתוֹ אֲרֻחַת תָּמִיד cibarium ejus cibarium juge eſt, Jer. 52. v. 34. *ubi Conſtructum & Affixum eſt.*

אָרִי

אֲרִידַי Aridái, *nom. propr. unius e filiis Aman*, Eſth. 9. v. 9.

אֲרִידָתָא Aridátha, *nom. propr. alterius filiorum Aman*, Eſth. 9. v. 8.

אַרְיֵה Arie. *nom. propr. viri, vel, ut quidam volunt, loci*, 2. Reg. 15. v. 25.

אַרְיוֹךְ Arióch, *nom. propr. regis Ponti*, Gen. 14. v. 1.

אָרַךְ Prolongari, produci, prorogari : *Præter.* אָרְכוּ לוֹ prorogati eſſent ei, Gen. 26. v. 8., Ezech. 12. v. 22. *Futur.* וַתַּאֲרַכְנָה & prolongabantur, Ezech. 31. v. 5. *Hiph.* הֶאֱרִיךְ prolongavit, prorogavit, produxit, protraxit, diſtulit : & *intranſitivè* prolongari, *ut* Deut. 5. v. 16.

אֲרַךְ *Chald* Prolungavit, & *intranſitive*, prolungatus eſt. *Part. Pahul*, אֲרִיךְ, quod *Sim. in Lex. vertit*, prolungatum, *item*, promulgandum, tardandum, longius differendum. *Sed aliis eſt*, decens, convenieus, fas, licitum eſſe. *Unde cum negatione*, לָא־אֲרִיךְ, Eſdr. 4. v. 14., *LXX. vertunt*, οὐκ ἔξεστι non licet : *Vulg.* nefas ducimus : *Alii*, non convenit.

אֶרֶךְ *m.* Prorogatio, longitudo, *ſive* rei, *ſive* temporis. *Et adjective*, longus : *Unde frequentiſſima phraſis*, אֶרֶךְ אַפַּיִם longus ira, *ideſt*, tardus ad iram, longanimis, Exod. 34. v. 6., אֶרֶךְ־רוּחַ longus ſpiritu, *ideſt*, longanimis, Eccleſ. 7. v. 8., אֶרֶךְ הָאֵבֶר longa ala, alatiſſima, Ezech. 17. v. 3.

אֶרֶךְ Arách, *nom. propr. civitatis in terra Sennaar*, Gen. 10. v. 10.

אֹרֶךְ *m.* Longitudo, Gen. 6. v. 15. *Cum aff.* אָרְכּוֹ longitudo ejus, Exod. 25. v. 10.

אַרְכָא *Chald.*, Prolongatio, prorogatio, Dan. 4. v. 24. *Vulg. verbaliter accepit*; *habet enim*, ignoſcet.

אַרְכָה Idem, Dan. 7. v. 12. *Quo in loco Vulg. habet*, tempora.

אֲרֻכָּה *Legitur* Job 11. v. 9. πέραν longe, μακρότερος, *Vulg.*, longior. *Alii vertunt*, longum, diuturnum, diutinum, 2. Sam. 3. v. 1., *ubi Vulg. habet*, longa (concertatio).

אֲרוּכָה אֲרֻכָה *f.* Sanitas, curatio, longitudo, prolongatio, *vitæ ſcil.*, cicatricis obductio, *ſic etiam interdum habet Vulgat. Conſtr.* אֲרֻכַת, Jerem. 8. v. 22. *Cum aff.* וַאֲרֻכָתְךָ & ſanitas tua. Iſai 58. v. 8. *Eadem vox metaphorice ſignificat murorum reſtaurationem*. Nehem. 4. v. 1., 1. Paral. 24. v. 13.

אַרְכּוּבָא, *vel* אַרְכֻּבָּה, & אַרְכֻּבָּה, *f. Chald. vide in* רכב.

אַרְכְּוָיֵא Archŭæi, *m. plur. Chald. emphat.*, Eſdr. 4. v. 9., *nom. propr. populi*.

אַרְכִּי Archí, *nom. propr. urbis in Tribu Ephraim*, Joſ. 16. v. 2., 2. Sam. 15. v. 32.

אַרָם Arám, *nom. propr. filii Sem, a quo regio appellata* Aramia, Syria, *ad Orientem Judææ ſita*, Gen. 10. v. 22. *Hinc* אֲרַמִּי Syrus, Gen. 22. v. 21., 2. Sam. 8. v. 5., & 10. v. 6., אֲרַמִּי Aramæus, Syrus: *Plur.* אֲרַמִּים, & אֲרוֹמִים, 2. Reg. cap. 8. v. 29., & 16. v. 6. *Fæm.*, אֲרַמִּיָּה Aramæa, Syra, 1. Paral. 7. v. 14. אֲרָמִית Aramice, Syriace, 2. Reg. 18. v. 26. *Eſt etiam* אֲרָם *nom. urbis, vel loci, unde adductus eſt Balaam à Balac*, Num. 23. v. 7., *ubi LXX. habent* Μεσοποταμία Meſopotamia, *hoc eſt*, interamnis, *quæ eſt Euphratem inter & Tigrim. Item nom. propr. civitatis dimidiæ Tribus Manaſſe trans Jordanem*, 1. Paral. 2. v. 23., *quæ alibi dicitur* Aran: *Nom. tandem propr. filii Somer*, 1. Paral. 7. v. 34. אֲרַם נַהֲרַיִם Arám *ſive* Syria duorum fluviorum, *vel* inter duo flumina: Deut. 23. v. 5. *Ubi LXX., & Vulg. habent* Meſopotamia.

אַרְמוֹן *c.* Palatium valde excelſum, arx, 1. Reg. 16. v. 18. *Hinc* הַהַרְמוֹנָה ad palatium, Amos 4. v. 3. *cum* ה *loco* א. *Plur* אַרְמְנוֹת palatia, Amos 1. v. 4. *Cum aff.* וְאַרְמְנוֹתָיו & palatia ejus, Amos 6. v. 8. *Hinc etiam, juxta quoſdam*, אַלְמְנוֹתָיו in palatiis ejus, Jeſa. 13. v. 12. *per commutationem* ר *in* ל: *ut ſupra fuit in Chaldaicis*, אֲרוּ & אֲלוּ: *vel*, in viduatis palatiis ejus, *ut ſignificationem habeat ab* אַלְמוֹן & אַרְמוֹן.

אַרְמֹנִי Armoni, *nom. propr. filii Saulis ex Reſpha*, 2. Sam. 21 verſ. 8.

אֲרָן Arán, *nom. propr. virorum*, Gen. 36. v. 28., 1. Paral. 1 v. 42., & 2. v. 25.

אֹרֶן *m.* Ornus; *ſed Vulg., quem ſequuntur Bochartus, aliique; eſt* pinus, *vel* pini *ſpecies*, Iſa. 44. v. 14. *Quod vero hinc nonnulli derivant, videl.*, אָרוֹן, *vel* אָרֹן, *vide pag.* 64.

אֹרֶן Arán, *nom. propr. filii Jerameel*, 1. Paral. 2. v. 25.

אַרְנֶבֶת *fæm.* Lepus, Levit. 11. v. 6. *Nonnulli vocem hanc derivant ex* אָרַב inſidiari, *quod ille ſit venatorum inſidiis expoſitus*.

אַרְנוֹן Arnón, *nom. propr.*, I. *torrentis, ſeu fluvii Moabitarum*, Num. 21. v. 14., II. *rupis excelſæ in finibus Amorrhæorum*, & Mo-

Moabitarum, Deut. 2. v. 36., Joſ. 12. v. 1., *&* 13. v. 9., Jud. 11. v. 13., III. *civitatis eorumdem*, Num. 21. v. 24., Joſ. 12. v. 1.

אַרְנָן Arnán., *nom. propr. filii Raphajæ*, 1. Paral. 3. v. 21. *Et* אָרְנָן Ornàn, 1. Paral. 21. v. 18., *nom. propr. viri*, *qui* 2. Sam. 24. vv. 16. 20. *dicitur* אֲרַוְנָה.

אֲרִיסַי Ariſái, *nom. prоor. unius e filiis Aman*, Eſth. 9. v. 9.

אֲרַע *Chald.* terra, *mutato* צ *in* ע. *In ſtatu emphat.* אַרְעָא, Jerem. 10. v. 11., Dan. 2. vv. 35. 39., *&* 3. v. 31. *Sed* אֲרַעא, *quæ occurrit* Dan. cap. 2. *in fine* v. 39. *varie accipitur. Theod.*, *& Vulg. vertunt*, minus; *Alii*, inferius, infra, *id eſt*, demiſſius, ac humilius. *Juxta Maſorethas legendum*, אֲרַע.

אַרְעִית *f. Chald.*, *unde cum præfix.* לְאַרְעִית, Dan. 6. v. 25. *Ubi Theod. habet* εἰς τὸ ἔδαφος, *Vulg.*, *& alii*, uſque ad pavimentum; *Alii denique*, ad imum, infimum.

אַרְפַּד Arphád, *nom. propr. inſulæ*, *al. civitatis in Phœnicia ſitæ non longe a Damaſco*. Iſa. 10. v. 9., 2. Reg. 18. v. 34., Jerem. 49. v. 23.

אַרְפַּכְשַׁד Arphaxád, *nom. propr. filii Sem*. Gen. 10. v. 21.

אֶרֶץ *c. ſed f. ſepius*, Terra, *tam habitabilis*, *quam inabitabilis*. *Quidam deducunt à* רָצַץ, *a terendo*, *quod ab incolis ſuis teratur*, *& calcetur*, *ut & latine à terendo dictam volunt*, Gen. 1. v. 10. *Cum* ה *locali*, אַרְצָה terram verſus, in terram, *vel* regionem, Gen. 12. v. 5. *Cum articulo* ה *ab initio* א *ſemper eſt Cum Kametz*; *ut*, הָאָרֶץ. *Cum affix.* אַרְצוֹ terra ejus, אַרְצְךָ terra tua, אַרְצָם terra eorum: *Plur.* אֲרָצוֹת terræ, Jer. 28. v. 8. *Conſtr.* אַרְצוֹת Pſal. 105. v. 44. *Metonymice* אֶרֶץ *ſumitur pro terræ incolis ut*, Gen. 6. vv. 11. 12., *per ſynecdochen autem pro regione*, *provincia*, *ſive terræ parte*, *ut* Gen. 13. v. 6.

אַרְצָא Arsà, *nom. propr. præfecti Tharſæ*, 1. Reg. 16. v. 9.

אֲרַק אַרְקָא *Chald.* Terra; שְׁמַיָּא וְאַרְקָא cœlum & terram, Jer. 10. v. 11. *Quibuſdam dictio hæc videtur eadem*, *ac* אַרְעָא, *mutato* ע *in* ק.

אָרַר Maledixit, exſecratus eſt, *Conſtruitur cum accuſativo*, *ut* Malach. 2. verſ. 2. *Imperat.* אָרָה לִי maledic mihi, Num. 22. v. 6., *cum dativo pleonaſtico*, אוֹרוּ maledicite, Jud. 5.

5. v. 23. *Niph. Particip. Plurale*, נֵאָרִים maledicti, Mal. 3. v. 9., *quod tamen propter Tzere potius* ad נֵאַר *reducendum*. *Pih. Præter.* אֵרְרָהּ maledictam reddidit eam, Gen. 5. v. 29. *Particip.* מְאָרְרִים maledictionem afferentes, Num. 5. v. 18. *Hophal Futur.* יוּאַר maledictus erit. Num. 22. v. 6.

אֲרָרָט Ararát, Iſa. 37. v. 38. *ſed hæc eadem vox*, cap. 8. Gen. v. 4., *Aq.*, *Sym.*, *Theod. eſt* Ἀρμενία; *Vulg.* Armenia; & 2. Reg. 19. v. 37. אֶרֶץ אֲרָרָט terra Armeniorum. *Ex quo patet, inquit Guarin in Lex.*, אֲרָרָט *ipſam eſſe* Armeniam.

אֲרָרִי Ararites, *vertit Vulg.* 1. Sam. 23. v. 33., & Ararites, 1. Paral. 11. vv. 33. 34., *nom. propr. loci, aut familiæ, unde oriundi erant Aiam, & Jonatan.*

מְאֵרָה *f.* Maledictio, Deut. 28. v. 20. *Conſtr.* מְאֵרַת Prov. 3. v. 33. *Plur.* מְאֵרוֹת maledictiones, Proverb. 28. v. 27. *Maledictio eſt ſubtractio, & defectus benedictionis, ſive boni. Inde Hebræi quandoque* חִסָּרוֹן defectum, diminutionem, penuriam, *explicant, ut* Deut. 28. v. 20., Malach. 3. v. 9., *ubi & Vulg. latina reddit* famem, egeſtatem, *Sic, & Græci in* Deuter. ἔνδειαν egeſtatem.

ארשׁ *Rad. Inuſit*, אֲרֶשֶׁת *f.*, *unde cum præfix.* וַאֲרֶשֶׁת, Pſal. 21. v. 3. *ubi LXX. Vatic. habent*, δέησις ſupplicatio, oratio; *Hieron.*, *Vulg. Lat. eſt*, voluntas; *Joan. Simoni videtur vertendum*, petitum, expetitum, *a rad. Arab.* ארש; *Aliis tandem eſt*, pronuntiatum, eloquium, declaratio.

ארשׂ *Pih.* Deſponſavit: Deut. 20. v. 7. אֵרַשְׂתִּי deſponſavi, 2. Sam. 3. v. 14. *Futur.* תְּאָרֵשׂ deſponſabis, Deut. 28. v. 30. *Pyh. Præt.* אֹרָשָׂה deſponſata, Deut. 22. v. 28.

אַרְתַּחְשַׁסְתְּא, Eſdr. 7. v. 21, 8. v. 1., &c., & *cum* ש *loco* ס, אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא, Eſdr. 4. v. 7., *Vulg. ubique vertit*, Artaxerxes, *nomen regibus Perſarum commune, ut eruditis non paucis videtur.*

אֵשׁ *c. ſed f. ſæpius*, Ignis, Gen. 15. v. 17. *Cum aff.* אֶת־אִשּׁוֹ ignem ſuum, Deut. 4. v. 36. *Utroque genere uſurpatur*, Job 20. v. 26.

אִשׁ *Vide in* יֵשׁ.

אֶשָּׁא *Chald.* Ignis, Dan. 7. v. 11. אֶשָּׁא *vide in* אשׁשׁ.

אַשְׁבֵּל Asbel., *nom. propr. filii Benjamin*, Gen. 46. v. 21., *qui dicitur* Jadiel, 1. Paral. 7. v. 6.

אשבלי Asbelitæ, *nom. gentile poſterorum* Asbel, Num. 26. v. 38.

אשבן Eleban, *nom. propr. filii Diſon*, Gen. 36. v. 26.

אשבעל Esbáal, *nom. propr. filii Saülis*, 1. Paral. 8. v. 33., & *&* 9. v. 39.

אשד *Radix Hebr. inuſit.*, *Chald. vero*, *&. Syr. eſt*, Fudit, effudit. *Hinc* אֶשֶׁד *m.* effuſſio, decurſus, alveus aquarum, *& juxta Vulg.*, ſcopulus, Num. 21. v. 15. אֲשֵׁדָה *f.*, *unde plur.*, אֲשֵׁדוֹת, Joſ. 10. v. 40., *&* 12. v. 8. *Conſtr.* אַשְׁדוֹת, *vel* אַשְׁדֹּת, Deut. 3. v. 17., *&* 4. v. 49., Joſ. 12. v. 3., *&* 13. v. 20. *LXX. voces has quaſi nomina propria regionis, aut urbis acceperunt; habent enim* Ἀσηδώθ : *Vulg. autem illas ipſas partim interpretatur*, radices (montium), *partim LXX. ſequutus vertit*, Aſedoth; *Sed Aquila in* cap. 3. Deut. v. 17. *tranſtulit*; καταχύσεις effuſio; *ſic etiam alii*, *præcipue recentiores*, *qui præterea vertunt*, decurſus, loca declivia, declivitates, radices (*montium*), *per quas decurrunt aquæ*.

אשדוד Aſdod, *& juxta Vulg.*, Azotus, *nom. propr. urbis Philiſtinorum*, Joſ. 11. v. 22. *Inde* אַשְׁדּוֹדִי Azotius, *nom. gentile*. *Et* אַשְׁדּוֹדִיּוֹת, *plur. fæm.*, Azotidæ, *ſive* Aſdodææ, *Azoti mulieres*, Nehem. 13. v. 23. *Et* אַשְׁדּוֹדִית Azotice, *ſive* Aſdodicè, Aſdodæe, *ibidem* v. 24.

אשדת Deuteron. 33. v. 2., *vox compoſita*, *inquit Guarin*, *ex* אֵשׁ ignis, *&* דָּת lex; *unde eſt*, lex ignis, *ſive* ignea. *In accuratiſſimis codicibus vox eadem reperitur ſcripta non conjunctim*, *ſed diviſim ita*, אֵשׁ דָּת.

אשה *Hebr. inuſit.* אֲשִׁיָּה *f.*, *unde plur. cum aff.* אָשְׁיוֹתֶיהָ, Jerem. 50. v. 15. *Ubi LXX. habent*, ἐπάλξεις αὐτῆς propugnacula ejus; *Vulg. autem*, *& alii*, fundamenta ejus.

אשה *Vide in* איש.

אשה *m.* Ignitum, *ideſt* ſacrificium igne comburendum, *quaſi ſit ab* אֵשׁ ignis. *Sed Joan. Simon mavult referre ad rad. inuſit.* אשה uſſit., *ita ut* אִשֶּׁה *ſit* aſſum, *ſive* id, quod aſſatur: *Græcis vero Interpretibus*, *& Vulg. eſt*, victima, hoſtia, ſacrificium. *Occurrit dictio hæc*, Exod. 29. v. 18., Levit. 2. v. 11., *&* 24. v. 7., Num. 15. v. 3. *&c. In regim.* אִשֵּׁה, Levit. 1. vv. 9. 13. 17., Num. 15. v. 10. *Plur.* אִשִּׁים ſacrificia: *in regim.*, אִשֵּׁי, Levit. 2. vv. 3. 10., Deut. 18. v. 1., *Cum aff.* אִשַּׁי ſacrificia mea, Levit. 6. v. 10., Num. 28. v. 2.

אַשְׁחוּר Ashúr, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 2. v. 24., & 4. v. 5.
אֲשִׁימָא Aſimà; *nom. propr. idoli virorum Emath*, 2. Reg. 17. v. 17.

אֶשֶׁךְ *m.* Teſtis, teſticulus; *unde in pauſa*, מְרוֹחַ אָשֶׁךְ, Levit. 21. v. 20., *ubi LXX. habent*, μόνορχις unum habens teſticulum; *Vulg.*, herniosus; *Alii*, attritus teſticulo.

אֶשְׁכֹּל Eſcól; *nom. propr. fratris Mambre*, Gen. 14. v. 13., & *vallis, aut torrentis in vicinia Hebron*, Num. 13. vv. 24. 25.

אַשְׁכְּנַז Aſcenéz; *nom. propr. filii Gomer*, Gen. 10. v. 3., & *populorum Armeniæ, & Mediæ vicinorum*, Jerem. 51. v. 27.

אֵשֶׁל *m.* Nemus, arboretum, Gen. 21. v. 33. תַּחַת הָאֵשֶׁל ſub arboreto, 1. Sam. 31. v. 13: *pro quo*, 1. Paral. 10. v. 12. *dicitur*; תַּחַת הָאֵלָה ſub quercu.

אָשַׁם Deliquit; luit, reus fuit, reus factus, *aut* peractus fuit, *ita Vulg.*, & *alii, præcipue LXX. Aq. Sym. Theodot. Item*, vaſtatus, deſolatus fuit: *ut* Ezech. 6. verſ. 6., Hoſ. 14. v. 1. *Niph. præter.* נֵאשְׁמוּ, *contracte pro* נֶאֶשְׁמוּ, Joel. 1. v. 18. *LXX. vertunt*, ἠφανίσθησαν, e medio ſublati ſunt; *Vulg.* diſperierunt: *Alii habent*, deſolantur. *Hiph.* הֶאֱשִׁים reum peragere, deſolare, devaſtare. *Imper. cum aff.* הַאֲשִׁימֵם, Pſal. 5. v. 11. *LXX. interpretantur* κρῖνον αὐτοὺς; *Vulg.*, judica illos; *Hieron.*, condemna illos; *Alii*, reos perage, *ſive*, declara eos, *vel* deſola eos.

אָשָׁם *m.* Delictum, reatus. *In ritibus Sacrificiorum, eſt metonymice*, hoſtia pro delicto, oblatio pro peccato, Gen. 26. v. 10. Levit. 7. v. 2. &c. *Item eſt*, mulcta, piamentum, ſatisfactio, *ut* 1. Sam. 6. vv. 3. 4. *Hinc etiam genus ſacrificii, cujus ratio eſt, inquit Robertſon, ut detur ad ſatisfaciendum pro reatu, ad impetrandam remiſſionem*, Levit. 5. vv. 7. 16. *Et ad* Levit. 15. v. 16. *R. Salom. admonet*, אָשָׁם *notare* כֹּפֶר λύτρον redemptionis, *ſeu* ſolutionis pretium, *quod quis dat ei, in quem peccavit*; *Atque inde* Iſa. 53. v. 10. אִם תָּשִׂים אָשָׁם נַפְשׁוֹ quum poſuerit ſatisfactionem anima ejus; & *juxta Vulg.*, ſi poſuerit pro peccato animam ſuam. *Cum aff.* אֶת־אֲשָׁמוֹ reatuum ſuum, *ideſt*, oblationem ſuam pro peccato, Levit. 5. v. 6. *Plur.* אֲשָׁמִים; *cum præfix.*, & *affix.*, בַּאֲשָׁמָיו in delictis ſuis, Pſal. 58. v. 22. *Animadvertit hic Zanolinus in Lex.*, אָשָׁם ſacrificium pro delicto *in eo differre a* חַטָּאת ſacrificio pro peccato, quod

quod illud offerebatur pro delictis clam perpetratis ; חַטָּאת vero offerebatur pro peccatis manifeſtis , & indicatis .

אָשֵׁם *m.* Delinquens, reus, Levit. 5. v. 2. *Plural.* אֲשֵׁמִים Gen. 42. v. 21.

אַשְׁמָה *f.* Idem, 2. Paral. 28. v 13. *Conſtr.* לְאַשְׁמַת ſecundum reatum, Levit. 4. v.3. *Cum aff.* אַשְׁמָתוֹ reatus ſui, Levit. 5 v. 24. *Plural.* אַשְׁמוֹת 2. Paral. 28. v. 10. *Cum aff.* וְאַשְׁמוֹתַי & reatus mei, Pſal. 69. v. 6. אַשְׁמָתֵנוּ reatus noſtri, delicta noſtra, 2. Paral. 28. v. 13., אַשְׁמָתָם reatum ſuum, Eſd. 10. v. 19., & בְּאַשְׁמָתָם in reatu ipſorum, 2. Paral. 24. v. 18.

אַשְׁמַנִּים *m. plur.*, Loca deſolata, *juxta quoſdam*, & *juxta Vulg.*, in caliginoſis, Iſa. 59. v. 10. *Vide in* שמן.

אִישׁוֹן, & אֶישׁוֹן *Vide poſt rad.* איש .

אַשְׁנָה Aſená, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 33.

אֶשְׁעָן Eſaán, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 52.

אשף *Rad. inuſit.*, *in genere ſenſum* tegendi, & occultandi, & recondendi *habuiſſe videtur Joan. Simoni*; *indeque Syr. in ſpecie eſt*, incantare, *quod eſt*, tecte agere, artibus occultis uti. *Hinc* אַשָּׁף *m.* aſtrologus; *vel ut alii habent*, augur, auſpex, ſapiens in aſtrologia, & auſpiciis. *Theod. vertit* ἐπαιδὸς incantator: μάγος, *Vulg.*, magus, Dan. 2. v. 10. *Plur.* אָשְׁפִין aſtrologi, Dan. 5. v. 11., & אָשְׁפַיָּא Dan. 4. v. 4. *Hebraicè*, הָאַשָּׁפִים aſtrologis, Daniel. 1. v. 20. *de quo vide etiam* נָשַׁף .

אַשְׁפָּה *f.* Pharetra *dicta ab* אשף, *ut videtur Simon. in Lex.*, *quia ſagittæ in pharetra* occultantur, *ſive* reconduntur: *ad quod, addit ille*, etymon alluditur. Iſa. 49. v. 2. *Occurrit dictio hæc*, Job 39. v. 23., Iſa. 22. v. 6. *Cum aff.* אַשְׁפָּתוֹ pharetram ſuam, Pſal. 127. v. 5., Iſa. 49. v. 2., Jerem. 5. v. 16., Thren. 3. v. 13.

אַשְׁפֹּת *f.* Fimus, ſtercus, ſterquilinium, 1. Sam. 2. v. 8. הָאַשְׁפּוֹת ſterquilinii, Nehem. 3. v. 14., & *inde per ſyncopam*, הַשְׁפֹּת v. 13. *pro* הָאַשְׁפּוֹת: *Plural.* אַשְׁפַּתּוֹת ſtercora, Thren. 4. v. 5. *quod poſſit eſſe a ſingulari* אַשְׁפָּה. *Cæterum Kimchi, in ſuo Michlol, confert cum nominibus formæ* מַלְכוּת & שִׁפְלוּת, *quaſi terminatio* תּ *ſit formativa, ut* ות. *Sic in* אַחוֹת & חָמוֹת. *Fortè poſſit eſſe à* שָׁפָה, *quod in lingua Chaldaica ſignificat* conterere, calcare; *unde* ſtercus *dictum* אַשְׁפּוֹת *quia* calcatur, &

& conteritur ab omnibus. Idem notat ad citatum locum è libro Samuelis.

אַשְׁפְּנַז Aſphenéz, *nom. propr. præpoſiti eunuchorum regis Nabuchodonozoris*. Dan. 1. v. 3.

אֶשְׁפָּר *m.* Fruſtum; portio ampla, 2. Sam. 6. v 19. *Priſci Hebræorum ſapientes explicarunt, quaſi ex tribus vocabulis compoſitum, nempe* אֶחָד מִשִּׁשָּׁה בְּפָר, unum ex ſexta bovis, *id eſt*, una ſexta bovis. *In tot enim partes generaliores animal mactatum diſſecabant, (ut hodie in quatuor) ſicut ſcribitur in Codice Talmudico* Peſachim, cap. 2. *fol.* 26. *Sed LXX. Vatic.* in 1. Sam. 6. v. 19. אֶשְׁפָּר *vertunt* ἐσχαρίτης placenta, *& in* 1. Paral. 16. v. 3. אֶשְׁפָּר *conjunctum cum præcedenti* לֶחֶם panis, *interpretantur*, ἄρτος ἀρτοκοπικὸς panis elaboratus. *Rectius tamen Vulg. utrobique reddit*, aſſaturam bubulæ carnis, *quem etiam Caſtellus ſequitur: Ut enim videtur Simoni, eſt compoſita ex rad. inuſit.* אשה aſſavit, *&* פַּר taurus, bos.

אַשְׁקְלוֹן Aſçalón, *nom. propr. unius e quinque præcipuis urbibus Philiſthinorum*, Jud. 1. v. 18.

אַשְׁקְלוֹנִי Aſcalonitæ, *nom. propr. comm. civium Aſcalonis*, Joſ. 13. v. 3.

אָשַׁר *In Kal.*, recta inceſſit, *ſive* proceſſit recta via; *hoc enim verbum affinitatem habet cum* יָשַׁר rectum eſſe, recta incedere: *Arab.*, lætus fuit, lætitia exſultavit; *metaphorice*, lætior in altum ſe ſe extulit arbor, *ut habet Simon*. *Imper. plur. cum præfix.*, וְאִשְׁרוּ, Prover. 9. v. 6., *quod LXX. quidem vertunt*, καὶ κατορθώσατε & dirigite; *Aqu.*, *& Sym.*, καὶ κατευθύνθητε & dirigimini; *Vulg. autem*, & ambulate, *proprie* recta via. *Piel.* אִשֵּׁר, *LXX.*, *Aq.*, *Sym.*, *Theod. vertunt*, μακαρίζω; *Vulg.*, *& alii*, beatum dico, prædico; *item Alii habent*, recta incedere fecit, direxit, duxit, felicitavit, beavit: *Intranſitive*, וְאַל־תְּאַשֵּׁר, Prov. 4. v. 14., ne incedas; *& juxta Vulg.*, nec tibi placeat. *Præter.* וְאִשְּׁרוּ & beatos prædicabunt, Malach. 3. v. 12. *Partic.* מְאַשְּׁרִים beatos prædicantes, *ibidem*, v. 15. *Conſtr.* מְאַשְּׁרֵי, *& cum aff.* מְאַשְּׁרֶיךָ beatum prædicantes te, Iſa. 3. v. 12., *Alii habent*, ducentes, dirigentes: *Imper. cum præfix.* וְאַשֵּׁר & dirige, recta incedere fac, Prov. 23. v. 19. *Plur. m.*, אַשְּׁרוּ, Iſa. 1. v. 17., *quod LXX. vertunt*, ῥύσασθε liberate; *Vulg.*, ſubvenite;

Alii

Alii vero, beatum efficite, roborate, confirmate, *atque hæc quidem ſignificatio Rabbinis peruſitata eſt*. *Futur. cum affix.*, וַתְּאַשְּׁרֵנִי, & prædicavit me (beatum), Job 29. v. 11. *Plur. cum affix.*, יְאַשְּׁרוּהוּ beatum prædicabunt eum, Pſal. 72. v. 17. *Pyhal.*, אֻשַּׁר; *hinc partic. pahul.*, מְאֻשָּׁר beatus, beatificatus, beatus prædicatus, Prov. 3. v. 18., *Plur. cum affix.* וּמְאֻשָּׁרָיו & beati prædicati ejus, *videl.*, ab eo, *Aliis eſt*; directi ejus, Iſa. 9. v. 15. *Futur.* יְאֻשַּׁר, Pſal. 41. v. 3. beatus reddetur, beatificabitur, beatus prædicabitur: *Ibi LXX. habent* ϰ' μαϰαρίσαι; *Vulg. autem*, & beatum faciat; *Hinc Guarin arbitratur, illos legiſſe cum* ו *ab initio, & in Piel*, וְאִשֵּׁר; *Sym. vertit*, ϰ' μαϰαριστὸς ἔσται; *S. Hieron.*, & beatus erit.

אָשֵׁר Asér, *nom. propr. unius ex filiis Jacob, a quo Tribus Aſer*, Gen. 30. v. 13., *eſt & nomen loci in Tribu Manaſſe cis Jordanem*, Joſ. 17. v. 11., 1. Reg. 4. v. 16.

אֹשֶׁר *m.* Felicitas, beatitudo. *Cum affix.* בְּאָשְׁרִי in, *vel*, pro beatitudine mea, *& ut vertunt LXX.* μαϰαρία ἐγὼ beata, fortunata ego ſum.

אַשְׁרֵי *Plur. Conſtructum*, Beatitates, *ſed per adjectivum*, beatus, *rectè exprimitur*; *nunc. ſingul.*, Pſal. 1., *nunc Plur.*, Pſal. 2. v. 12. *Vel eſt ut* אַחֲרֵי *adverbialiter*, benè, beate, *& ſenſum habet, ut apud Plaut.* benè vos, benè nos, benè te, benè me, benè noſtrum, benè mihi, benè vobis, benè amicæ meæ. *Cum aff.* אַשְׁרֶיךָ וְטוֹב לָךְ beatitates tuæ, & bonum tibi, *id eſt*, beatus eris & benè tibi erit, o te beatum & felicem, Pſal. 128. v. 2. *Sic*, אַשְׁרֵיךְ beata tu, o te beatam, Eccleſ. 10. v. 17. אַשְׁרֵיכֶם o vos beatos, Jeſ. 32. v. 20. אַשְׁרֵהוּ beatus ipſe eſt, Proverb. 29. v. 18., *in quo deficit* י *notam plur. numeri*: אַשְׁרָיו *Idem*, Proverb. 16. v. 20. *Cum aff. primæ perſonæ, ſuperior forma uſurpari poteſt, in antecedenti nomine* אשר.

אָשׁוּר, *&* אָשֻׁר, *f. LXX. vertunt*, πὲς pes, *metonymice pro* greſſu; *Aliis eſt*, greſſus, inceſſus. *Cum aff* בַּאֲשֻׁרוֹ in greſſu ejus, Job 23. v. 11. *Sed ibi*, inceſſus medium, *ſive* viam *notare, videtur Simoni in Lex. Plur.* אֲשׁוּרִים greſſus, *metaphorice hominis* actiones: *cum aff* אֲשׁוּרָי greſſus mei, Pſal 40. v. 3., Pſal. 73. v. 2. קַרְשֵׁךְ עָשׂוּ־שֵׁן בַּת־אֲשֻׁרִים transtra tua fecerunt

cerunt ex dente filiá greſsuum, *ideſt*, ex ebore optimo; *illud enim præſtantiſſimum eſt, inquit Guarin, quod ab elephantibus deſoditur in terram, & in ea pedibus territur; LXX.* habent, οἶκους ἀλσώτεις domus ſylveſtres; *forſan pro* בַּת־אֲשֻׁרִים legebant בַּת־אֲשֵׁרִים domus lucorum, *ſive* ſylvarum; *Chald. ex duplici voce unam efficiens, nempe,* בְּתְאַשֻּׁרִים, *interpretatur,* aſſeres buxorum, *ſive* tabulas buxinas, *ex* ב *præpoſitione, &* תְּאַשּׁוּר buxus, *quæ quidem dictio extat* Jerem. 41. v. 19. *Alii* בַּת־אֲשֻׁרִים *vertunt*, filia ſtriarum, *ideſt*, habens ſtrias eleganter inciſas: *Vulg. autem interpretatur*, prætoriola, *quæ erant in prora navis*.

אֲשֻׁר אָשׁוּר *f.* Idem: *Cum aff.* אֲשֻׁרִי חָטָה declinavit greſſus meus, Job. 31. v. 7. אֲשֻׁרֵנוּ greſſum noſtrum, Pſal. 17. v. 11. *LXX. tamen Vulg., S. Hieron., & Sym. hanc ipſam dictionem legebant cum affix. 1. perſonæ ſingul. ita,* אִשְּׁרוּנִי beatificaverunt me; *Vulg. autem per antiphraſim vertit* projicientes me.

אַשּׁוּר Aſſúr, *nom. propr. filii Sem, a quo Aſſyrii*, Gen. 10. vv. 11. & 22.

אֲשׁוּרִי Aſurì, *Vulg.* Geſſurí, *nom. propr. civitatis in Tribu Aſer*, 2. Sam. 2. v. 9.

אַשּׁוּרִים Aſſurim, *nom. propr. filii Dan*, Gen. 25. v. 3., *eſt & nom.* Aſſyrorum, *qui Græcis* Syri *dicuntur*.

אֲשֶׁר *Pronomen relativum utriuſque generis & numeri*, qui, quæ, quod, *& plur.*, qui, quæ, *relationem præcedentis ad ſequens recta tendentem exprimens, ut volunt quidam; Aliis* אֲשֶׁר *eſt ipſa radix. Cum præfix.* בַּאֲשֶׁר in quo *ſcil. loco*, ubi, ubicumque, Ruth. 1. vv. 16. 17., Jud. 5. v. 27., & 17. vv. 8. 9., Job 39. v. 30., Eccl. 8. v. 4., *Item eſt*, propter, בַּאֲשֶׁר לְמִי־הָרָעָה propter quid, malum, Jon. 1. v. 8., *Item* quandoquidem, Gen. 39. v. 9., eo quod, Gen. 39. v. 23. Eccl. 7. v. 2., quo, quocumque, 1. Sam. 23. v. 13., 2. Reg. 8. v. 1. אֲשֶׁר בּוֹ in quo, pro בַּאֲשֶׁר Gen. 1. vv. 11. 12. &c., כַּאֲשֶׁר ſicut quemadmodum, ſecundum quod, Gen 7. v. 9., Exod. 39. v. 43. &c. לַאֲשֶׁר ei, qui, Gen. 43. v. 16., Iſa. 8. v. 23., Jerem. 27. v. 5., מֵאֲשֶׁר ab eo, qui, 1. Paral. 17. v. 13., ex illis, quæ, Gen. 31. v. 1., a quo, *ſcil. loco*, unde, Exod. 5. v. 11., ex quo, *ſcil. tempore*, Iſa. 43. v. 4., quam ut, Eccleſ. 3. v. 22. *Quando autem* אֲשֶׁר *occurrit præmiſſum*

miſſum quibuſdam particulis ſeparatis, has ipſas relative *explicandas eſſe indicat*; ut אֲשֶׁר שָׁם ubi, Gen. 2. v. 11. אֲשֶׁר כָּמוֹנִי qualis ego, 2. Sam. 9. v. 8. אֲשֶׁר מִשָּׁם unde, Gen. 10. v. 14., אֲשֶׁר עַל־כֵּן eo quod, Job 34. v. 27., אֲשֶׁר שָׁמָּה quo, Gen. 10. v. 13. *&c. Præterea ipſa dictio* אֲשֶׁר *ſæpiſſime particulas exprimit, ut* adverbia temporis, *videl.* cum, quando, poſt quam; *idque exprimit, quandoque ſine ullo præfix., ut* Gen. 30. v. 38., Levit. 6. v. 3., Num. 5. v. 29., Deut. 11. v. 6., *quandoque vero cum præfix.* כ, *ut* Gen. 12. v. 10., *&* 18. v. 33., Exod. 17. v. 11., Deut. 2. v. 16., *Exprimit etiam adverbia*, I. Intendendi, *videl.* immo, quin etiam, Pſal. 10. v. 6., Pſal. 144. v. 12., Job 5. v. 5., quantum, Gen. 44. v. 1., quanto magis, Exod. 1. v. 11., II. Similitudinis, *nempe* quemadmodum, Exod. 14. v. 13., Jerem. 33. v. 22., Mich. 7. v. 10., 2. Paral. 6. v. 29. *Significat quoque* conjunctiones: *ut cauſales*, nam, quia, Gen. 31. v. 49., Deut. 3. v. 24., Jud. 9. v. 17., Jerem. 13. v. 25., Pſal. 8. v. 2., quod, Exod. 11. v. 7., Levit. 5. v. 5. *&c.*: *Item conditionalem*, ſi, Levit. 4. v. 22., Deut. 11. v. 27. *&c.*, ac ſi, Zach. 10. v. 6., Job 10. v. 16., *Item eſt*, ut, Gen. 11. v. 7., Num. 23. v. 13. *&c.*, ita ut, Deut. 28. v. 35., 1. Sam. 3. v. 11., 2. Reg. 9. v. 37. &c.

אֲשַׂרְאֵל Aſraél, *nom. propr. filii Jaleleel*, 1. Paral. 4. v. 16.

אֲשַׂרְאֵלָה Aſaréla, *nom. propr. filii Aſaph*, 1. Paral. 25. v. 2.

אֲשְׂרִאֵלִי Aſrielitá, *nom. gentile poſterorum Aſriel*, Num. 26. v. 31.

אֲשֵׁרָה *f.* Lucus, *ſic dictus, quòd homines beatitatem in eo, utpote ſacro, & religioſo, quærerent: aut per Antiphraſin, quaſi* minime beatus, *ut Latinè* lucus, *quaſi* minimè lucidus, Deut. 16. v. 21. *Plural.* וַאֲשֵׁרִים & lucos, 2. Reg. 17. v. 10. *Cum aff.* וְאֶת־אֲשֵׁרָיו & lucos ejus, Exod. 34. v. 13., *& forma fæmin.* אֲשֵׁרוֹת 2. Paral. 33. v. 3. *Cum præfix.* הָאֲשֵׁרוֹת, Jud. 3. v. 7., *LXX. vertunt* τοῖς ἄλσεσι lucis, *hoc eſt*, idolis, *quæ in iis colebantur*; *Vulg. habet*, Aſtaroth; *nom. propr. idoli fecit, ut & Syrus, & Arabus.*

אַשְׂרִיאֵל Aſriél, *nom. propr. filii Galaad*, Num. 26. v. 31., Joſ. 17. v. 2. *qui* 1. Paral. 7. v. 14. *dicitur* Eſriél.

אֻשַּׁרְנָא *f. Chald. Et cum præfix.* וְאֻשַּׁרְנָא, Eſd. 5. vv. 3. 9., *ubi*

ubi LXX. habent, ἡ χορηγία, & ſumtus, & apparatus, & impenſa; *Vulg. autem aliiſque eſt*, murus, *a radice*, *ut quidam volunt*, אָשַׁר inceſſit, ambulavit; *unde* murus, quaſi urbis in circuitum proceſſus: *Alii deducunt ab eodem verbo*, *ſed in Pael Chald.*, *quod ſignificat*, firmare, roborare; *murus autem eſt*, *qui urbem munit*, *&* *roborat*.

תְּאַשּׁוּר *f. Species* cedri: *aliis eſt*, abies, *aliis* briſilium, *vel* cupreſſus, *aliis eſt* buxus, Iſa. 41. v. 19., *&* 60. v. 13. *In libro Jelammedenu*, *ſectione* תרומה: Quare vocatur תְּאַשּׁוּר nomen ejus? שֶׁהוּא מְאֻשָּׁר מִכָּל מִינֵי אֲרָזִים quia eſt feliciſſima, præſtantiſſima inter omnes ſpecies cedrorum.

אָשַׁשׁ Firmus, fortis, robuſtus fuit, *Arab.*, fundavit, firmavit: *Unde Hithpah. imper. plur. in pauſa* הִתְאֹשָׁשׁוּ, Iſa. 48. v. 8., *cujus dictionis variæ ſunt interpretationes*; *LXX.*, ἡ στενάξατε & ingemiſcite, & ſuſpirate; *Vulg.*, & confundimini; *David Kimchi*, *aliique vertunt*, viri, *aut* fortes eſtote, roborate, corroborate vos.

אָשִׁישׁ, *vel* אָשׁוּשׁ *m.* Fundamentum, *a firmitate dictum*: *Unde plur. conſtr.* לַאֲשִׁישֵׁי Iſa. 16. v. 7., *quod quidem LXX. vertunt*, habitantibus, *hoc eſt*, fundamentum habentibus; *Aq.*, longævis; *Sym.*, τοῖς εὐφραινομένοις lætantibus, *Vulg. vero*, qui lætantur, *a rad.* שׂוּשׂ lætari; *Alii tandem*, de fundamentis, *vel* ſuper fundamenta, *ita ut* ל *ſit pro* על *juxta R. Sal. Cum affix* וְאֻשּׁוֹהִי & fundamenta ejus, Eſdr. 6. v. 3. *Vide ſupra in* אש.

אֲשִׁישָׁה *f.* Lagena, *ut recentioribus multis videtur*: *Alii tamen*, *&* *veteres potiſſimum non in unum*, *eumdemque ſemper ſenſum acceperunt*: 2. Sam. 6. v. 19 placenta, *&* 1. Paral. 16. v. 3., torta panis *ab LXX. redditur*; *Vulg. autem utrobique eſt*, ſimila frixa oleo. *Plur. cum præfix.* בָּאֲשִׁישׁוֹת, Cantic. 2. v. 5. *vertunt LXX.*, in unguentis, *Sym.*, in flore; *Vulg.*, in floribus. *Plur. conſtr. ex forma maſc.*, אֲשִׁישֵׁי, Oſe. 3. v. 1., *ubi LXX habent*, coctiones, *idest teſte Hieron.*, cruſtulæ, *quæ idolis offerebantur*: *Aq. vertit*, vetera; *Sym.* inutiles; *Vulg.*, vinacia; *Aliis* אֲשִׁישֵׁי *ſunt* lagenæ.

אֵשֶׁת, *&* אִשּׁוֹת, *vide in* איש.

אֶשְׁתָּאוֹל Eſthaol, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 33., *&* *alterius civit. in Tribu Dan*, *niſi ſit eadem urbs*, *ut volunt nonnulli*, Joſ. 19. v. 41.

אֶשְׁתָּאֻלִי

אֶשְׁתָּאֻלִי Eſthaolitæ, *nom. comm. civium urbis Aſhbaol*, 1. Paral. 2. v. 53.

אֶשְׁתַּדּוּר *m. Chald.*, *unde cum præfix.* וְאֶשְׁתַּדּוּר, Eſdr. 4. vv. 15. 19. *ubi LXX. habent*, φυγαδεῖαι fugæ, *hoc eſt*, defectiones, rebelliones; *Vulg. ſunt*, bella, ſeditiones, prælia; *Aliis vero ſunt*, rebellio, conſpiratio, *in ſingulari numero*; *Radix hujus dictionis eſt* שְׁדַר mittere; *& recte quidem*, *inquit R. Dav. Kimchi in lib. Radicum*; *nam rebellantes*, *vel prælia gerentes mittunt ſæpius nuntios ad eos*, *a quibus auxilium ſperant*. *Vide* שְׁדַר.

אֶשְׁתּוֹן Eſthón, *nom. propr. filii Mahir*, 1. Paral. 4. v. 11.

אֶשְׁתְּמֹה Iſthemó, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 50.

אֶשְׁתְּמֹעַ Eſthamò, & Eſthemó, *nom. civitatis in Tribu Juda*, *quæ poſtea fuit urbs confugii*, & *Levitis data*, Joſ. 21. v. 14., 1. Sam. 30. v. 28., 1. Paral. 4. v. 17., & cap. 6. v. 42.

את *Verbis activis ſubjunctum*, *notat Accuſativum*; *poſt paſſiva*, *Nominativum*: ut, יֵאָכֵל־אֶת־הַצְּבִי comedetur caprea, Deut. 12. v. 22., & *ſic paſſim*. *Sic poſt verbum neutrum*, 2. Sam. 11. v. 25. *Ante Makkaph notatur cum Sægol* אֶת: *Ter etiam abſque Makkaph*, Pſal. 47. v. 5., Pſal. 60. v. 2., Prov. 3. v. 12. *Sic etiam ante Pronomina notat Accuſativum*; אֶתְהֶם eos, אֶתְהֶן eas, אֶתְכֶם vos, אֶתְכֶן vos, *fæmin. Ante alia Pronomina eſt cum Cholem*, אֹתִי me, אֹתְךָ te; *In pauſa*, אוֹתָךְ, *tranſpoſitis punctis*, Deut. 28. v. 48., Jud. 13. v. 15., *quod quidem eſt diſtinguendum ab* אוֹתָךְ *cum affix. fæm.*, *ut* 2. Sam. 14. v. 8. *Cum* ה *paragog.* אֹתְכָה, Num. 22. v. 33., & *in pauſa*, אֹתָכָה, Exod. 29. v. 35., אֹתָם eos, אֹתוֹ eum, &c. מֵאֵת de, è, ex, Jer. 2. v. 37., 1. Reg. 6. v. 33. *Et ita abſolutè quandoque ſummitur*, אֶת־הָעִיר ex civitate, Gen. 44. v. 4; *ſic* Exod. 9. v. 29., 1. Reg. 18. v. 23. *Item pro præpoſitione* אֶל ad, *vel ejus vicario* ל: ut, אֶת־הַכֹּהֵן ſacerdoti, *pro* לַכֹּהֵן Lev. 13. v. 49. *ſic* Lev. 16. v. 15., Job. 26. v. 4., 1. Reg. 6. v. 31. *Eſt etiam*, cum: *ut*, אֶת־מִי cum quo, Iſa. 40. v. 14., Iſa. 23. v. 17., & *alibi ſæpe*. *Hoc uſu cum affixis Pronom. frequens eſt*, אִתּוֹ cum eo, אִתְּךָ tecum, אִתִּי mecum, אִתָּנוּ nobiſcum, &c. *Hinc eleganter*, מֵאִתְּךָ de tecum i. e. a te, מֵאִתִּי à me, מֵאִתּוֹ ab eo, & *ita deinceps*. *Reperias etiam* אוֹתָךְ

tecum,

tecum, Ezech. 2. vv. 1. 6. *pro* אִתְּךָ. *Et ſic* מֵאוֹתִי, a me, *pro* מֵאִתִּי Iſa. 54. v. 15. *Vide in* אִתָּה.

אֵת *m.* Ligo, vomer, aratrum. *Cum aſſ.* אֵתוֹ & ligonem ſuum, 1. Sam. 13. v. 20. *Plur.* וְלָאֵתִים & pro ligonibus v. 21., *&* *cum Dagheſch*, לְאִתִּים in ligones, Jeſa. 2. v. 4. *Cum aſſ.* אִתֵּיכֶם ligones veſtros, Joël. 3. v. 10.

אַתְּ Tu, *m.*, אַתְּ, *& in pauſa* אָתְּ *fœm., pronom.* tu: *Sexies ſaltem occurrit cum paragogico*, אַתִּי, *& in pauſa*, אָתִּי tu. *Ter legitur*, אַתְּ *fœm. pro* אַתָּה, *aut* אַתְּ *m., nempè*, Num. 11. v. 15., Ezech. 28. v. 14., Deut. 5. v. 27. *Plur.* אַתֵּן vos, *Cum* ה *paragogico* אַתֵּנָה.

אַתְיָא, אָת *m. Chald. &* אוֹת *vide ſupra in* אוֹ.

אֶתְבַּעַל Ethbáal, *nom. propr. regis Sidoniorum*, 1. Reg. 16. v. 31.

אתה Venit, advenit, acceſſit; *propriè Chaldaicum eſt, unde & ejus linguæ formam imitatur*: *Præter.* אָתָנוּ accedimus, Jerem. 3. v. 22. *ex forma Quieſcentium tertia* Aleph. *Particip.* אֹתִיּוֹת venientia, ventura, Jeſa. 44. v. 7. *Imper.* אֵתָיוּ venite, Jeſ. 21. v. 12., *& cum* ה *loco* א, הֵתָיוּ Jeſ. 21. v. 14. *Futur.* וְיֶאֱתֶה & veniet, Jeſ. 41. v. 25. *per Apocopam*: וַיֵּתֵא & venit, Deut. 33. v. 21. תֵּאתֶה perveniet, Mich. 4. v. 8. *Chald. Præter.* אֲתָה Eſr. 5. v. 3., אֲתוֹ venerunt, Eſr. 4. v. 12. *Infin.* לְמֵתֵא ad veniendum, Dan. 3. v. 2. *Imperat.* וֶאֱתוֹ & venite, v. 26. *Hiph. præter.* הַיְתִיו venire fecerunt, adduxerunt, Dan. 5. v. 3. *Infin.* לְהַיְתָיָה ad adducendum, v. 2. *Hoph. præter.* וְהֵיתָיִת & adductus eſt, Dan. 6. v. 18. הֵיתָיוּ adducti ſunt, Dan. 3. v. 13. *in quibus* א *more Chaldaico in* י *commutatus eſt*.

אֶתוּהִי *Vide in* אוֹת; *vide etiam* אִיתוֹן, *de quo infra*.

אתה, *& in pauſa* אָתָּה, Tu, *pronom. Quinquies eſt ſine* ה *in fine*. *Plur. maſc.* אַתֶּם vos. *Vide ſupra* אַתְּ *&* אֵת.

אִתַּי Ethaí, *&* Ithaí, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 15. v. 19., *&* 23. v. 29. *Vide ſupra* אַתְּ.

אַתֶּם Vos, *m. vide ſupra in* אַתָּה.

אֵתָם Ethám, *nom. propr. loci in deſerto, ubi fuit tertia manſio Iſraelitarum*, Exod. 13. v. 20., Num. 33. v. 6.

אֶתְמוֹל *Adverbium temporis*, heri, antea, *quaſi diceretur*, *inquit Simon*, præſentiæ, *ſive* præſentis abſciſſio, *ſive* reſectio, *id-*

eſt

eſt, tranſitus. *Dictionem ſiquidem hanc arbitratur, compoſitam ex* אֵת præſentia, præſens, *&* *ex* מול abſcindere, reſecare, Mich. 2. v. 8. *Occurrit quoque cum* ו, אֶתְמוֹל, 1. Sam. 4. v. 7., *&* 14. v. 21., 19. v. 7., 2. Sam. 5 v. 2., Pſal. 90. v. 4. *Sæpius etiam occurrit abſque* א, תְּמוֹל, Gen. 31. vv. 2. 5., Exod. 5. vv. 7. 8. 14., Deut. 4. v. 42., Joſ. 3. v. 4., 1. Sam 20. v. 27. *&c.*, מֵאֶתְמוֹל ab heſterno die, jam ante; מִתְּמוֹל ab heri, Exod. 4. v. 10., כְּאֶתְמוֹל ſicut heri, 1. Sam. 14. v. 21

אתן *Hebræis inuſit.*, *ſed Arab.* אתן *eſt*, contracto, brevique greſſu inceſſit, ſtetit, ſubſiſtit; *hinc*, *ut videtur Simoni*, *eſt* אָתוֹן *f.* aſina a tarditate greſſus *dicta*. *Cum affix.* אֲתֹנוֹ aſinæ ſuæ, Gen. 49. v. 11. *Plur.* אֲתֹנוֹת, *&* אֲתוֹנוֹת, Gen. 32. v. 16., Job 1. v. 3. 14. *Vide ſupra poſt* אית, *vide etiam in* אוֹת, *in* אַתְּ *&* אֵת.

אֵיתָן Ethán, *nom. propr. virorum*, 1. Reg. 4. v. 31., 1. Paral. 2. v. 6., *&* cap. 6. vv. 42. 44., *&* cap. 15. v. 17.

אִיתוֹן *m. unde cum præfix.* הָאִיתוֹן, Ezech. 40. v. 15., ingreſſus, introitus, *nimirum per primam portam*, *ſive exteriorem ad ſecundam portam interiorem*: *Hinc LXX. vertunt* ἔξωθεν exterius; *Vulg. autem habet*, quæ (porta, *aut* portæ ſpatium) pertingebat uſque ad faciem veſtibuli portæ interioris.

אַתּוּן *m. Chald.* Caminus, fornax, a fumo continuo *dicta*, *quemadmodum ſcribit Simon*; *vocem ſiquidem* אַתּוּן *derivandam a rad. Arab.* תנן, *arbitratur*. לְגוֹא אַתּוּן in fornacem, Daniel. 3. verſ. 11.

אַתּוּנָא Idem, *in ſtatu emphat.* לְמֵזֵא לְאַתּוּנָא ſuccendere fornacem, Dan. 3. v. 19.

אֶתְנָה *f.* Merces, *vide* תָּנָה.

אֶתְנִי Athanái, *nom. propr. filii Zaræ*, 1. Paralip. 6. v. 41.

אֵתָנִים *Nom. menſis*, *vide in* אית.

אֶתְנַן *m.* Merces, *proprie meretricia*, *vide in* תָּנָה.

אֶתְנַן Ethnán, *nom. propr. filii Aſſur ex uxore Halaa*, 1. Paral. 4. v. 7.

אתיק *m. Variant hac de voce Interpretum ſententiæ*. *Quibuſdam eſt*, Porticus, *vel genus* columnarum, *vulgo* periſtylium, *ſic dictum*, *inquit Simon*, *a* firmitate, *&* ſtabilitate, *tum quod ipſum* firmum *ſit*, *atque* ſtabile, *tum quod ædifi-*

ædificium firmet, *ac* ſuſtentet, *a verbo inuſit.* יתק, *quod Arab. ſonat*, firmus, ſtabilis, fuit, firmo nexu cohæſit: *&* *in* 2. *conjugat.*, firmavit, ſtabilivit. *Aliis vero* אַתִּיק *eſt*, ſolarium, *quod ſupra ædes reliquas eminebat*, *vel* cubiculum, conclave, *proprie a reliquis ædificiis ſeparatum*; *derivant enim a* נָתַק avulſit, ſeparavit. *Vulg. in* cap. 41. Ezech. vv. 15. 16. *habet* etheca; *unde hebream vocem retinuiſſe*, *videtur*. *Plural.* אַתִּיקִים periſtylia. Ezech. 42. v. 5. *Cum affix.* וְאַתִּיקֶיהָא periſtylia ejus, Ezech. 41. v. 15., *ubi* א *eſt pro* ה *paragog.*, *ne duo* ה *concurrant*, *ut quibuſdam placet*.

אתר *Hebr. inuſit.*, *Arab.* Tetendit, extendit; *Hinc videtur eſſe*, אֲתַר ſpatium, locus, *ab* extenſione *dictus*. אֲתַר *Chald.*, *idem ſignificat*, Dan. 2. v. 35., Eſdr. 6. v. 3. *Cum affix.* אַתְרֵהּ locus ejus, *vel* ſuus, Eſdr. 5. v. 15., *&* 6. vv. 5. 7. *Eſt etiam* אֲתַר veſtigium; *Inde cum præfix.* ב, בָּאתַר *pro* בַּאֲתַר, poſt, *q.d.* in veſtigio; Dan. 7. vv. 6. 7. *Cum affix.*, *excluſo* א, בַּתְרָךְ poſt te, Dan. 2. v. 39.

אֲתָרִים *m. plur. Vide in* תור, explorare.

אתתי אתות *Vide ſupra in* אות.

ב *Eſt*

ב

ב *Eſt in primis litera arithmetica, quæ ſe ſola* duo *ſignificat. Eſt & particula* inſeparabilis, *quæ nimirum ſæpiſſime nominibus, particulis, etiam affixis, & infinitivis præfigi ſolet, variaſque* præpoſitiones *exprimit, quamvis nonnumquam plane ſupervacanea videatur. Primaria autem præpoſitionis hujus* ב *ſignificatio eſt*, in *cum* ablativo *ſive* temporis, *ut* בְּרֵאשִׁית in principio, Gen. 1. v. 1., *ſive* loci, & ſubjecti, in quo, *ut*, בַּבַּיִת in domo, Geſ. 39. v. 5., בְעַמְּךָ in populo tuo, Exod. 22. v. 27., *ſive* qualitatis, *aut* rei cujuſcumque, *ut* בֶּאֱמוּנָה in veritate, Pſal. 33. v. 4. *Præterea* ב *ſignificat* I. ad, in, *cum* accuſativo, *notatque vel* cauſam finalem, *ut* Eccleſ. 10. v. 17., *vel* motum ad locum, *aut* ſubjectum, ut Gen. 11. v. 4. II. contra, adverſus, *ut* בַּכֹּל contra omnes, Gen. 16. v. 12., III. a, ab, de, *atque ita innuit, quandoque* cauſam materialem, *ut*, בַּזָּהָב ex auro, Exod. 35. v. 32.; Subjectum cujuſcumque actionis, *ut*, non comedet ex eo, Exod. 12. v. 43., & *etiam* modum actionis, & rei, *ut*, בְּכָל־לְבָבְךָ ex toto corde tuo, Deut. 6. v. 5. IV. pro, *vel* vice, loco, *ut* יָד בְּיָד manum pro manu, Deut. 19. v. 21., *vel* pretium rei, *ut* בַּכֶּסֶף pro pecunia, Deut. 2. v. 6., *vel* quantitatem, *cum verbis* æſtimandi, *ut* בַּמֶּה pro quo, *ideſt*, quanti æſtimatur ipſe, Iſa. 2. v. 22. V. inter, *ut*, בָּאָדָם inter homines, Pſal. 68. v. 19. VI. juxta, ſecundum, *ut*, בְּשֶׁקֶל־הַקֹּדֶשׁ juxta pondus ſanctuarii, Levit. 5. v. 15. VII. per, *denotans* cauſam inſtrumentalem, *ut* בְּמֹשֶׁה per Moyſen, Num. 12. v. 2., *vel* modum actionis, *ut* Pſal. 78. v. 2., *quandoque etiam exprimit illum*, per quem juratur, *ut* בִּי נִשְׁבַּעְתִּי per me juravi, Gen. 22. v. 16.

v. 16. VIII. propter, *ut* בַּחֲמִשָּׁה propter quinque, Gen. 18. v. 28. IX. uſque, uſque ad, *ut* בַּשָּׁמָיִם uſque ad cœlum, Deut. 1. v. 28. X. cum, *notans*, *vel* cauſam principalem, *cujus auxilio quis roboratur*, *ut*, בְּךָ in te, *hoc eſt*, tecum, tua ope, tuo auxilio; אָרֻץ tranſgrediar murum, Pſal. 18. v. 30., *vel* cauſam inſtrumentalem, & modum actionis, *ut* בְּחַרְבִּי וּבְקַשְׁתִּי cum gladio meo, & cum arcu meo; *vel* conjunctionem, conſociationem, comitatum, *ut* Exod. 10. v. 9., 1. Sam. 1. v 24., Jerem. 11. v. 19. &c. XI. de, *exprimens*, vel objectum, *de quo agitur*, *ut* 1. Sam. 19. v. 3., *vel* partem rei, *ut* בְּמַשָּׂא, Num. 11. v. 17. XII. ſive, *vel*, tam, quam, *cum repetitur*, & *diſtributive accipitur*, *ut* בַּגֵּר וּבְאֶזְרַח tam de advena, quam de indigenis, *vel*, *ut habet Vulg.*, ſive ſit peregrinus, ſive indigena, Exod. 12. v. 19. XIII. ב *infinitivo præfix.*, *exponendum eſt per* cum, *vel* quum, poſtquam, *ipſe autem infinitivus in tempus finitum reſolvendus*, *ut* בִּמְלֹאת cum expleti fuerint, *vide* Deut. 4. v. 46., Pſal. 4. v. 2., &c. XIV. *ſæpius* ב *poſt verba poſitum exprimit caſum modo* dativum, *modo* accuſativum; dativum, *ut* בַּיהוָה וּבְמֹשֶׁה Domino, & Moyſi (crediderunt) Exod. 14. v. 31.; accuſativum autem, *ut* Gen. 31. v. 7., Exod. 4. v. 4. XV. *interdum adſciſcit particulas* expletivas דִּי, מוֹ, *ut* בְּדֵי, בְּמוֹ, & *utrumque latine ſonat*, in: XVI. *interdum* ב *jungitur cum vocibus indeclinabilibus*, *ut*: בְּאֵין מֵבִין in non intelligente, *hoc eſt*, nemine advertente; בְּלֹא כֶסֶף in non argento, *hoc eſt*, ſine argento; בְּבֵין in inter, *hoc eſt*, inter. XVII. *in aliquibus ſententiis repetitum ἀντίστροφον efficit*, 1. Paral. 7. v. 23. כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ, quia malum fuit in domo ejus, *vel* quia in malo fuit domus ejus. *Duo alia exempla vide* Job 18. v. 8., Oſe. 13. v. 9. XVIII. *præterea* ב adjectivo *poſtpoſitum*, *illi aliquando vim* ſuperlativi *addit*, *ut*, גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה fortis in beſtiis, *ideſt*, fortiſſima beſtiarum, Prov. 30. v. 30., &, הַיָּפָה בַּנָּשִׁים pulchra in mulieribus, *hoc eſt*, pulcherrima mulierum, Cant. 1. verſ. 8., ſubſtantivo *autem præfixum*, *quandoque* adjectivum, *vel* adverbium *circumſcribit*, *ut* מַעֲשֵׂהוּ בֶּאֱמוּנָה opus in fide, *hoc eſt*, fidele, Pſal. 33. v. 4., בְּכָבוֹד in gloria, *hoc eſt*, glorioſè, Iſa. 14. v. 18., *aliquando* ב, *ubi pleonaſtice præfixum videtur*, *ipſam rei veritatem* expri-

exprimit, ut בְּאֵל שַׁדָּי in Deo omnipotente, *hoc eſt* Deus omnipotens. XIX. *Tandem* ב *quandoque deficit*, *quandoque redundat*: *Deficit* Gen. 45. v. 16, & vox audita eſt בֵּית domo, *pro* בְּבֵית in domo; Num. 12. v. 8. מַרְאֶה *pro* בְּמַרְאֶה in viſione; Prov. 8. v. 22. רֵאשִׁית principium *pro* בְּרֵאשִׁית in principio: *vide* Iſa. 41. v. 2., Jerem. 36. vv. 7. 8. 9. *Interdum* ב *deficiens ex præcedenti membro repetendum eſt*, *ut*, בִּישִׁישִׁים חָכְמָה וְאֹרֶךְ יָמִים תְּבוּנָה in antiquis eſt ſapientia, & (in) longitudine dierum intelligentia, Job. 12. v. 12., *Alia exempla ſunt*, Iſa. 48. v. 14., Jerem. 27. v. 18. *&c. Redundat* ב Job. 16. v. 10., *ibi enim legitur*; aperuerunt contra me בְּפִיהֶם in ore ſuo, *hoc eſt*, os ſuum, *vide* Prov. 9. v. 5., Thren. 1. v. 17. *&c. ſæpius enim* ב *illud poſt verba* pleonaſticum, *ſive* redundans *eſt*. *Hactenus Guarin in* Gramm. Hebrai., *& Joan. Simon. in* Lex.

בָּא Venit, בֹּא, *&* בּוֹא ingreſſus; *vide infra* בוא.

בָּאָה *pro* בִּיאָה *vide ut ſupra*; יְבִיאהוּ *Ibidem*.

באך *Vide in* בוא.

בְּאוּשְׁתָּא *f. Chald. vide* בְּאֹשׁ.

בְּאֵלִם *Vide in* אֵל.

יְבִיאֵם *Vide* בוא.

בָּאן *Vide* בוא.

בָּאַר (*In Kal inuſit.*) *proprie*, eruit; *Arab.* fodit, effodit. *Pih.* בֵּאֵר declaravit, explanavit, dilucidavit, enarravit, ſenſum eruit: *Infinit.* בַּאֵר הֵיטֵב declarando bene; *& adverbialiter*, clare, diſtincte, Deut. 27. v. 8.

בְּאֵר *f.* Puteus, *claram aquam continens*, Gen. 16. v. 14. *Cum affix.* בְּאֵרֶךָ putei tui, Proverb. 5. v. 15. *Plural.* בְּאֵרוֹת putei, Gen. 26. vv. 15. 18., *& alia forma*, בֶּאֱרֹת Gen. 14. v. 10.

באר *Vide in* בוֹר.

בְּאֵרָא Berá, *nom. propr. filii Supha*, 1. Paral. 7. v. 37.

בְּאֵרָה Beerá, *&* Berá, *juxta Vulg.*, *nom. propr. filii Joel*, 1. Paral. 5. v. 6., *Item nom. loci*, *aut vici in Tribu Dan*, *ſed tunc accentus eſt in penultima*, Jud. 9. v. 21.

בְּאֵרוֹת Beeróth, *item* Beróth, *juxta Vulg.*, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, Joſ. 9. v. 17., *&* 18. v. 25., 2. Sam. 4. v. 2.

בְּאֵרִי Beerí, *nom. propr. virorum*, Gen. 26. v. 34., Oſe. 1. v. 1.

בְּאֵר רָאמַת Beér Ramáth, *nom. propr. civitatis Tribus Simeon*, Joſ. 19. v. 8.

בְּאֵר שֶׁבַע Beér ſchéva, *& juxta Vulg.*, Berſabeé: *nom. propr. civitatis primum Tribus Juda, deinde Simeonis*, Joſ. 15. v. 28. *&* 19. v. 2., 1. Paral. 4. v. 28.

בְּאֵרֹתִי Berothites, 2. Sam. 23. v. 37., *& plur.* בְּאֵרֹתִים, *ibidem* cap. 4. v. 3., *nom. commune civium urbis* בְּאֵרוֹת.

בָּאַשׁ Putruit, fœtuit, Exod. 7. v. 18. *Futur.* וַיִּבְאַשׁ & fœtuit, v. 21. *Niſ. præter.* נִבְאַשׁ fœtidus factus fuit, *metaphorice*, abominabilis, odioſus factus eſt, 1. Sam. 13. v. 4., *in quem locum Vulgatus habet*, erexit ſe. נִבְאַשְׁתָּ אֶת־אָבִיךָ fœtidus redditus es apud patrem, *vel* patri tuo, *& juxta Vulg.*, fœdaveris patrem tuum, 2. Sam. 16. v. 21. נִבְאֲשׁוּ בְּדָוִד fœtidi facti ſunt Davidi, 2. Sam. 10. v. 6., *ubi Vulg. vertit*, injuriam feciſſent David. *In Hiph. tranſitivè & intrantiſivè ſumitur: Præter.* הִבְאִישׁ fœtuit, Exod. 16. v. 24. הִבְאִישׁוּ putruerunt, Pſal. 38. v. 6. הִבְאַשְׁתֶּם fœtere feciſtis, Exod. 5. v. 21. *Futur.* יַבְאִישׁ fœtidum reddet, Proverb. 13. v. 5. *Hitph. præter.* הִתְבָּאֲשׁוּ fœtidos reddiderunt ſe, 1. Paral. 19. verſ. 6.

בְּאֹשׁ, *&* בְּאֹשׁ *m.* Putredo, fœtor, putidus odor, Amos 4. v. 10. *Cum affix.* בָּאְשׁוֹ Joel 2. v. 20. בָּאְשָׁם *pro* בָּאְשָׁם fœtor eorum. Iſa. 34. v. 3., *Fœm.* בָּאְשָׁה, Job 31. v. 40., *LXX. eſt*, Βάτος rubus; *Sym.*, ἀτελεσφόρητα imperfecta, *videlicet*, ſemina, *aut* frumenta; *Vulg.*, ſpina; *Aliis eſt*, fructus fœtidus, *vel* herba mala, *&* noxia, *aut* fœtens, *quale eſt* lolium, vicia, &c.

בְּאֵשׁ בִּישׁ *Chald.* Malum eſſe *vel* videri, diſplicere: *Præter.* שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי valdè malum fuit ſuper eum, *id eſt*, vehementer diſplicuit ei, *& juxta Vulg.* ſatis contriſtatus eſt, Dan. 6. v. 15., *quod Ab-Eſra explicat*, רַע בְּעֵינָיו malum erat in oculis ejus, *& R. Saadia*, מְאֹד הֵרַע לוֹ.

בְּאוּשְׁתָּא *f. Chald.* Maligna, peſſima, Eſr. 4. v. 12. בְּאֻשִׁים *m. plur.*, Iſa. 5. vv. 2. 4., labruſcæ, uvæ fœtentes, & inſuaves: *ſed LXX.*, *& Theod. ſunt* ἄκανθαι ſpinæ, *Aquil. vero*, σαπρίαι putredines, *ideſt*, fructus putidi.

בָּאת *&c. Vide* בוֹא.

בָּאתַר *Chald. vide in* בָּתַר.

בְּבָאָת *f.* Ezech. 8. v. 5., *eſtque a rad.* בוא *cum præfix.*, *quod Vulg.*, *& alii*, *vertunt*, in introitu, in ingreſſu.

בָּבָה *f.* Pupilla: *Conſtr.* בְּבָבַת עֵינוֹ in pupilla oculi ipſius, Zach. 2. v. 8. *Contractè*, כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן ut nigrum pupillæ oculi, Pſal. 17. v. 8. *ſic*, בָּבָא בְּבַתָּא pupilla, *Chaldæis*, *& Talmudicis uſitatiſſimum*. *Ergo* בַּת *in hoc uſu non eſt* Filia, *ut multi putant*. *Vide in* בוב.

בֵּבַי Bebái, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 11.

בָּבֶל Babél, Babylon, *nom. propr. urbis maximæ ad Euphratem, quæ regni* Aſsyriorum *metropolis fuit; cujus etym. eruditi repetunt a* בָּלַל confudit; *unde* בָּבֶל *pro* בַּלְבֵּל confuſio. *Sic autem ea urbs dicta fuit, quod ibi Deus linguam ædificantium turrim* Babel *confuderit*, Gen. 11. v. 9. *Cum* ה *locali* בָּבֶלָה Babylonem.

בְּבִין *Vide ſupra pag.* 81. *&c.*

בְּבָבַת *Vide ſupra in* בָּבָה.

בְּבוֹר *Vide in* בוֹר.

בַּג *m.* Cibus, *& conjungitur ſemper cum voce* פַּת portio, buccella, *ac ſi unam cum ea conſtituat dictionem*: *Kimchi tamen ſcribit ut duas, ſed & in quibuſdam optimis codicibus interdum duæ illæ voces ſeparantur*. *Conſt.* בְּפַתְבַּג הַמֶּלֶךְ in portione cibi Regis, Dan. 1. vv. 8. 13. *Cum aff.* פַּתְבָּגָם portionem cibi eorum, verſ. 16. פַּתְבָּגוֹ portionem cibi ejus, Dan. 11. v. 26. לְבַג *Vide in* בְּזוֹ.

בְּגַד *Vide in* גַּד.

בָּגַד Prævaricatus fuit, perfidè egit. *Conſtruitur abſolutè, ſæpius cum præpoſit.* ב *&* מִן, *quaſi* perfidè agere in, *vel* contra aliquem, *aut* perfidia deſciſcere ab aliquo. *Præter.* בָּגַדְתָּ בָּהּ perfidè agis in eam, Malach. 2. v. 14. *Particip.* בֹּגֵד perfidè agens, perfidioſus: *f.* בֹּגֵדָה perfida.

בֶּגֶד *m.* Perfidia, Iſa. 24. v. 15., Jer. 12. v. 1. *Item* veſtimentum, *fortè quod ſit primæ hominis contra Deum* perfidiæ tegumentum, & teſtimonium, *cum antea homo nudus fuerit*, *& tum eſt generis communis*. *Cum affix.* בִּגְדוֹ veſtimentum ſuum, Gen. 39. vv. 12. 13. 15. *Plur. m.* בְּגָדִים, Gen. 24. v. 53. *Conſtr.* בִּגְדֵי Gen. 27. v. 15. *Cum aff.* בְּגָדֶיךָ veſtimenta tua, 2. Reg. 5. v. 8. *Fæm. cum aff.* כָּל־בִּגְדוֹתֶיךָ omnia veſtimenta tua, Pſal. 45. v. 9. *Cum præfix.* בְּבִגְדֵי in veſti-

bus,

bus, Ezech. 27. v. 20., *ubi LXX.* μετ' κτηνῶν cum jumentis, *ob ſequentem tertiam vocem* רְכֻבָה curſus, *interpretati ſunt*; *Vulg. ibidem habet*, cum tapetibus.

בָּגוֹדָה *f.* Perfida, Jerem. 3. v. 7. *cum Kametz ab initio, loco Scheva*.

בֹּגְדוֹת *f.* Perfidiæ: אַנְשֵׁי בֹּגְדוֹת viri perfidiarum, *id eſt*, perfidi, Soph. 3. v. 4.

בָּגָה *Radix Hebræis inuſit.*, *Arab. autem*, Exorbitavit, modum tranſgreſſus eſt, a vero, & juſto deflexit; *Unde, inquit Joan. Simon, quidam deducunt nomen*.

בָּגוֹי *m.*, *mutata tertia radicali* ה in Iod: *plur.* בְּגוֹיִם tranſgreſſores, Habacuc 1. v. 5. *Sed vide* גּוֹי.

בִּגְתָא Bagathá, *nom. propr. unius e ſeptem Eunuchis, qui regi Aſſuero miniſtrabant*, Eſth. 1. v. 10.

בִּגְתָן Bagathán, *nom. propr. alterius Eunuchorum ejuſdem regis*, Eſth. 2. v. 21.

בַּד, *& in pauſa* בָּד, *LXX.*, *Sym.*, *Vulg.*, *aliiſque eſt*, Lineus; *ſunt alii, qui vertunt*, linum, *vel* byſſum, lini *nempe ſpecies, quæ in veſtibus regum, ſacerdotum adhibebatur*, Exod. 28. v. 42. *Plur.* בַּדִּים linea, *hoc eſt*, veſtimenta ex lino facta, Exech. 9. vv. 2. 3. 11., *&* 10. vv. 2. 6. 7., linum *autem videtur quibuſdam dictum a* בָּדָד, *quod conſtet* filo ſimplici, & ſolitario, *vel* ſolum creſcat, *ex quolibet ſcil. grano ſeminis* unicus tantum culmus. *Aliæ hujus pluralis ſunt ſignificationes*: I. בַּדִּים Ezech. 17. v. 6. *ſunt* rami *ab eadem rad.* בדד *dicti*, quia *ſunt partes arboris ab ea* ſe ſeparantes, & diffundentes. *Cum affix.* בַּדֶּיהָ rami ejus, Ezech. 19. v. 14. II. *Sunt*, vectes, *quia ſiunt* ex ramis arborum, *vel quia* ſeparati *ſunt*, *&* ſeparari *poſſunt*, Exod. 25. v. 28., *&* 27. v. 6., *&* 40. v. 20., Num. 4. v. 6. *Conſtr.* בַּדֵּי vectes, Exod. 27. v. 6. III. *Sunt* artus, membra corporis, ramorum *inſtar a corpore* ſe ſeparantia, *vel potius, inquit Simon*, venæ, nervi, *&* tendines, *inſtar* ramorum *per corpus* ſe diffundentes, *in quem ſenſum quidam accipiunt* בַּדִּים *apud* Job 18. v. 13., *&* 41. v. 4. IV. *Per* בַּדִּים *deſignantur* mendacia, vaniloquentia, *a rad.* בָּדָא; *Cum aff.* בַּדָּיו, Iſa. 16. v. 6., Jerem. 48. v. 30., *ubi tamen Vulg. habet*, fortitudo ejus, virtus ejus. V. Divini, arioli, mendaces, Iſa. 44. v. 25.,

v. 25., Jer. 50. v. 36., *per quos illic intelliguntur* חוזי בכוכבים aſpicientes aſtra, aſtrologi, *Vide infra* בד *a* בדד *derivatum*.

בדא *Proprie* mendax fuit; *hinc tranſitive*. Effixit, mentitus, commentus fuit, 1. Reg. 12. v. 33. *Partic. cum aff.* בודאם effingis ea, Nehem. 6. v. 8. *pro* בודאם.

בדד *Arabice*, Separavit; *Hebr. intranſitive*, ſolitarius fuit; ſolitarium egit: *Particip.* בודד ſolitarius exiſtens, Iſa. 14. v. 31. בודד לו ſolitarius ſibi, Hoſ. 8. v. 9.

בָּדָד *m.* Solus, *ſed ſumitur ſemper adverbialiter*, ſeorſum, ſolitariè, *unde maſculinis, & fœmininis jungitur, tam per ſe, quam cum* ל *ab initio: ut*, יֵשֵׁב בָּדָד, deſidet ſolitariè, *id eſt*, ſolitarius, Thren. 3. v. 28. *& fœm.* יָשְׁבָה בָדָד deſidet ſolitariè, *hoc eſt*, ſolitaria, Thren. 1. v. 1. *& numero plur.* בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ ſolitariè habitabunt, Jer. 49. v. 31., *& cum proſtheſi*, ל, לְבָדָד ſolitarie, Mich. 7. v. 14.

בַּד Solus; בַּד בְּבַד יִהְיֶה ſolus cum ſolo eſto, Exod. 30. v. 34. *id eſt*, unumquodque ſolum, *vel* ſeorſum eſto, *ut Ab. Eſra explicat*: *Vel, ut habent LXX.*, ἴσον ἴσῳ ἔςαι æquale æquali erit, *hoc eſt*, partes æquales erunt; *Vulg.*, æqualis ponderis erunt omnia. *Eadem dictio* בַּד, *quando eſt cum præfix.* ל, לְבַד, *conſtituit* adverbia, *nempe*, ſeorſim, *ut* בֵּית־דָּוִיד לְבָד domus David ſeorſum, Zach. 12. v. 12., *item* ſolum, ſolummodo, tantum, *ut* לְבַד רְאֵה־זֶה, Eccl. 7. v. 29., *ita &* Iſa. 26. v. 13. *Quando vero* בַּד *habet poſt ſe* עַל, *aut* מִן, *vel ſimplex litera* מ *præficitur, ſive voci ſequenti, ſive eidem* בַּד, *tunc ſignificat latine*, abſque, excepto, præter. *ut*, לְבַד עַל exceptis, Eſdr. 1. v. 6. לְבַד מִן הַשַּׂהֲרֹנִים abſque, *ſive* præter lunulas, *ideſt* ornamenta, *a lunari forma ſic appellata*, Jud. 8. v. 26., לְבַד מִטַּף præter parvulos, Exod. 12. v. 37. מִלְּבַד נְשֵׁי præter uxores, Gen. 46. v. 26. Sed מִלְּבַד, *vel* מִלִּבּוֹ, 1. Reg. 12. v. 33. *videtur Simoni exponendum*, ſeorſim, ſeparatim: *in quibuſdam codicibus legitur*, מִלִּבּוֹ, *unde & Vulg. vertit*, de corde ſuo. *Cum ſuffix.* לְבַד *exprimit adjectivum*, ſolus, ſola, ſolum, *ut* לְבַדִּי ſolus ego, לְבַדְּךָ ſolus tu, לְבַדּוֹ ſolus ipſe, לְבַדְּכֶם ſoli vos, לְבַדְּנָה *cum* ה *parag. pro* לְבַדָּן, illæ ſolæ, Gen. 21. v. 29., *&* לְבַדְּהֶן Gen. 21. v. 28., *ſed Vulg. utrobique vertit*, ſeorſum.

בְּדַד Badad, *nom. propr. patris Adad regis quarti in Edom*, Gen. 36. v. 35.

בַּדְיָה Badaiás, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 35.
בָּדַי *Vide ſupra in* ב, *& infra* דַּי. בַּדֶּיךָ *vide* בַּר.

בָּדַל Separavit, *in Kal. inuſit.*, *unde Niph. præter.*, נִבְדַּל ſeparari, ſeparare ſe: *Præter.* נִבְדְּלוּ ſeparaverunt, Eſdr. 9. v. 1., *Partic.* הַנִּבְדָּל ſeparatus, Eſdr. 6. v. 21., Neh. 10. v. 29. *Imper. plur.* הִבָּדְלוּ ſeparate vos, Num. 16. v. 21., Eſdr. 10. v. 11. *Fut.* יִבָּדֵל ſeparabitur, Eſdr. 10. v. 8. *Hiph.* הִבְדִּיל ſeparavit, diſparavit, diſtinxit, diſtinctionm fecit, diſcrevit. *Præt.* הִבְדִּיל ſeparavit, Num. 16. v. 9. *&c. Hoph. Part. præt. ſive Pahul* הַמֻּבְדָּלוֹת ſeparatæ, Joſ. 16. v. 9. *pro* מֻבְדָּלוֹת *juxta R. Salom.*, *Kimchi in Com. inquit*, *Chirek eſſe loco Schurek*, *quod ſcil. cum Kametzchatuph in ea conjugatione permutatur*.

בְּדַל *m.* Segmentum, particula ſeparata: בְּדַל הָאֹזֶן particula auris, *Vulg. habet*, extremum auriculæ. Amos 3. v. 12.

בְּדִיל *m.* Stannum, *ideo* בְּדִיל, *quod ab argento in fornace* ſeparatum, *ut quibuſdam videtur*, *vel ut alii autumant*, *quod ſit* diſſociationis *metallorum* medium, *quo mixta*, *& adulterata inter ſe metalla per ignem* diſſociantur, *& ab auro*, *atque argento*, *æs*, *plumbumque* ſecernitur. *Occurrit* Num. 31. v. 22., Ezech. 22. vv. 18. 20., *&* 27. v. 12. *Plur. cum affix.* בְּדִילַיִךְ ſtanna tua, Iſa. 1. v. 25.

בְּדֹלַח *m.* Bdellion, Gen. 2. v. 12. Num. 11. v. 7. *Juxta quoſdam Ligni*, *vel arboris nomen*, *de qua Plinius* lib. 12. cap. 9., *& Dioſcorides* lib. 1. Bdolchon, *& corruptè* Bolchon *appellat*. *Hebræi communiter* cryſtallum *explicant*, *ut R. Sal. in lib.* Num., *& Kimchi* Iſa. 3. v. 19. *LXX. eſt* ἄνθραξ carbunculus, *& etiam*, κρύσαλλος cryſtallus; *aliis vero eſt*, unio, *forſan* margerita, *quod quidem pluribus probare contendit Bochartus*; *alii*, gummi; *Joſepho tandem*, ſpecies aromatis.

בְּדָן Badan, *nom. propr. filii Ulam*, 1. Sam. 12. v. 11., 1. Paral. 7. v. 17.
אֲבַדּוֹן ,אֲבַדָּן *&c. Vide in litera* א.
הוֹבְדוֹן *Vide in* אבד. לְבַדְּוֹן *vide poſt* בָּדָד.
לְבַדְּנָה *Vide in* בַּר.

בָּדַק *proprie* Fidit, diffidit, *ut exiſtimat Joan. Simon*; *hinc* inquiſivit, inveſtigavit, ſcrutatus eſt: *Verba enim* findendi *apud Orientales*, *auctore eodem Simone*, *etiam ſenſum habent* inquirendi, *&* explorandi. *Occurrit autem* בדק *in ſolo infinit.*

Infinit. conſtr. nempe, לְבַקֵּר ad ſcrutandum; 2. Paral. 34. v. 10. *Ubi Vulg.*, *aliique habent*, ut inſtaurarent, *vel*, ut ſarcirent ruinas.

בֶּדֶק, *& in pauſa* בָּדֶק *m.* Rima, fiſſura, ruptura, labes, vitium, *muri videlicet*, *aut ædificii*: *LXX. vocem Hebraicam retinent*, *vertunt enim* Βεδεκ: *Sym. habet*, ἐπισκευὴ inſtauratio: *Vulg. autem*, ſartatecta, 2. Reg. 12. vv. 6. 7. 8. 13., *&* cap. 22. v. 5. *Cum affix.* מַחֲזִיקֵי בִדְקֵךְ reſtaurantes rupturam tuam, *vel* fiſſuram, rimam, ruinam tuam, Ezech. 27. v. 9., *ubi Vulg. habet*, ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ.

בִּדְקַר Bidchár, *& juxta Vulg.*, Badacér, *nom. propr. ducis exercitus Jehu*, 2. Reg. 9. v. 25.

בדר *Chald. in Pahel*, Sparſit, diſperſit: *Imperat.* וּבַדַּרוּ & ſpargite, Dan. 4. v. 11. *Ex Hebræo* בּוּר, *commutato* ו *in* ר.

בהה בֹּהוּ *m.* Inanitas, res inanis, Gen. 1. v. 2. אַבְנֵי בֹהוּ perpendicula inanitatis, *ſive* inania, Jeſ. 34. v. 11.

בהט *Radix Hebr. inuſit.*; *Arab. autem*, gravis fuit, gravavit; hinc בַּהַט *m. ſpecies* marmoris *a gravitate*, *ut videtur Simoni*, Eſth. 1. v. 6. *LXX. autem hoc ipſum vertunt*, σμαραγδίτης, *Vulg.*, ſmaragdinus: *Aliis eſt*, porphyrites, cryſtallus, alabaſtrum, ſilex.

בהל *Kal. inuſit.*, *In genere præſefert notionem* Præcipitis, ſubitanei, *&* confuſanei motus; *& ſi quidem* motus *ſit* corporis, inde בָּהָל feſtinationem, accelerationem; *ſi vero* motus *ſit* animi, perturbationem, *&* terrorem *ſignificat*, *ita Joan. Simon. in Lex. Niph.* נִבְהַל turbari, conturbari, perturbari, terreri: *Præter.* כִּי נִבְהַל quod perturbatus eſſet, 1. Sam. 28. v. 21., *fæm.* נִבְהֲלָה perturbata eſt, Pſal. 6. v. 4. *Fut.* יִבָּהֲלוּ perturbabuntur, Pſal. 6. v. 11., *&* 83. v. 18. *Cum* Nun *paragog.*, *& in pauſa* יִבָּהֵלוּן perturbantur, Pſal. 104. v. 29. *Fæm.* תִּבָּהַלְנָה perturbabuntur, Ezech. 7. v. 27. *Pih.* בִּהֵל terruit, perturbavit: *item* feſtinare fecit, acceleravit, feſtinavit; *& intranſit.*, vehementer feſtinavit, *quod celeritas plerumque turbulenta eſt*: *unde particip.*, מְבַהֵל turbans, *plur.* מְבַהֲלִים turbantes, Eſdr. 4. v. 4., *quod tamen ibidem ſcribitur tranſpoſitis literis*, *videl.*, מְבַלְהִים turbantes. *Infin. cum affix.* בַּהֲלֵנִי, 2. Paral. 35. v. 21., feſtinare me, *& juxta Vulg.*, feſti-

feſtinato ire: *Sed* 2. Paral. 32. v. 18., לְבַהֲלָם ad conturbandos eos: *Futur.* תְּבַהֵל feſtines, acceleres, Eccl. 5. v. 1. *Et cum affix.* תְּבַהֲלֵם perturbabis eos, Pſal. 83. v. 16., יְבַהֶלְךָ perturbat te, Job 22. v. 10, יְבַהֲלֵמוֹ, *cum affix. poëtico*, conturbabit eos, Pſal. 2. v. 5. *Pyhal, partic.* מְבֹהָל feſtinare factus, *ſive* juſſus, acceleratus; *unde plur.* מְבֹהָלִים, Eſth. 8. v. 14., *ubi LXX. habent*, feſtinantes; *Vulg.*, celeres; *alii*, accelerati: *Fæm.* מְבֹהֶלֶת, Prov. 20. v. 21. ſtudioſe expetita, *juxta LXX.*, *Sym.*, & *Theod.*, *juxta Vulg.*, ad quam feſtinatur: *Alii vertunt*, accelerata. *Notandum, quod in quibuſdam codicibus ſcribitur* מְבֹחֶלֶת, ח, *ſcil. pro* ה *poſito*. *Hiphil* הִבְהִיל perturbavit, feſtinare fecit, & *intranſitive*, feſtinavit. *Præter. cum affix.* הִבְהִילָנִי conturbavit me, Job 23. v. 16. *Fut. plur.*; וַיַּבְהִלוּ & feſtinarunt, *vel ut habet Vulg.* cito compulerunt, Eſth. 6. v. 14., *Cum præfix. & affix.*, וַיַּבְהִילוּהוּ, 2. Paral. 26. v. 20., & deturbaverunt eum: *Vulg. habet*, & expulerunt eum: *Aliis eſt*, & feſtinare fecerunt, *ſive* coegerunt eum.

בהל *Chald.* Turbo, conturbo: *Futur.* יְבַהֵל, *unde cum affix.* יְבַהֲלָךְ perturbet te, Dan. 4. v. 16. *Plur.* יְבַהֲלוּן, & *cum affix.* יְבַהֲלֻנַּנִי conturbabunt me Dan. 4. v. 2., & 7. vv. 15. 28., יְבַהֲלוּךְ perturbent te, Dan. 5. v. 10., יְבַהֲלֻנֵּהּ perturbabunt eum, Dan. 4. v. 16., & 5. v. 6. *Ithpaah.* מִתְבָּהַל perturbatus, conturbatus, Dan. 5. v. 9.

בֶּהָלָה *f.* Feſtinatio, conturbatio, terror, & *adverbialiter*, velociter, *ideſt*, in feſtinatione, Levit. 26. v. 16. *Hinc per metatheſim*, בַּלָּהָה, Iſa. 17. v. 14. *Plur.* בַּהָלוֹת terrores, Jer. 15. v. 8. & *Conſtr.* בַּלְהוֹת Job 24. v. 17.

בְּהִילוּ *f. Chald.* Celeritas, *per Apocopam literæ* Thau, *unde* בִּבְהִילוּ cum celeritate, *ideſt*, celeriter, & *adjective*, feſtini, Eſdr. 4. v. 23.

הִתְבְּהָלָה *Chald. Idem*: Dan. 2. v. 25.

בהם *Radix Hebr. inuſit.*, *ſed Æthiop.*, & *Arab.* בהם *eſt*, obmutuit: *Hinc a* loquelæ *defectu*, *ut Simoni in Lex. videtur*, *eſt nomen hebr.* בְּהֵמָה, & בְּהֵמַת *comm.*, beſtia, pecus, jumentum, *ſive ſit* ferum, *ſive* domeſticum. *Conſtr.* בֶּהֱמַת הָאָרֶץ beſtia terræ, Iſa. 18. v. 6. *Cum affix.* בְּהֶמְתּוֹ pecus ſuum, Geneſ. 36. v. 6. *Obſervatum eſt*, *cum affixis de-*

notare

notare pecus, quod eſt in hominis poteſtate. Plur. בְּהֵמוֹת beſtiæ, Deuter. 32. v. 24. *Conſtr.* בַּהֲמוֹת Pſalm. 8. v. 8. *Porro* בְּהֵמוֹת *etiam ſingulariter capitur pro* elephante, *propter ingentem magnitudinem, qua inſtar plurium eſt,* Job 40. v. 15. *R. Levi tamen dicit, eſſe beſtiam ſpecialem, ſic appellatam, de qua Rabbini multa nugantur. Hoc idem animal* בְּהֵמוֹת *eſt Bocharto* Hippopotamus; *Vulg. retinuit vocem Hebraicam* Behemóth.

בהן בֹּהֶן *m.* Pollex; *tam manuum, quam pedum,* Exod. 29. v. 20. *Plur. ex alia forma,* בְּהֹנוֹת pollices, Jud. 1. v. 6. *quod eſt, ut* לְשֹׁנוֹת *a* לָשׁוֹן.

בֹּהַן. *nom. propr. loci,* Joſ. 15. v. 6., *vide ſupra* אֶבֶן בֹּהַן.

בהק *Chald. in Aphel* Splenduit, luxit: *Hinc* בֹּהַק *m.*, Levit. 13. v. 39., puſtula lucida, macula alba, *aut, juxta LXX.* ἀλφὸς impetigo, vitiligo: *Vulg. eſt* macula coloris candidi.

בהר *Hebr. inuſit., Arabibus eſt* valde ſplenduit, luxit: *Hinc* בָּהִיר *m.* nitidus, ſplendidus, candidus, Job 37. v. 21., *Ubi Vulg. vertit.* ſubito aer cogetur in nubes.

בַּהֶרֶת *f.* Papula alba, *vel* puſtula, *ex cute* effulgens, *&* promicans, *Simone auctore; aliis eſt* candor lucens, macula ſplendens inſtar nivis, Levit. 13. v. 2. *Plural.* בֶּהָרוֹת, v. 38. *quod eſt à ſingul.* בֶּהָרָה *formæ* בַּקָּשָׁה, Dageſch *per* Sægol, *ut alias, compenſato.*

בוא Venit, advenit, pervenit: Ingreſſus, congreſſus eſt; *quod verecundè de congreſſu maritali dicitur*: ivit, abivit, *nempe aliquo*: occubuit, *de Sole, quod terram, & occaſum ſubire videatur,* Gen. 28. v. 11. *quomodo, &* exire *vel* prodire *dicitur, cum oritur,* Gen. 19. v. 23. *Idem verbum* בּוֹא *ſignificat,* evenire, obtingere, fieri, *ut* Deut. 13. v. 3., *&* 18. v. 22., *item* cum voce בְּרִית, fœdus inire, Jerem. 34. v. 10., Ezech. 16. v. 8., *& cum* בַּיָּמִים in dies, *eſt* ſeneſcere, provehi ætate; *& ſine* יָמִים, 1. Sam. 17. v. 12. *Præt. Cum, Vau converſ.* וּבָאָה & ingredietur, & veniet, Jer. 43. v. 11., *cum affix.* בָּאַתְנוּ, *contracte pro* בָּאָה לָנוּ evenit, Pſal. 44. v. 18., בָּאתָ, *& cum* ה *paragog.* בָּאתָה veniſti, congreſſus es, Joſ. 13. v. 1., Jud. 11. v. 12., 2. Sam. vv. 3. 7., *Fæm.* בָּאת veniſti, Gen. 16. v. 8., Ruth. 2. v. 12., *& cum*

ſcevà

ſceva *ſub* ח *præter morem*, וּבָאתְ, 2. Sam.14. v.3. *Plur.* בָּנוּ venimus, 1. Sam.25. v.8. *pro* בָּאנוּ, *ubi Maſorethæ notant, novies in hoc verbo* aleph *deficere*, & *loca enumerant* Jer.39. v.16. *Part.* בָּא veniens, Gen.33. v.1., Exod.3. v.13. *Sed* 2. Reg.13. v.20., בָּא *dictum eſt pro* בָּה in eo; בָּאִים venientes, & *in regim.*, בָּאֵי, Gen.30. v.10., *Cum aff.* בָּאֶיהָ, *contracte pro* בָּאִים אֵלֶיהָ venientes ad eam, Prov.2. v.19. *Fœm.* בָּאָה veniens, Gen.29. v.6. *Infin. cum affix.* בֹּאֲךָ, & *in pauſa* בֹּאֶךָ venire, intrare tuum, Gen.19. v.22., 1. Sam. 16. v.4., *cum* ה *paragog.* בֹּאֲכָה, Gen.10. vv.19. 30., בֹּאֵן, & *cum* ה *paragog.* בֹּאֲנָה venire earum, Gen.30. v.38., Ruth.1. v.19., *Imper.* בּוֹא, & *cum* ה *paragog.* בֹּאָה veni, accede, Gen.7. v.1., 2. Sam. 20. v.21. *Futur.* אָבוֹא veniam, Gen.33. v.14., & *cum* ה *paragog.* אָבֹאָה, Gen.29. v.21., & *ſine* א *in fine*, וַיָּבֹ, 1. Reg.12. v.12., & venit, שֶׁיָּבֹא qui veniet, *ex pronom. relat.* אשר qui, quæ, quod, תָּבוֹא, תָּבֹא, & *cum duplici* ה *paragog.*, *quorum prius mutatur in* ת, תָּבוֹאתָה veniet, Deut.33. v.16. *Cum affix.*, & Nun *epenthet.* יְבֹאֶנּוּ, *contracte pro* יָבוֹא לוֹ eveniet illi, Prov.28. v.22., Job 15. v.21., יְבוֹאֵנוּ eveniet nobis, תְּבוֹאֶךָ, & *in pauſa cum* ה *paragog. mutato in* ת, תְּבוֹאָתֶךָ eveniet, veniet tibi, תְּבוֹאֵנִי veniat ad me, *quæ omnia*, & *alia hujuſmodi contracta ſunt*. *Cum præfix.* הֲתָבֹא an veniet? *Cum ſuffix.* תי, וַתָּבֹתִי & veniſſet, 1. Sam.25. v.34. *Plur. m.* יָבֹאוּ veniant, veniebant, &c., Gen.6. v.20. Exod.35. v.10. *Cum* Nun *paragog.* יְבֹאוּן venient, Pſal.95. v.11., *cum affix.* יְבֹאוּנִי evenient mihi, Pſal.119. v.77., & יְבֹאֻנִי, Pſal.119. v.41., *Fœm.* תָּבֹאנָה venient, 1. Reg.3. v.16., Iſa.44. v.7., & *ſine* ה, תָּבֹאן, Gen 30. v.38., *Cum* Jod *abundante*, תְּבוֹאֶינָה, Pſal.45. v.16; Jerem.9. v.17. *Hiph.* הֵבִיא venire fecit, adduxit, introduxit, intulit, attulit, obtulit: *Præter.* וְהֵבֵאתִי הַשֶּׁמֶשׁ & incumbere faciam, efficiam, ut occidat Sol, Amos.8. v.9., *Cum affix.* וֶהֱבִיאָהּ, & afferet illud, הֱבִיאוֹ adduxit eum, Levit.17. verſ.4., הֱבִיאֲךָ adduxit te, וַהֲבֵאתוֹ & adduces eum, וַהֲבֵאתָהּ & adduces eam, הֲבִיאֹתִיו reduxero eum, & ו epenthetico, וַהֲבִיאוֹתִים & adducam, & reducam eos, Iſa.56. verſ.7. *Partic.* מֵבִיא adducens, efferens, introducens, Gen.6. verſ.17., Exod.10. verſ.4., & *ſine* א, מֵבִי

2. Sa-

2. Samuel. 5. verſ. 2., 1. Reg. 21. verſ. 21., Jerem. 19. v. 15. *Plur.* מְבִיאִים, *&* *in regim.* מְבִיאֵי, Jerem. 17. v. 26. *Cum affix.* מְבִיאֶיהָ adducentes eam, Dan. 11. v. 6. *Infin.* הָבֵא, *&* *conſtr.*, הָבִיא adducere, afferre, &c., Gen. 18. v. 19., Deut. 6. v. 13., *cum præfix.* ל, לְהָבִיא, *&* *excluſo* ה, לָבִיא ad adducendum &c., Gen. 27. v. 5., Jerem. 39. v. 7., 2. Paral. 31. v. 10. *Imper.* הָבִי, *ſine* א, affer, Ruth 3. v. 15., *&* הָבָא introduc, Gen. 43. v. 16., Exod. 4. v. 6., *&* *cum* Iod, הָבִיא, 1. Sam. 20. v. 40., *&* *cum* ה *paragog.*, הָבִיאָה, Gen. 27. vv. 4. 7.. Prov. 23. v. 12. *Futur.* אָבִיא adducam, afferam, &c., Exod. 11. v. 1., *&* *ſine* א, אָבִי, 1. Reg. 21. v. 29., Mich. 1. v. 15., *quo etiam quidam referunt* Job 34. v. 36., *Cum affix.* וַיְבִיאֵהוּ, & attulit, introduxit eum, יְבִיאֶהָ, *&* יְבִיאֶנָּה afferet eam, יְבִיאֵם reducet eos. *Plur. cum* Nun *paragog.* יְבִיאֻן, Exod. 18. v. 26., *&* *fæm.*, תְּבִיאֶינָה Levit. 7. v. 30. *Hoph. præter.* הוּבָא adductus, allatus fuit, Levit. 10. v. 18., *cum* ה *paragog.*, הֻבָאתָה adductus, es, Ezech. 40. v. 4., *&* *fæm.*, *more Chald.*, הֻבָאת allata eſt, Gen. 33. v. 11. *Partic. ſingul.* מוּבָא, *&* *plur.* מוּבָאִים, *&* *fæm.* מוּבָאוֹת adductus, adducti, adductæ, 2. Reg. 12. v. 10., Gen. 43. v. 18., Pſal. 45. v. 15. *vide pag.* 2. אבה.

בָּא Ingreſſus, introitus, מִבָּא ab ingreſſu, 2. Reg. 23. v. 11. *&* *cum affix.* וּבוֹאֶךָ & introitum tuum, Pſal. 121. v. 8. *Eſt infinitivus.*

בִּיאָה *f.* *Idem*: בְּבָאָה in introitu, Ezech. 8. v. 5.

מָבוֹא *m.* Aditus, ingreſſus, introitus: occaſus, *de Sole*: *Conſtr.* מְבוֹא occaſus, Deut. 11. v. 30. *Cum aff.* עַד־מְבֹאוֹ uſque ad occaſum ejus, Pſal. 50. v. 1. *Plur. Conſtr.* כִּמְבוֹאֵי עִיר ſicut per ingreſſus civitatis, Ezech. 26. verſ. 10. *Plur. fæm.* מְבוֹאֹת aditus, Ezech. 27. v. 3.

מוֹבָא *m.* *Idem*: *Cum aff.* מוֹבָאֶךָ ingreſſus tuus, 2. Sam. 3. v. 25. *quod legendum* מוֹבָאֲךָ, ו *&* ב *tranſpoſitis*, *juxta Maſorethas*. *Plur. cum affix.* וּמוֹבָאָיו & aditus, introitus ejus, Ezech. 43. v. 11.

תְּבוּאָה *f.* Proventus, reditus, fructus, *proprie* venturus: *nam præteriti anni dicitur* עָבוּר, *ut eſt in* עָבַר, *&*, *ut arbitratur* Joan. Simon, *præf.* ת *nota eſt* continuitatis, *unde* תְּבוּאָה *eſt* fructus, proventus *terræ* continuus, Levit. 25. v. 22.

v. 22., Pſal. 107. v. 37. *Conſtr.* אֶת־תְּבוּאַת proventum, Levit. 23. v. 39. *Cum affix.* תְּבוּאָתוֹ proventus ſuus, ejus, Levit. 19. v. 25. *Plur.* תְּבוּאֹת Levit. 25. v. 16. *Cum aff.* מִתְּבוּאֹתֵיכֶם ex proventibus veſtris, Jerem. 12. v. 13.

בוב Cavum, *atque* vacuum fuit, *in Kal. inuſit. Niph. particip.* נָבוּב excavatus, vacuus, evacuatus, Jerem. 52. v. 21., *&* ſchurek *eſt loco* cholem, *ſcribit Kimchi in libro radicum*: *Conſtr.* נְבוּב לֻחֹת vacuum, cavum tabularum, *ideſt* concavum ex tabulis, Exod. 27. v 8., *unde* בִּיב *apud Rabbinos eſt* locus excavatus, foſſa. *Metaphorice* נָבוּב *dicitur de homine* inani *vel* inflato. אִישׁ נָבוּב vir vacuus, *ideſt* non ſolidus; cor non habens, excors, Job 11. v. 12. *Dictionem hanc* נָבוּב derivant, *quidam ab* בִּיב, *alii vero ab* נָבַב.

בָּבָה *f.* Cavitas *proprie*, *ſive* cavum *illud*, *cui pupilla oculi ineſt*, *ſcribit Simon in Lex.*, *metonymice* pupilla: *aliis autem videtur*, *idem eſſe cum* בָּבָא *Chaldaic.*, *&* *Talmud.* oſtium, *quod per illud*, *tamquam per oſtium*, *objecta externa ad cerebrum intrent*. *Occurrit in ſolo regim. Vide ſupra*.

בוז Sprevit, contempſit: *Præter.* בַּז *pro* בָּז ſpreverit, Zach. 4. v. 10. *cum* Pathach *loco* Kametz: בָּזוּ ſpernunt, Prov. 1. v. 7. *Partic. præter.* לַפִּיד בּוּז fax contempta, Job 12. verſ. 5.

בּוּז *m.* Contemptus, deſpectio, Pſalm. 31. v. 19. *fœm.* בּוּזָה deſpectio; Nehem. 3. v. 36.

בּוּז Búz, *nom. propr. virorum*, Gen. 22. v. 21., 1. Paral. 5. v. 14., *&* *loci in terra Cedar*, Jerem. 25. v. 23.

בּוּזִי Buzì, *&* *juxta Vulgat.*, Buzités, *nom. propr. viri*, Ezech. 1. v. 3., *&* *incolarum loci* בּוּז.

בַּוַּי Bavái, *nom. propr. filii Enadad*, Nehem. 3. v. 18.

בוך *Kal. inuſit. Niph.* Confuſus, perplexus, implexus fuit, turbatus eſt; *& ut vertunt LXX.*, *&* *Vulg.*, flevit. *Præt.* נָבֹכוּ, Joel. 1. v. 18., perplexi facti ſunt, turbati ſunt; *&* *juxta Vulg.*, mugierunt. *Fœm.* נָבוֹכָה perplexa erat, Eſth. 3. v. 15. *Particip. plur.* נְבֻכִים perplexi, Exod. 14. v. 3. *cum Schurek*, *ſive Kybbutz loco Cholem*; *ibidem Vulg. habet* coarctati ſunt.

מְבוּכָה *f.* Perplexitas, diſtractio, confuſio, fletus, vaſtitas, Iſa. 22. v. 5. *Cum affix.* מְבוּכָתָם vaſtitas eorum; *aliis eſt*

perplexitas, vel confuſio eorum, Mich. 7. verſ. 4.

בּוּל *m.* Bûl, 1. Reg. 6. v. 38., *nom. menſis Hebraici, qui octavus eſt in anno ſacro, ſecundus vero in anno civili, & reſpondet partim Octobri, & partim Novembri noſtro. Scaliger Sidoniorum, & Tyriorum vocabulum eſſe exiſtimat. Hebræi diverſas etymologias afferunt: Videantur Kimchi, & R. Salom. in Com. Chaldæus reſpexit ad* יָבַל adducere; *unde vertit:* in menſe collectionis fructuum.

בּוּל *m.* Herba, truncus; *Sed vide in* יבל.

בּוּן Intellexit: *Præter.* בַּנְתָּה intelligis, Pſal. 139. v. 2. *Particip.* מִבָּנִים ab intelligentibus, *vel* prudentibus, *Vulg. vertit,* a filiis; *referebat enim ad* בֵּן filium, *unde plur.* בָּנִים filii, Jerem. 49. v. 7. *Niph. præter.* נְבוּנוֹתִי prudentia inſtructus ſum, Iſai. 10. v. 13. *Particip.* נָבוֹן intelligens, prudens, Gen. 41. v. 33. *Conſtr.* וּנְבוֹן דָּבָר & intelligens rerum, 1. Sam. 16. v. 18. *Plur.* נְבוֹנִים prudentes, Iſai. 5. v. 21. *Cum affix.* נְבוֹנָיו prudentum ejus, Iſai. 29. v. 14. *Pih. futur.* יְבוֹנְנֵהוּ prudentem reddidit eum, erudivit eum, Deuter. 32. v. 10. *Hiph.* הֵבִין intelligere fecit, intelligentem, prudentem effecit, *vel* reddidit, erudivit: *Item intranſitive,* intellexit, percepit, ſenſit, conſideravit, animadvertit, advertit: *Præterit.* בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים conſiderabam *vel* ſtudebam in libris, Dan. 9. v. 2. *per defectum* ה *characteriſtici. Sic in imperativo,* וְהָבֵן & conſidera, Dan. 9. v. 23. *Et cum* ה *paragogico;* בִּינָה conſidera, Pſal. 5. v. 2. *Plural.* בִּינוּ animadvertite, Pſalm. 94. v. 8. *Hithp.* הִתְבּוֹנֵן intellexit, *&c. intranſitive, ut modò: Futur.* תִּתְבּוֹנְנוּ בָהּ בִּינָה animadvertetis eam intelligentia, *id eſt,* certiſſime intelligetis, Jer. 23. v. 20. *Vide* בִּין, *&* בנה.

בּוּנָה Buná, *nom. propr. filii Jerameel,* 1. Paral. 2. v. 25.

בֵּין *Vide infra ſuo loco.*

בִּינָה *f.* Intelligentia, prudentia, animadverſio: *Conſtr.* בִּינַת אָדָם intelligentia hominis, Prov. 30. v. 2. *Cum aff.* הֲמִבִּינָתְךָ num ex intelligentia tua, Job 39. v. 26. *Plural.* עַם בִּינוֹת populus intelligentiarum, *id eſt,* intelligentiſſimus, Iſai. 27. v. 11. *Chald.* בִּינָה intelligentia; Dan. 2. v. 21.

אֶבְיוֹן, *&* אֲבִיּוֹנָה *Vide ſupra poſt rad.* אָבָה.

מָבוֹן *m.* Intelligentia, *metonymice,* intelligens: *Unde plural.* מְבוֹנִים intelligentes, 2. Paral. 35. v. 3.

תְּבוּנָה

תְּבוּנָה *f.* Intelligentia , prudentia , animadverſio : *Cum affix.* לִתְבוּנָתוֹ intelligentiæ ejus , Pſal. 147. v. 5. בִּתְבוּנָם , *quod contractum eſt pro* בִּתְבוּנָתָם pro intellectu ſuo , Oſee 13. v. 2. , *ubi LXX. habent*, κατ᾽ εἰκόνα ad imaginem; *Vulg. autem vertit*, quaſi ſimilitudinem; *forte legebant* כִּתְמוּנַת *Plural.* תְּבוּנוֹת prudentiæ, intelligentiæ, Iſai. 40. v. 14. *Cum affix.* עַד־תְּבוּנוֹתֵיכֶם uſque ad intelligentias veſtras , *ſive* ſenſa veſtra , Job 32. v. 11.

בּוּס Calcavit , conculcavit , proculcavit : *Futur.* וָאָבוּס & conculcavi , Iſai. 63. v. 6. *Pih. præter.* בֹּסְסוּ conculcant , Iſai 63. v. 18. , Jerem. 12. v. 10. *Hoph. Particip.* מוּבָס proculcatum , Iſai. 14. v. 19. *ibi LXX. habent* πεφυρμένον mixtum , fœdatum , inquinatum (*cadaver*) , *Vulg. eſt* putridum . *Hithp. partic. fæm.* מִתְבּוֹסֶסֶת conculcandam ſe præbens , *vel* , *ut alii volunt* , mutua attritione , & colliſione conculcata , Jerem. 16. vv. 6. 22.

בּ״ס *maſc.* Conculcans , *nomen participale tranſitivum* , *ut Kimchi notat in lib. Rad.* . *Unde plural.* בּוֹסִים conculcantes , Zach. 10 v. 5.

מְבוּסָה *f.* Conculcatio , Iſai. 28. vv. 2. 7. , *&* 22. v. 5.

תְּבוּסָה *f.* Conculcatio , *&* quidem , *ut ſcribit Joa. Simon* , mutua attritione , & colliſione facta , *litera enim* ת *præfix. eſt nota* mutuitatis ; *eadem dictio metaphorice eſt* interitus , excidium . *Conſtr.* תְּבוּסַת אֲחַזְיָהוּ proculcatio Achaſiæ , 2. Paral. 22. v. 7.

בּוֹעֵל Maritus , conjux , *vide* בָּעַל .

בּוּץ *m.* Byſſus , *&* *adjective* byſſinum , 1. Paral. 15. v. 27. , 2. Paral. 5. v. 12. , Eſth. 1. v. 6. , Ezech. 27. v. 16. , *ſemel* בֻּץ , 1. Paral. 4. v. 21. *Erat autem* byſſus *genus lini optimi* , *molliſſimi* , *&* *candidiſſimi* , *quod in Palæſtina naſcebatur* , *&* *ex quo veſtes ſubtiliſſimæ* , *præſertim ſacræ* , *fiebant* : *Cum præfix.* וּבְבוּץ & in byſſo .

בץ *Vide in* בצץ , *&* בֵּיץ *vide ſuo loco* .

בּוֹצֵץ Boſés , *nom. propr. ſcopuli* , 1. Sam. 14. v. 4.

בּוּק Vacuare , evacuare , *ut arbitratur Joan. Sim.* ; *unde Pih. futur. plur.* יְבֹקְקוּ evacuabunt , Jerem. 51. v. 2. *ſed vide in* בקק .

בּוּקָה *f.* Nah. 2. v. 10. , vacuitas , evacuatio : *Sed LXX. eſt* , excuſſio ;

excuſſio; *Vulg. verbaliter accepit; vertit enim*, diſſipata eſt.

בור Fovea, Exod. 21. *v.* 33., ciſterna *aquarum collectarum*, 2. Reg. 18. v. 31., carcer, *proprie ſubterraneus*, Iſai. 38. v. 18., ſepulcrum, Pſal. 28. v. 1. *Hebræi notant, propriè eſſe ciſternam rotundam, & inde latius extenditur. Interdum ſcribitur cum* א *in medio*, מִבְּאֵר de ciſterna, 2. Sam. 23. vv. 15. 20. *Interdum ſine* ו, *&* א, בֹּר: *Cum præfix.* בַּבּוֹר; *&* מִבּוֹר in ciſterna, מִבּוֹרֶךָ e ciſterna tua. *Plural.* בֹּרוֹת ciſternæ, Deut. 6. v. 11., *&* בֹּארוֹת, Jerem. 2. v. 13. *Vide in* בִּיר.

בוש Erubeſcere, pudefieri, pudore ſuffundi, pudere: *Futur.* אֵבוֹשׁ, *& cum* ה *paragogico*, אֵבוֹשָׁה erubeſcam, Pſal. 25. v. 2., *forma hinc & a* יָבֵשׁ. *Pih.* בֹּשֵׁשׁ *vide in* בָּשַׁשׁ. *Hiph. præter. trifariam formatur*: I. *regulariter*, הֵבִישׁ pudefecit; *unde* הֱבִישׁוֹתָ pudefeciſti, Pſal. 44. v. 8.; *& cum* ה *paragogico* הֱבִישׁוֹתָה, Pſal. 53. v. 6. II. *mixta forma ex* בּוֹשׁ, *&* יָבֵשׁ; *hinc* הוֹבִישׁ, *vel* הֹבִישׁ pudefecit, *& intranſitive*, pudefactus eſt, erubuit, Jerem. 10. v. 14., *&* 48. v. 20., *&* 50. v. 2., Joel 1. v. 12.; *dicitur quoque metaphorice de* muſto, *&* frumento, Joel. 1. vv. 17.: *ſic in fæm. de* vite, הוֹבִישָׁה, Joel. 1. v. 12., *item* pudefecit, pudenda commiſit, turpiter egit, Oſee 2. v. 7. III. *cum* א *otioſo*, הִבְאִישׁ erubuit, Iſai. 30. v. 5. *Partic.* מֵבִישׁ pudefaciens, Prov. 29. v. 15., *item* pudenda faciens, turpiter agens, Prov. 10. v. 5. *Futur. cum affix.* תְּבִישֵׁנִי pudefacies me, Pſal. 119. v. 31. *Hitph.* יִתְבֹּשָׁשׁוּ, *vel* יִתְבּוֹשָׁשׁוּ, erubeſcent, Gen. 2. v. 25.

בש *Vide infra* בָּשַׁשׁ.

בּוּשָׁה *f.* Confuſio, pudor, ignominia, Pſal. 89. v. 46., *Item* בֹּשֶׁת Pſal. 35. v. 26. *Metonymice* בֹּשֶׁת *eſt* idolum *ſic dictum, quod cultores ſuos ignominia afficiat*, Jerem. 7. v. 19., *&* 11. v. 13. *Cum aff.* וּבָשְׁתִּי & pudorem meum, Pſal. 69. v. 20., בָּשְׁתְּכֶם pudor veſter, Iſai. 61. v. 7.

בָּשְׁנָה *f. Idem*, Oſe. 10. v. 6., *cum* נ *epenthetico, ut videtur, ſpeciali, & inuſitata forma, ad inſinuandum* pudorem plane inſolitum, *inquit Joa. Simon.*

מְבוּשׁ *m. Hinc plur. cum affix.* מְבֻשָׁיו pudenda ejus, Deut. 25. v. 11.

בזא *Arab.* Extulit ſe ſuperbius, *item* ſubjecit ſibi: *unde*, *eſt, ut nonnulli arbitrantur, præter. plur.* בָּזְאוּ ſubjecerunt ſibi, *ſive* inundaverunt, Iſa. 18. vv. 2. 7. *Sed alii hoc*

idem vertunt, diripuerunt, *& referunt ad* בָּזָז, *quod vide*.

בִּזָּבָה *Vide infra* נְבִזְבָּה.

בזה Sprevit, contemſit, deſpexit, vilipendit, *conſtruitur cum accuſat.*, *& cum dativo*, *ideſt cum* ל, *& cum* אֶל, *&* עַל: *Præter.* בָּזִיתָ ſpreviſti, 2. Sam. 12. v. 9., *Fœm.* בָּזִית ſpreviſti, Ezech. 16. v. 59. *Partic.* בּוֹזֶה ſpernens, Prov. 15. v. 20., *& plur.* בּוֹזִים ſpernentes: *Cum affix.* בֹּזַי ſpernentes me, 1. Sam. 2. v. 30. *Pahul m.* בָּזוּי contemtus, Jerem. 49. v. 15. *Conſtr.* בְּזוּי עָם contemtus populi, *ſive* a populo, Pſal. 22. v. 7., *Fœm.* בְּזוּיָה contemta, Eccl. 9. v. 16. *Futur.*, יִבְזֶה, *& per apocopen*, וַיִּבֶז, & ſprevit, Gen. 25. v. 30., *Fœm.* תִּבְזֶה, *& per apocopen*, וַתִּבֶז, 2. Sam. 6. v. 16., & ſprevit: *Infin.* לִבְזֹה נֶפֶשׁ, Iſa. 49. v. 7., *quem locum LXX.*, *vertunt*, φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ contemnentem, *nihili* facientem animam ſuam: *Vulg. habet*, ad contemtibilem animam; *quæ ad Chriſtum refert Hieron.*, *alii intelligunt de populo Iſraelitico*. *Niph. partic.* נִבְזֶה contemtus, deſpectus, Iſa. 53. v. 3. *Fœm. cum* מ *epenthetico*, נְמִבְזָה humiliatum, deſpectum, contemtibile (opus) 1. Sam. 15. v. 9. *Hiph. infinit. cum præf.* לְהַבְזוֹת ut contemnant, Eſth. 1. v. 17. *Vide infra* בזז, *& quæ ſequuntur*.

בִּזָּיוֹן *m.* Contemtus, Eſth. 1. v. 18.

נְבִזְבָּה *f. Chald.* Honorarium, præmium, largitio, *profuſior proprie*, Dan. 2. v. 6. *Plur. cum affix.* וּנְבִזְבְּיָתָךְ & honoraria tua, Dan. 5. v. 17. *Sic in Targum*, מַתְּנָן וּנְבִזְבַּן dona, & honoraria, Jerem. 40. v. 5. *Videntur hinc eſſe*, *ut præcedens*: *nam largitiones profuſiores ſunt quidam deſpectus honorum*.

בזז Prædatus, deprædatus eſt, diripuit, Ezech. 29. v. 19. *Præter. irregulare*, בָּזְאוּ diripiunt, Iſai. 18. v. 2. *pro* בָּזְזוּ; *& imperfecte*, בַּזּוֹנוּ prædati ſumus, Deut. 3. v. 7. *Particip. cum affix.* בּוֹזְזֵינוּ, Iſa. 17. v. 14. *Infin. ex forma imperf.*, *& cum præfix.* לָבֹז, *&* וְלָבֹז ad diripiendum; הֲלָבֹז an ad diripiendum? *Imperat.* בֹּזּוּ diripite, Nahum 2. v. 10. *Futur.* תָּבוֹז, *vel* תָּבֹז diripies, Deut. 20. v. 14., *ex forma imperfecta*, *quæ in toto hoc futur. obtinet*: *plur.* נָבֹז, *& cum* ה *paragog.*, נָבֹזָּה prædabimur, diripiemus, 1. Sam. 14. v. 36. יָבֹזּוּם diripient eos: *Niph. præt.* וְנָבֹזּוּ & diripientur, Amos 3. v. 11. *Infin. cum Futur.* הִבּוֹז תִּבּוֹז diripiendo, diripietur, Iſai. 24. v. 3. *Pyh. Præter.* וּבֻזָּזוּ & diripientur, Jerem. 50. v. 37.

בַּז

בַּז *m.* Præda, Iſa. 10. v. 6. *Hinc* לָבַז in prædam, Ezech. 25. v 7. *quod Maſorethæ notant legendum* לְבַז *per commutationem Gimel*, *&* *Sajin*. *Sic alibi*, גַּה *pro* זֶה: *Rabbini id referunt ad commutationem literarum cabaliſticam* אטבח. *Cum affix.* בִּזָּהּ prædam ejus, Ezech. 29. v. 19.

בִּזָּה *f.* Preda, direptio, Neh. 3. v. 36., Eſth. 9. v. 10.

בָּזוּם *Vide* בָּזַז.

בִּזָּיוֹן *m. Vide ſupra poſt* בָּזָה.

בָּזִית *Vide* בָּזָה.

בִּזְיוֹתְיָה Baziothiá, *nom. propr. civit. in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 28.

בָּזָק *m.* Fulgur, Ezech. 1. v. 14. *idem quod* בָּרָק, *commutatis* ז *&* ר, *ut Latinis in* honos, *&* honor. *Eſt autem* בָּזַק diſpergere, *apud Rabbinos*: *unde quidam reddunt*, fulgur diſpergens, *hoc eſt*, vehementiſſimum.

בֶּזֶק *m.*, *Unde cum præfix.* בְּבֶזֶק, Jud. 1. v. 5., *ubi LXX.*, *&* *Vul. habent*, in Bézech: *Item in pauſa* בְּבָזֶק, 1. Sam. 11. v. 8., *quod LXX. vertunt* ἐν Βαζὲκ, *&* *Vulg.*, in Bézech; *locus eſt in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem*: *aliis eſt nom. propr. urbis regiæ Chanaan*.

בָּזַר Sparſit, diſperſit, diſſipavit: *Futur.* יְבִזּוֹר diſperget, Dan. 11. v. 24 *Pih. Præter.* בִּזַּר diſſipavit, Pſal. 68. v. 31. *conveuit cum* פִּזַּר.

בִּזְתָא Bazathá, *nom. propr. unius e ſeptem Eunuchis regis Aſſueri*, Eſth. 1. v. 10.

בָּחַל Faſtidivit, aſpernatus, averſatus eſt: *Præter. fœm.* בָּחֲלָה Zach. 11. v. 8., *ubi Vulg. habet* variavit, *quæ verbi hujus ſignificatio obtinet apud Chaldæos*. *Apud Rabbinos eſt* matureſcere, excreſcere, *vel* coqui ad maturitatem: בּוֹחַל fructus maturus.

בָּחַן Probavit, exploravit. *Præter.* בְּחָנַנִי probavit me, Job 23. v. 10. *Niph. Futur.* יִבָּחֵן probetur, Job 34. v. 36.

בֹּחַן, *&* בַּחַן, *m.* Probatio, munitio, Ezech. 21. v. 18., Iſa. 28. v. 16., *&* 32. v. 14., *ubi Vulg. habet*, palpatio.

בָּחוֹן *m.* Specula exploratoria, *vel juxta quoſdam*, turris munita, *&* *juxta Vulg.*, probator, Jerem. 6. v. 27. *Plural. cum Schurek*, *&* *affix.* בחוּנָיו *vel* בַּחוּנָיו ſpeculæ exploratoriæ ejus; *Theod. habet*, ἐπάλξεις αὐτῦ munitiones ejus; *Vulg. autem vertit* robuſtos ejus, Iſai. 23. v. 13. *a ſingulari* בחון *formæ* חָמוֹר.

בחר Elègit, ſelegit: *fere cum Præpoſitione* ב *conſtruitur*. *Præter*. בְּךָ בָּחַר te ſelegit, Deuter. 7. v. 6. *Niph. Præt*. וְנִבְחַר & eligetur, electa erit, Jerem. 8. v. 3. *Part*. נִבְחָר, ſelectum, lectiſſimum, Prov. 8. v. 10. *Pyh. Futur*. יְבֻחַר, eligetur, Eccleſ. 9. v. 4. *ubi juxta Maſorethas legendum* יְחֻבַּר aſſociabitur.

בַּחֲרוּמִי Bauramités, *juxta Vulg*., 1. Paral. 11. v. 33., *nom. propr*., *aut potius gentile viri cujuſdam oriundi ex urbe Bahúrim in Tribu Benjamin*.

בָּחוּר *m*. Lèctus, electus: *Item* Juvenis, *quaſi ad omnes operas ſelectus*, Ezech. 9. v. 6. *Plur. conſtr*. בַּחוּרֵי יִשְׂרָאֵל *juvenum* Iſraelis, 1. Sam. 26. v. 2. *Et plurale alterius formæ*, בַּחוּרִים Pſal. 148. verſ. 12. *a ſing*. בַּחוּר *formæ* חַגּוּר *ex dageſſatis*: *Sic quoque juxta quoſdam* Iſai. 42. v. 22. *Conſtr*. בַּחוּרֵי juvenes, Ezech. 23. v. 6. *Cum aff*. בַּחוּרֵיהֶם juvenes eorum, 2. Paral. 36. v. 17.

בְּחוּרִים *m. p*. Juventus, *quaſi ætas ſelecta*: *Cum aff*. מִבְּחֻרָיו a Juventute ſua. Num. 11. v. 28. *Sed ibidem Vulg. ſequutus LXX. vertit*, electus e pluribus, *poſito concreto pro abſtracto*.

בְּחוּרוֹת *f. p. Idem*: *Cum affix*. בִּימֵי בְחוּרוֹתֶיךָ in diebus juventutis tuæ, Eccleſ. 12. v. 1.

בַּחֻרִים Bauhurím, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, 2. Sam. 3. v. 16.

בָּחִיר *m*. Electus: *Conſtruct*. בְּחִיר, 2. Sam. 21. v. 6. *Cum affix*. בְּחִירִי electus meus, Iſai. 42. v. 1. *Plur. cum affix*. בְּחִירָיו electi ejus, Pſal. 105. v. 6.

מִבְחוֹר *m*. Electio, ſelectio. *Verum adjective ſumitur*; *unde LXX*. ἐκλεκτός, *Vulg. & aliis eſt* delectus, ſelectum, lectiſſimum, 2. Reg. 3. v. 19., *&* 19. v. 23.

מִבְחָר *m*. *Idem*: *Conſtruct*. מִבְחַר בַּחוּרָיו ſelectiſſimum juvenum ejus, Jerem. 48. v. 15. *Plur. cum aff*. מִבְחָרָיו delectuum ejus, Dan. 11. v. 15.

בטא Pronuntiavit, effutivit: *Particip*. בּוֹטֶה, *ex forma quieſcentium tertia* ה, Prov. 12. v. 18., effutiens; *ſed LXX. vertunt*, λέγων dicens; *Theod*., πεποιθὼς confidens; *Vulg*., qui promittit: *Pih. infinit*. לְבַטֵּא, Levit. 5. v. 4., effutiendo; *juxta LXX*.; *Vulg*., *& alios*, diſtincte pronuntiando; *& futur*., יְבַטֵּא Levit. 5. v. 4., effutit; *alii habent*, diſtincte pronuntiat. מִבְטָא

מִבְטָא *m.* Pronunciatum; prolatio, Num. 30. v. 7.
בּוֹטֶה *Vide ſupra* בָּטָא.

בָּטַח Fiſus eſt, confiſus eſt, fiduciam poſuit; *ſemel imperſonaliter*, בָּטֵחַ, *in pauſa*, fiducia, ſpes fuit, Job 6. v. 20. *Conſtr. cum præpoſitione* ב, אֶל, *&* עַל: *ſæpe etiam abſolute ponitur. Particip. præter. Pahul.* בָּטוּחַ confiſus, fretus, Iſai. 26. v. 3., Pſal. 112. v. 7. *Infinit.* בְּטוֹחַ, *vel* בְּטוֹחַ fidere, confidere; *occurrit cum* מ *præfix. ſic*, מִבְּטֹחַ præ, *vel* magis quam confidere, Pſal. 118. vv. 8. 9. *Hiph. præter.* הִבְטַחְתָּ feciſti, ut fiduciam poneret, Jerem. 28. v. 15. *Particip.* מַבְטִיחִי confidere faciens me, Pſalm. 22. v. 10. *Futur.* יַבְטַח confidere faciat, 2. Reg. 18. v. 30.

בֶּטַח *m.* Fiducia, ſecuritas, confidentia, Iſai. 32. v. 17. *Item*, ſecurus, confidens, Jud. 8. v. 11., *& adverbialiter, præfixa particula* ל, *ut* לָבֶטַח ſecure, confidenter, Levit. 25. v. 18., *& omiſſo* ל, Gen. 34. v. 25., Deut. 12. v. 10. *&c.*

בֶּטַח Béte, *nom. propr. civitatis regis Adarezer*, 2. Sam. 8. v. 8.

בִּטָּחוֹן *m.* Fiducia, Eccleſ. 9. v. 4.

בִּטְחָה *f.* *Idem*: *Plur.* וּבְבִטְחָה & in fiducia, Iſai. 30. v. 15.

בַּטֻּחָה *f.* *Idem*: *Plur.* וּבַטֻּחוֹת & ſecuritates, Job 12. v. 6., *ubi Vulg. vertit*, audacter. *Vide etiam* טוּחַ.

מִבְטָח מִבְטָח *m.* *Idem*: מִבְטָח כָּל־קַצְוֵי־אֶרֶץ fiducia omnibus extremitatibus terræ, Pſal. 65. v. 6. *Cum affix.* מִבְטַחוֹ fiducia ejus, Jerem. 17. v. 7. מִבְטֶחָה fiduciæ ejus, Prover. 21. v. 22., *ubi deeſt Mappik in* He: מִבְטֶחָם fiducia eorum, Jerem. 48. v. 13. *quæ duo habent* Sægol *loco* Kametz, *euphoniæ cauſa, ſequente alio* Kametz: *Plural.* מִבְטַחִים ſecuritates, Iſai. 32. v. 18. *Cum affix.* בְּמִבְטַחַיִךְ fiducias tuas, Jerem. 2. v. 37.

אֲבַטִּחִים *m. p.* Pepones, Num. 11. v. 5., *ſic dicti, quod terræ* firmiter innitantur, *&* א *ſervilis eſt, exhibetque notam firmitatis, uti videtur Jo: Simon., Ab. Eſra ſcribit, ex lingua Arabica eſſe notum vocabulum.*

בָּטַל Ceſſavit, intermiſit, intermiſſum, impeditum fuit: *Præter.* וּבָטְלוּ Eccleſ. 12. v. 3. & intermittent, & ceſſabunt: *Sed vertunt LXX.* ἐ ἤργησαν, *Sym.* κ̀ ἀργήθωσι, *Vulg.*, *&* otioſæ erunt. *Chald. Præter. fœm.* בְּטֵלַת impeditum fuit, Eſr. 4. v. 24. *Partic. præſ. fœm.* בָּטְלָא impeditum man-

53752

manſit, *ibid. Pah. Præter.* בַּטְּלוּ ceſſare fecerunt, impediverunt, Eſr. 4. v. 23. *Infin.* לְבַטָּלָא ad impediendum, Eſr. 4. v. 21.

בטן בֶּטֶן *f.* Venter, uterus: Num. 5. v. 22. *Cum autem venter ſit in medio corporis, ideo metaphorice* locus medius, prominentia, projectura, 1. Reg. 7. v. 20., *metonymice deſignat etiam* cor, *&* *quævis* interiora *hominis*, animam, cogitationes &c., *ut* Job 15. v. 35., Prov. 22. v. 18., Habac. 3. v. 16. *Cum affix.* בִּטְנִי Job. 3. v. 10., בִּטְנָם venter eorum.

בֶּטֶן Béten, *nom. propr. civitatis in Tribu Aſer*, Joſ 19. v. 25.

בָּטְנִים *m. p.* Nuces terebinthinæ, Gen. 43. v. 11. *Quidam* nuces avellanas *explicant, quæ ſic dictæ ſunt, quod inſtar ventris oblongæ ſint, & protuberantes: LXX. habent*, τερέβινθος; *Vulg.*, terebinthus; *ea nimirum, quæ fert* piſtacia; *hanc autem ipſam deſignari per* בָּטְנִים, *defendunt Bochartus, aliique.*

בי בִּי ô, ah, quæſo, obſecro, attende, cum venia. *Particula obſecrandi, juxta Hebræos*, Gen. 43. v. 20., Exod. 4. v. 10. *Eſt etiam* בִּי, *ut quibuſdam videtur, vox compoſita ex ex præpoſit.* ב in, ad, *& ex affix.* י *primæ perſonæ nota, unde* בִּי *latine eſt*, in, *vel* ad me, *quaſi diceretur*, attende ad me; *quæ phraſis integra legitur*, Job 23. v. 6. יָשִׂים בִּי ponet, apponet ad me: *Præterea* בִּי *proprie eſt imperat. Hiph.* הָבִי *ſine* א, *quod in* בוא.

בְּיַד *Latine varias exprimit* præpoſitiones: I. a, *ut* בְּיַד־יְהוָה a Domino, 2. Paral. 29. v. 25., בְּיַד־לָשׁוֹן a lingua, Prov. 18. v. 21. II. ad, *ut*, דִּבֶּר יְהוָה בְּיַד־יְשַׁעְיָהוּ loquutus eſt Dominus ad Iſaiam, Iſai. 20. v. 2. III. apud, *ut*, Gen. 44. v. 16., 1. Sam. 9. v. 8. IV. coram, *ut*, בְּיָדָם coram eis, 1. Sam. 21. v. 14., cum, *ut* בְּיָדָם ſecum, Gen. 43. v. 15., *&* 1. Sam. 14. v. 34., בְּיָדְךָ tecum, 2. Reg. 8. v. 8. *&c.*, in, *cum ablativo*, בְּיָדִי in me, בְּיָדְךָ in te, 1. Sam. 26. v. 18., Eſdr. 7. v. 25. V. per, *ut*, Levit. 8. v. 36. *&c.*, propter, *ut*, בְּיַד־עֲוֹנֵינוּ propter iniquitates noſtras, Iſai. 64. v. 6., Job 8. v. 4. *&c. Quandoque* בְּיַד *redundat, ſeu explet vel* dativum, *ut* בְּיָדוֹ ſibi, Job 15. v. 23., *vide* Jerem. 39. v. 11., *vel etiam* accuſativum, *ut* שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח mitte, quæſo, quem miſſurus es, Exod. 4. v. 13. *Sed alios ejuſdem dictionis* בְּיַד *ſenſus vide in* יָד *ad quod propriè ſpectant etiam* *recen-*

recenſitæ præpoſitiones : בֵּיר *enim eſt dictio compoſita ex* יָר *&* ב.

בין Inter : *Interdum habet naturam Nominis* , *quaſi* medium , *vel* medietatem *dicas* : בְּבֵין in inter , in medio , Iſai. 44. v. 4. *ubi Veneta habent* בְּבֵן *abſque* י : *Cum affix.* בינו inter eum : בֵּינִי וּבֵינֶיךָ inter me , & inter te , Gen. 13. v. 8. , *&* בֵּינִי וּבֵינֶךָ , 1. Sam. 20. v. 23. בֵּינֵינוּ inter nos , בֵּינֵיכֶם inter vos ; *quorum quædam habent formam pluralem maſculinam* . *Sic fœminina terminatione* : אֶל־בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל ad intermedietates orbium , *id eſt* , in medium , *vel* intervallum , Ezechiel. 10. v. 2. מִבֵּנוֹת לַכְּרֻבִים è medietatibus , è medio , ex intervallo Cherubinorum , *ibid.* בֵּינוֹתָם inter eos , Gen. 42. v. 23. בֵּינוֹתֵינוּ inter nos , Gen. 26. v. 28. *Et forma duali abſque* י *in medio* : אִישׁ־הַבֵּנַיִם vir medietatum , 1. Sam. 17. v. 4. *i. e.* intermedius , interponens ſe inter duo caſtra , duello pugnam tranſacturus . *Huc quidam referunt* , לַבֵּן ad medianum , *ſcil.* cantum muſicum , *nempe* Tenorem , *ut vulgo vocant* , Pſal. 9. v. 1. *de quo vide etiam in* עָלַם . *Chald.* בֵּין Inter , Dan. 7. v. 5. בֵּינֵיהֵן inter ea , Dan. 7. v. 8. *Cum particulis ſeparabilibus* , אֶל־בֵּין , *&* אֶל־בֵּינוֹת inter , Ezech. 10. v. 2. , *&* 31. v. 10. , *Item* עַל־בֵּין inter , *vel* uſque ad medium , Ezech. 19. verſ. 11. *Vide* בון , *&* בֵּן בָּנָה .

ביץ בֵּיצָה *f.* Ovum , *apud Rabbinos* : *Plur.* בֵּיצִים ova , Deuteron. 22. v. 6. *Conſtruct.* בֵּיצֵי Iſai. 59. v. 5. *Cum affix.* מִבֵּיצֵיהֶם ex ovis eorum , Iſai. 59. v. 5.

ביר בֵּיר *m.* Puteus , Jerem. 6. v. 7. *ubi ſcribitur* בּוֹר , *quaſi ſit* בור , *ſed Maſorethæ notarunt legendum* בֵּיר .

בִּירָה *f.* Regia , palatium , caſtrum , habitatio , 1. Paralip. 29. v. 1. *Chald.* בְּבִירְתָא in regia , Eſr. 6. v. 2.

בִּירָנִיּוֹת *f. plur.* Palatia , arces , baſilicæ , 2. Paral. 17. v. 12.

בית בַּיִת *m.* Domus , familia : *& generaliter* ſedes , locus , *quò aliquid capitur* , *vel continetur* , *ut* Exod. 25. v. 27. , 2. Sam. 15. v. 17. , 1. Reg. 18. v. 32. , בַּיְתָה בֵּיתָה ad domum , in domum , verſus domum , intus , Gen. 43. v. 24. , *&c.* *Cum præfix* מִבַּיִת intrinſecus , Exod. 25. v. 11. לְמִבַּיִת intus . *Et intercedente articulo* , מֵהַבַּיִת *Idem* , Ezech. 40. v. 9. , *Conſtr.* בֵּית Gen. 24. v. 7. בֵּיתָ־לָּה intra eam , Ezech. 1. v. 27. *ſit* מִבֵּית , Exod. 26. v. 33. *Cum aff.* בֵּיתוֹ domus ejus , בֵּיתְךָ domus tua , בֵּיתִי domus mea , *&c.* *Plur.* בָּתִּים domus , ſedes ,

 fami-

familiæ, Exod. 1. v. 21. ; ædiculæ; ſacella textilia, 2. Reg. 23. v. 7. לְבָתִּים pro domibus, in loca, *vel* ſedes, Exod. 25. v. 27. *Conſtr.* בָּתֵּי. *Cum affix.* בָּתֶּיךָ domus tuæ, Exod. 10. v. 6. *Kametz ante Dageſch forte irregulare eſt. Forte eſt propter deſectum literæ Iod, vel ad differentiam* בָּתִּים bathi, *ſcribit Aben Eſra*, 2. Paral. 4. v. 5. *Chald.* בַּיְתָא דְנָה domum hanc, Eſr. 5. v. 9. & בַּיְתָה Eſdr. 5. v. 12., & 6. v. 15. *Conſtr.* עֲבִידַת בֵּית־אֱלָהָא opus domus Dei, Eſr. 4. v. 24. *Cum affix.* בַּיְתֵהּ domus ejus, Eſr. 6. v. 11. *Plural.* בָּתֵּיכוֹן domus veſtræ, Dan. 2. v. 5.

בֵּית־אָוֶן Béth áven, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, 1. Sam. 13. v. 5., Oſe. 4. v. 15.

בֵּית־אֵל Béth él, *ideſt* domus Dei, *nom. prop. civitatum; unius quidem in Tribu Benjamin*, Gen. 12. v. 8., &c. *quæ prius vocabatur Luza*, Gen. 28. v. 19., Jud. 1. v. 23., *alterius autem in regno decem Tribuum*, 1. Reg. 13. v. 1. *Eſt etiam nom. prop. montis in Tribu Benjamin*, 1. Sam. 13. v. 2.

בֵּית בִּרְאִי Bethberaí, *nom. propr. civitatis, quam inhabitarunt poſteri Simeonis*, 1. Paral. 4. v. 31.

בֵּית בָּרָה Bethberá, *nom. propr. civitatis in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem ſitæ*, Jud. 7. v. 24.

בֵּית גָּדֵר Béth-ghadér, *nom. propr. urbis, aut loci in Tribu Juda, ut quibuſdam videtur*, 1. Paral. 2. v. 51.

בֵּית גָּמוּל Béth-gamúl, *nom. propr. civitatis, vel, ut alii volunt, familiæ in terra Moab*, Jerem. 48. v. 23.

בֵּית דָּגוֹן Bethdagón, *nom. propr. civitatum in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 41. ; & *in Tribu Aſer*, Joſ. 19. v. 27.

בֵּית הַיְשִׁימוֹת Bethieſimóth, & Bethſimóth, *nom. propr civitatis in campeſtribus Moab*, Joſ. 12. v. 3., & 13. v. 20., Ezech. 25. v. 9.

גָּדוֹל *m.* *Idem*, Exod. 15. v. 16.

גִּדֵּל Gaddél, *nom. proprium principis familiæ, quæ e Babylonica captivitate reverſa eſt*, Eſdr. 2. v. 47. *Eſt & alius* גִּדֵּל *ibidem* v. 56., *qui Vulg. dicitur* Geddél.

גְּדֻלָּה *f.* Magnitudo, magnificentia, amplitudo, Eſth. 6. v. 3. *Conſtr.* גְּדֻלַּת Eſth. 10. v. 2. *Cum affix.* וְלִגְדֻלָּתוֹ & amplitudinis ejus, Pſal. 145. v. 3. *Plural.* גְּדֻלּוֹת amplitudinum, 1. Paral. 17. v. 19.

גְּדִיל *m. Plural.* גְּדִלִים, Deut. 22. v. 12., inſtitæ, vittæ, faſciæ, funiculi, fila contorta, filamenta, *ex ſignificatione Chald., Syriac., & Arab.*, גדל contorſit, intricavit, plexuit. *Erant fila contorta, quæ Judæi ponebant ad quatuor angulos veſtimentorum, quæque* Num. 15. verſ. 38. *vocantur* צִיצִית, *ut ſcribit Guarin. Item*, 1. Reg. 7. v. 17., גְּדִלִים faſciæ. *LXX. ſunt* δίκτυα; *Vulg.* in modum retis, *hoc eſt*, reticulata. *Ornamenta autem erant capitellorum duarum columnarum, inquit idem Guarin, quas in Templi porticu collocavit Salomon. Apud Rabinos* אשה גודלת *eſt* mulier implicans capillos: *&* מְגַדְּלָא שֵׂיעַר נְשַׁיָּא plicans crines mulierum. *Hinc ad* faſcias *transfertur, quæ rem quaſi* funibus *conſtringunt*.

גְּדַלְיָה Godoliás, *nom. propr. filii Amariæ*, Soph. 1. v. 1., *& Sacerdotis, qui uxorem alienigenam duxerat*, Eſdr. 10. v. 18.

גְּדַלְיָהוּ, Geḑhaliáhu, *& juxta Vulgat.* Godoliás, *nom propr. virorum*, 2. Reg. 25. v. 22., Jerem. 38. v. 1., 1. Paral. 25. v. 3.

גִּדַּלְתִּי

גִּדַּלְתִּי Geddélthí, *nom. propr. filii, vel unius e poſteris Heman*, 1. Paral. 25. v. 4.

מִגְדָּל, *ſemel* מִגְדּוֹל, *vel* מִגְדּוֹל, 2. Sam. 22. v. 51. *m.*, *in genere eſt* locus, *ſive* ſtructura magnitudinis in altum extenſæ, locus editus; *ſpeciatim vero*, ſuggeſtus, Nehem. 8. v. 4., & turris, Gen. 11. vv. 4. 5.; Iſai. 5. v. 2. *&c. Metaphorice* Deus, & *nomen* Dei *dicitur* turris, *ideſt*, præſidium, Pſal. 61. v. 4.. Prov. 18. v. 10., 2. Sam. 22. v. 51. *Ubi tamen LXX.*, & *Vulg. vertunt*, magnificans; *legebant* מַגְדִּיל, *aut* מְגַדֵּל: *In regim.* מִגְדַּל, Joſ. 15. v. 37., Jud. 8. v. 17. *Plur.* מִגְדָּלִים turres, Iſai. 30. verſ. 25. *Cum affix.* מִגְדָּלֶיהָ turres ejus, Ezech. 26. v. 4. *Plur. fœm.* מִגְדָּלוֹת turres, 2. Paral. 32. v. 5. & *alia ſignificatione*, מִגְדָּלוֹת creſcentes plantulæ, flores, Cant. 5. v. 13. *Quidam tamen in prima ſignificatione accipiunt*, *pro* turriculis. *LXX. ibidem ſunt* φύουσαι gignentes, producentes (*phialæ*); *Vulg.* conſitæ: *Joa. Simon interpretatur* loca terræ altiora, *hoc eſt*, areolas; *Aliis videntur eſſe* loca, in quibus creſcunt aromata, & herbæ pigmentariorum, *ex radice* גדל creſcere. *Cum affix.* בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ in turribus tuis, Ezech. 27. v. 11.

מִגְדּוֹל, מִגְדֹּל, & *cum præfix.* בְּמִגְדּוֹל, & בְּמִגְדֹּל Mighdól, & *juxta Vulg.* Magdalus, *nom. propr. loci mare rubrum inter* & *Nilum*, Exod. 14. v. 2., Num. 33. v. 7. *Eſt* & *nomen propr. urbis in Ægypto*, Jerem. 44. v. 1., & 46. v. 14.

מִגְדַּל־גָּד Magdalgád, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 37.

גָּדַע Abſcidit, exſcidit, ſuccidit: *Præter.* גָּדַע ſuccidit, Thren. 2. v. 3. *Particip. præter.* גְּדֻעִים ſuccisi, excisi, Iſai. 10. v. 33. *Niph. præter.* אֵיךְ נִגְדַּע quomodo ſuccifus eſt, Jerem. 50. v. 23. נִגְדַּעְתָּ ſuccifus es, Iſai. 14. v. 12. *Pih. præter.* גִּדַּע ſuccidit, fregit, Pſal. 107. v. 16. *Futur.* אֲגַדֵּעַ ſuccidam, Pſal. 75. v. 11. *Pyh. præter.* גֻּדְּעוּ exciſæ, ſuccifæ ſunt, Iſai. 9. v. 10.

גִּדְעוֹן Gedeón, *nom. propr. filii Joas, judicis Iſrael*, Jud. 6. v. 13., *qui etiam dicitur* Joas, & Jerobaal, *ibidem* v. 32.

גִּדְעֹנִי Gedeóni, *nom. propr. patris Abidam principis Tribus Benjamin*, Num. 1. v. 11.

גִּדֵּף *Pih.* Blaſphemavit, contumeliâ, probrò affecit : *Præter.* גִּדַּפְתָּ blaſphemaſti, 2. Reg. 19. v. 22. *Particip.* מְגַדֵּף probro afficit, Num. 15. v. 30.

גִּדּוּפִים *m. p.* Contumeliæ, convitia, Iſai. 43. v. 28. *Conſtr.* גִּדּוּפֵי, Sophon. 2. v. 8.

גְּדוּפָה *f.* Convitium, Ezech. 5. v. 15. *Plural.* גִּדּוּפוֹת convitia : מִגִּדּוּפֹתָם a contumeliis eorum, Iſai. 51. v. 7.

גָּדַר Sepſit, ſepem obduxit, maceriam, murum, parietem ſtruxit. *Præter.* גָּדַר בַּעֲדִי ſepit circum me, Thren. 3. v. 7. וְגָדַרְתִּי אֶת־גְּדֵרָהּ maceriabo maceriam, obducam maceriam, Hoſ. 2. v. 7. *ſic Partic.* גֹּדֵר גָּדֵר. ſepiens ſepem Ezech. 22. v. 30.

גֹּדֵר *m.* Faber murarius, cœmentarius : *Plural.* וְלַגֹּדְרִים & cœmentariis, 2. Reg. 12. v. 13.

גָּדֵר *m.* Maceria, murus, paries, ſepes, ſeptum, Proverb. 24. v. 31.

גֶּדֶר *m. Idem* : *Cum. affix.* גְּדֵרוֹ maceria ejus, Iſai. 5. v. 5. *Plural. cum affix.* גְּדֵרֶיהָ macerias ejus, Pſal. 80. verſ. 13. *Fœm.* גְּדֵרָה, 1. Paral. 4. v. 23. *vel*, גֶּדֶרֶת, Ezech. 42. v. 12. *idem ac in maſcul. ſignificat* : *Sed Vulg.*, *&* *aliis nonnumquam eſt* caula, ſtabulum, veſtibulum. *Plural.* גְּדֵרֹת. Num. 32. v. 24. *Conſtr.* גִּדְרֹת צֹאן ſepta, caulæ gregum, v. 16. *Cum affix.* גְּדֵרֹתָיו macerias ejus, Pſal. 89. v. 41.

גֶּדֶר Gáder, *nomen propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 12. v. 13.

גְּדוֹר Gedór, *&* Gadór, *nom. propr. civitatis, aut vici in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 58., 1. Paralip. 4. v. 39.

גְּדֵרָה Gedherà, *aut* Gederà, Joſ. 15. v. 36., *nom. propr. urbis ejuſdem ac* גֶּדֶר, *de qua ſupra*.

גְּדֵרוֹת Gaderóth, *&* Gideróth, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 41., 2. Paral. 28. v. 18.

גְּדֵרִי Gederites, *nom. gentile incolarum urbis* גֶּדֶר, 1. Paralip. 27. v. 28.

גְּדֵרָתִי Gederothites, *nom. propr. incolarum urbis* גְּדֵרָה, 1. Paralip. 12. v. 4.

גְּדֵרֹתַיִם Gederotháim, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 36.

גרש *Radix Hebræis inuſit.*, *Chald.* collegit, coacervavit; *inde* גְּרִישׁ *m.* acervus, *ut vertunt LXX.*, *Aq.*, *Theod.*, *Vulg. &c.*, *Aliis eſt* meta frumenti, Exod. 22. v. 5., Jud. 15. v. 5., Job 5. v. 26. *Semel ſumitur a multis metaphoricè pro* tumulo, *pro* ſepulcro, Job 21. v. 32., *ubi tamen Vulg. vertit*, in congerie mortuorum.

גה Hic, *pronomen*, *idem quod* זֶה, Ezech. 47. verſ. 13. *per commutationem* ג & ז, *ut ſuprà fuit* בַּג & בַּז.

גהה; *unde futur.* יִגְהֶה מִכֶּם מָזוֹר curabit a vobis ulcus, curabit vos ab ulcere, Hoſ. 5. v. 13. *LXX. hunc locum interpretantur*, ſedabit, quieſcere faciet; *Vulg.* ſolvere poterit a vobis vinculum.

גֵּהָה *f.* Medicina, ſanatio; Prov. 17. v. 22. *LXX. eſt* bona valitudo; *Sym.* ætas bona; *Vulg.* ætas florida.

גהר Pronum expandit, extendit, proſtravit, *vel* abjecit ſe: *Futur.* וַיִּגְהַר אַרְצָה pronum ſe abjecit in terram, 1. Reg. 18. v. 42. וַיִּגְהַר עָלָיו & pronus expandit ſe ſuper eo, 2. Reg. 4. vv. 34. 35.

גֵּו גו גוא *Chald. vide in* גוה.

גוב Secare, findere, lacerare; *unde part. præſ. plur. cum præfix.* וְלַיֹּגְבִים, *& juxta Maſſor.* וּלְיֹגְבִים, 2. Reg. 25. v. 12., *Vulgat. vertit* in agricolas; *Alii habent* in foſſores, ſectores, *ideſt*, aratores. *Verba* ſecandi *ad* arationem *referuntur*, *inquit Joa. Simon.*

גוֹב *m.* Locuſta, *ſive* locuſtæ *ſpecies*, *ſic dicta videtur*, *quod herbas*, *& gramina* abſcindat. *Cum præfix.* כְּגוֹב גּוֹבַי ſicut locuſta locuſtarum, (גּוֹבַי *pro* גּוֹבִים,) Nahum 3. v. 17., *id eſt*, ſicut magnæ, *ſeu* prægrandes locuſtæ, *juxta Hebræos*: וְהִנֵּה יוֹצֵר גֹּבַי & ecce formabat locuſtas, Amos 7. v. 1. *Simile vide in* הָרָר, *in nomine defectivo* הַר.

גֵּב *m. In ſingul. inuſit.*, *unde plur.* גֵּבִים *tria ſignificat*; I. Puteos, *vel* foſſas, paludes, Jerem. 14. v. 3. II. Locuſtas, Iſai. 33. v. 4., *ubi Theod. habet* βόθυνοι, *Vulg.* foſſæ, *ut* Jerem. 14. v. 3. III. Laquearia, cantherios, trabes, aſſeres, tabulas, 1. Reg. 6. v. 9. *Cum præfix.* הַגֵּבִים foſſæ, Iſai. 10. verſ. 31., *ubi aliis eſt nom. propr.*, *& Vulg. vertit* Gabim.

גוב גוּבָא, גֻּבָּא *m. Chald.* Fovea, foſſa: לְגוֹב אַרְיָוָתָא in fo-
veam

veam leonum, Dan. 6. v. 8. עַל פֻּם גֻּבָּא ſuper os foveæ, Dan. 6. v. 18.

גּוֹג Góg, *aut* Gógh, *nom. propr. filii Joel*, 1. Paral. 5. v. 4. *Item nom. propr. regis Scytharum in terra Magog, hoc eſt, Scythia prope Caucaſum*, Ezech. 38. v. 2. *&c. Aliis eſt nom. comm. gentium, regumque Aſiæ minoris, & Syriæ, quales tunc futuri erant Antiochus, Seleucus, Demetrius, Nicanor &c., a quibus vexandos Judæos vaticinatur Daniel, ita Guarin.*

גּוּר, *Quæ hinc eſſe poſſint, vide ſuprà in* גרר.

גוה *Radix inuſit., quæ ſenſum* concludendi, continendi, tegendi, operiendi *habuiſſe videtur Joa. Simoni. Inde ſunt cum affix.* אַחֲרֵי גֵוְךָ poſt tergum tuum, Iſai. 38. v. 17. גֵוִי corpus meum, Iſai. 50. v. 6. גֵּוְךָ corpus tuum, Iſai. 51. v. 23.

גֵּוָה *f.* Corpus: *Cum præfix.* מִגֵּוָה, Job 20. v. 25., e corpore; *ſed Vulg. habet* de vagina, *ſcil.* gladii. *Aliam hujuſce vocis ſignificationem vide in* גאוה.

גֵּו *m.* Corpus: *&* *ſynecdochice*, tergum, dorſum: *item*, medium: מִן־גֵּו e corpore, Job 30. v. 5. *Vulg. ibidem vertit*, de convallibus; *legiſſe videtur* גַּיְא; *alii habent*, de medio; *Cum præfix.* לְגֵו corpori, Prov. 10. v. 13.

גֵּו *m. Idem.: cum affix.* אַחֲרֵי גֵוֶּךָ poſt tergum tuum, 1. Reg. 14. v. 9. אַחֲרֵי גֵוָּם poſt tergum ſuum, Nehem. 9. v. 26. גֵּוְךָ tergum tuum, Ezech. 23. v. 35.

גּוֹא, גּו, גַּו *Chald.* Medium; לְגוֹא in medium, Dan. 3. v. 6. *ſed frequentius eſt* גו, *unde* בְּגוֹ in medio, Dan. 7. v. 15. בְּגַוַּהּ in medio ejus, Eſr. 4. v. 15., *quod fœm. eſt*; בְּגַוֵּהּ in medio ejus, Eſræ 5. v. 7. *quod maſculinum*.

גּוֹי. *Vide pag.* 155.

גְּוִיָּה *f.* Corpus: לִגְוִיָּה corpori, Nahum. 3. v. 3. *Conſtr.* גְּוִיַּת 1. Sam. 31. v. 12. *Cum. affix.* בִּגְוִיָּתָם in corpora illorum, Nahum 3. v. 3. *Plural.* גְּוִיֹּת corpora, 1 Sam. 31. v. 12. *Cum affix.* גְּוִיֹּתֵיהֶם corpora ſua, Ezech. 1. v. 23. גְּוִיֹּתֵיהֶנָה corpora ſua, Ezech. 1 v. 11. *cum* ה *paragogico, pro* הֶן.

גוז Abſcidit, abſciſſus fuit, abripuit, avulſit: *Sed Samar., & Arab., auctore Joa. Simone, ſonat latine*, tranſivit, pertranſivit: *verba enim* ſecandi *habent etiam notionem* celeritatis, & tranſitus: *Præter.* גָּז חִישׁ, Pſal. 90. 10. abſciſſum eſt, tranſiit feſtine.: *LXX. hoc idem vertunt*, ἐπῆλθε πραό

πραότης, *Vulg.* ſupervenit manſuetudo : *Partic. præſ. m., ſive nom.* גּוֹז ; *inde cum affix.* גּוֹזִי, Pſal. 71. v. 6., avulſor meus, evellens me ; *LXX. autem eſt* σκεπαστής μου, *Vulgat.* protector meus : *Futur.* וַיָּגָז abripuit, *& juxta Vulg.* detulit. *Vide* גָּזַז.

גוח Prodiit, prodire fecit, eduxit, edidit, וָגֹחִי, Mich. 4. v. 10., & ede, educito, *ſcil. partum, juxta Ab. Eſr., juxta autem LXX.* ἐ ἀνδρίζου & viriliter age ; *juxta Vulg.* & ſatage : *Particip. præſ., vel nom. verbale* גֹּחַ ; *inde cum affix.* גֹּחִי, Pſalm. 22. v. 10., eductor meus ; *LXX., & Vulg. eſt,* qui extraxiſti me. *Futur.* וַתָּגַח & prodis, Ezech. 32. v. 2., *eſt in* Pathach *propter accentum ad penultimam retractum, ſicut* וַתָּנַח Gen. 8. v. 4. *Hiph. Particip.* מֵגִיחַ מִמְּקֹמוֹ prodibat, erumpebat è loco ſuo, Jud. 20. v. 33. *Chald. Particip. plural.* מְגִיחָן erumpebant, Dan. 7. v. 2. *Infin.* בְּגִיחוֹ cum prodiret, *vel* erumperet illud, Job 38. v. 8. *Futur.* יָגִיחַ prodire faciet, educet, erumpet, influet, Job 40. v. 23.

גוי *m.* Gens, populus, Gen. 15. v. 14. *&c., quæ vox a rad. inuſit.* גָּוָה *derivanda videtur Joa. Simoni, q. d.* tectio terræ, *hoc eſt, cujus* copia *terræ ſuperficies tegitur. Sæpius autem* גּוֹי *dicitur* de gentibus *infidelibus, & incredulis, à vera fide in Deum, & republica Iſraelis alienis, quæ idcircò Deo abominationi fuerunt. Hinc Judæi appellarunt, ac etiamnum appellant Chriſtianos,* גּוֹיִם gojim, *quaſi* gentem *abominabilem, quin etiam (exemplò* Gen. 20. v. 4., *ubi* goj *de ſolo* Abimelech *putant dici) virum unicum (Chriſtianum) vocant ſingulariter* גּוֹי goj, *& fœminam* גּוֹיָה gojah, *affectu prorſus malitioſo. At* גּוֹי *de unico non dici, docet Aben Eſra,* Exod. 21. v. 8. *Atque ita, quod ante Chriſtum fuit generale nomen, fecerunt ſpeciale, & ad ſolos Chriſtianos reſtrinxerunt. Turcas enim non* Gojim, *ſed* יִשְׁמְעֵאלִים Iſmaëlitas : *Æthiopes,* כּוּשִׁיִּים *appellant, & ita aliæ quæque gentes, Chriſto non addictæ, ſpeciali nomine ipſis vocantur. Ex quo autem libri ipſorum cenſuræ Chriſtianorum in quibuſdam locis fuere ſubjecti, pro* גּוֹיִם, *declinandæ invidiæ cauſa, ſubſtituerunt* כּוּתִיִּים Cuthiim, *ut in opere Talmudico, Baſileæ edito, factum.* Cuthæos *autem* Samaritanos *olim vocarunt, quod venerint ex* Cutha, *de qua* 2. 17. v. 24. *Aliquando tamen etiam de Judæis uſurpatum*

eſt ;

eſt; Efficiam te patrem gentis magnæ, Gen. 12. v. 2. *ſub quibus & Iſraëlitæ* : Vos eritis mihi regale ſacerdotium, & gens ſancta, Exod. 19. v. 6. *Hyperbolice ad* locuſtas *transfertur*, Joel. 1. v. 6. *ſicut* עַם populus *de* formicis, Prov. 30. v. 25. *Cum affix.* גוֹי gentis meæ, Sophon. 2. v. 9. pro גּוֹיִי : *Plur.* גּוֹיִם gentes, Gen. 17. v. 4. *contractè, ut ante cum affix.*, *pro* גּוֹיִים. *Conſtr.* גּוֹיֵי הָאָרֶץ gentes terræ, Gen. 22. v. 18. *Cum affix.* בְּגוֹיֵהֶם in gentibus ſuis, Gen. 10. v. 5. גּוֹיִךְ gentes tuas, Ezech. 36. vv. 13. 14. *contractè ſcriptum, & legendum* גּוֹיַיִךְ, *ut Maſorethæ notarunt.*

גּוּל Exſultavit : *Præter.* וְגַלְתִּי & exultabo, Iſai. 65. v. 19. *Hiph. Infin. cum futur.* גּוֹל יָגוּל exſultando exſultabit, Prov. 23. v. 24. *ſcribitur cum* ו, *ac ſi eſſet ex Kal, ſed legitur cum* י, גִּיל יָגִיל, *ex Hiph. ut Maſorethæ notarunt*; *Imper.* גִּילוּ exſultate, Joel. 2. v. 23. *pro* הָגִילוּ *Futur.* יָגִיל exſultabit, Pſalm. 21. v. 2. *cum* י *redundante, juxta Maſorethas*. *Vide* גלה, *&* גלל.

גּוֹל. *Vide in* גָּלַל.

גּוֹלָה, *&* גֹּלָה. *Vide in* גָּלָה.

גּוּם *Vide ſupra in* גו.

גִּיל *m.* Exſultatio, Hoſ. 9. v. 1. שִׂמְחָה וָגִיל lætitia, & exſultatio, Iſai. 16. v. 10. בְּגִילְכֶם *vide infra in* גיל.

גִּילָה *f.* *Idem*, Iſai. 65. v. 18., *irregulare eſt*, וְתָגֵל אַף גִּילַת & exſultabit etiam exſultatione, Iſai. 35. v. 2. *Ab. Eſra ſupplet*, גִּילַת לֵב exſultatione animi, *conſtructum pro abſoluto.*

גָּוַע Exſpiravit, *de agone animam agentium, quomodo in novo Teſtamento de Chriſto eſt* ἐξέπνευσεν, Luc. 23. v. 46. *Præter.* כִּי גָוַע quòd exſpiraſſet, Num. 20. v. 29. וְגוֵֹעַ & exſpirans, moribundus, Pſal. 88. v. 1[illegible].

גּוּף; *Hiph.* הֵגִיף Claudere, occludere : *Futur.* יָגִיפוּ occludent, Nehem. 7. v. 3. *In Targum aliquoties pro Hebræo* סָגַר *ponitur, & inde* מְגוּפָה operculum *apud Rabbinos*.

גּוּף *m.*, *apud Rabbinos, in Bibliis fœminine* גּוּפָה corpus, q. d. concluſio, *ſive* clauſura animæ; *inde Conſtr.* גּוּפַת שָׁאוּל corpus Saulis, 1. Paral 10. v. 12. גּוּפֹת corpora, *ibid.*

גּוּר Commoratus, diverſatus fuit, manſit, habitavit, *in loco peregrino, ſive* conſtanter, *&* diu, *ut* Pſal. 5. v. [illegible] & 15. v. 1., Job 19. v. 15. *&c.*, *ſive* ad breve tem[illegible] *& tum*

& tunc latine ſonat peregrinatus fuit, ut Gen. 12. v. 10., 19. v. 9., Levit. 19. v. 33. *Præterea ab* אגר, *ut arbitratur Joa. Sim., mutuo accipit ſignificationem* colligendi, *ſive* congregandi, *unde eſt* congregavit, *ut* Habac. 1. v. 15., & *intranſitive*, congregavit ſe, convenit, coivit, *ut* Pſal. 56. v. 7., & 59. v. 4., &c. *Et a* יגר *habet alium ſenſum*, timendi *ſcil.*, *unde* timuit, metuit, formidavit, *ut* Num. 22. v. 3., Deut. 1. v. 17., 18. v. 22., 32. v. 27., 1. Sam. 18. v. 15., Job 19. v. 29., Pſal. 22. v. 24., 33. v. 8. & *tunc cum* ל *vel* מן *plerumque conſtruitur*: *Præter.* גָּר peregrinatus fuit, Gen. 35. v. 27., Judic. 17. verſ. 7., & 19. vv. 1. 16., *cum* ה *paragogico* גַּרְתָּה peregrinatus es, Gen. 21. verſ. 23. *Partic. præſ.* גָּר peregrinans, Exod. 12. v. 49., Levit. 17. verſ. 10., *item* habitans, inquillinus, Job 19. verſ. 15., מֵעִם־גָּר ab habitante, *vel* accola, Job 28. v. 4., *ideſt*, e loco, ubi erant accolæ, *juxta R. Levi*. *Plur.* גָּרִים peregrinantes, Levit. 25. vv. 6. 45., 2. Sam. 4. v. 3., & *Conſtr.* גָּרֵי inquilini, Job 19. v. 15. *Fœm. conſtr.* מְגָרַת בֵּיתָהּ ab habitatrice, *vel* inquilina domus ſuæ, Exod. 3. v. 22. *Infinit. cum futur.* גּוֹר יָגוּר peregrinando peregrinabitur, *vel* congregando congregabit ſe, *juxta Hebræos quoſdam*, Iſai. 54. v. 15. *Imper.* גּוּר peregrinare, Gen. 26. v. 3., *Fœmin.* גּוּרִי *idem*, 2. Reg. 8. v. 1. *Sed in plur.* timete: גּוּרוּ לָכֶם metuite vobis, Job 19. v. 29. וְגוּרוּ מִמֶּנּוּ & timete ab eo, Pſal. 22. v. 24. *Futur.* אָגוּר metuerem, Deut. 32. v. 27., *ſed cum* ה *paragog.* אָגוּרָה commorabor, Pſal. 61. v. 15., תָּגוּר timebis, Deut. 18. v. 22., *ſed fœm.* תָּגוּרִי peregrinaberis, *vel* peregrinari poteris, 2. Reg. 8. v. 1., יָגוּר peregrinabitur, Exod. 12. v. 48., Pſal. *autem* 15. v. 1., & Iſai. 33. v. 14., commorabitur: *cum affix.* יְגֻרְךָ, *contracte pro* יָגוּר עִמְּךָ, commorabitur tecum, Pſal. 5. v. 5., *ſed* יְגֹרֵהוּ colliget, congregabit eum, Habac. 1. v. 15., *cum præfix.* וַיָּגָר & peregrinatus eſt, Gen. 20. v. 1., 21. v. 34., *item* timuit, Num. 22. v. 3., Hoſe. 10. v. 5., Job 41. v. 17., Pſal. 33. v. 8., *item* congregant ſe, *locis indicatis*. *Hithp. Partic.* מִתְגּוֹרֵר commorans, permanens, hoſpitans, 1. Reg. 17. v. 20., Jerem. [illegible] v. 23. *juxta Kimchi*, & *R. Salom.* *Futur.* יִתְגּוֹרָרוּ congregant ſe, Hoſ. 7. v. 14. *Vide* גרה, גרר, & נגר.

גור,

גּוּר, & גֹּור *m.* Catulus, *ſic autem dictus videtur Joa. Simoni, quia ſe ad matrem* congregat, Gen. 49. v. 9., Deut. 33. verſ. 22. *Plur. cum præfix.*, & *affix.* מִגֻּרֶיהָ e catulis ſuis, Ezech. 19. verſ. 3., *item alia forma in conſtr. cum præfix.* כִּגוּרֵי ſicut catuli, Jerem. 51. v. 38., & *in plur. fœm. cum affix.* גֹּורֹתָיו catulis ſuis, Nahum 2. v. 12.

גּוּר Gúr, & *juxta Vulg.* Gavér, *nom. propr. civitatis, aut loci, ut quibuſdam videtur, in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem*, 2. Reg. 9. v. 27.

גּוּר־בַּעַל Gurbáal, *nom. prop. loci, in quo habitabant Arabes, quos delevit Ozias*, 2. Paral. 26. v. 7. *Aliis eſt civitas, quæ dicitur* Gerara; *aliis* Petra *in Arabia*.

גֵּר *m.* Peregrinus, inquilinus, advena, accola: *Cum affix.* וְגֵרְךָ & peregrinus tuus, Exod. 20. v. 10. *Plural.* גֵּרִים peregrini, Exod. 22. v. 21. *ſemel* גֵּירִים, 2. Paral. 2. v. 16.

גֵּרוּת *f.* Hoſpitium, Jerem. 41. v. 17.

מָגֹור *m.* Formido, metus, pavor, Jerem. 6. v. 25. *Fœmin.* מְגוֹרָה; *unde conſtr.* מְגוֹרַת רָשָׁע formido improbi, Prov. 10. v. 24.

מָגוּר *m.* Commoratio, habitatio, peregrinatio, formido. *Cum affix.* בִּמְגוּרָם in commoratione ipſorum, Pſal. 55. verſ. 16. *Plur. conſtr.* מְגוּרֵי אָבִיו peregrinationum patris ſui, Gen. 37. v. 1. *Cum affix.* בִּמְגוּרָיו in habitationibus ſuis, Job 18. v. 19. מְגוּרַי formidines meas, Thren. 2. v. 22. *Vide* & מָגֹר.

מְגוֹרָה *f.*, Formido; *unde in regim.* מְגוֹרַת, Prov. 10. verſ. 24., *quod LXX.* eſt ἀπώλεια perditio; *Vulg.* quod timet; *aliis* formido, pavor: *Plur. cum affix.* מְגוּרֹתַי formidines meæ, pavores mei, Pſ. 34. v. 5., מְגוּרֹתָם formidines eorum, Iſai. 66. v. 4.

מְגוּרָה *f.* Granarium, horreum, *quia fruges in eo* congregantur, & recipiuntur, Hag. 2. verſ. 10.

מַמְּגֻרוֹת *f. p.* Granaria, Joel. 1. v. 17. *Vox anomala, inquit Aben Eſra, aucta duplici* מ *formativo*.

גֹּרֶשׁ *m.* Strigmentum, ramentum, pulvis. *Sed LXX. eſt* βῶλαξ gleba, & *Vulg.* ſordes: וְגוּשׁ & ramentum, Job 7. v. 5. *ſcribitur cum* י, & *legitur per* ו.

גּוֹרִיתִיהָ. *Vide in* גּוֹרָה *pag.* 154.

גִּזְבָּר *m. Chald.* Quæſtor, præfectus ærario, Eſr. 1. verſ. 8. *ubi LXX. habent* Γασβαρηνος Gasbarenus, & filius Gazabar; *putarunt ſiquidem, nom. eſſe propr.*, & *gentile*:

tile : *Plur. ex alia forma*, גִּזְבְּרַיָּא quæſtores, Eſr. 7. v. 21., *LXX. ibidem ſunt* γάζαι gazæ, *ideſt*, gazarum præfecti, *ſive*, *ut vertit Vulg.* cuſtodes arcæ publicæ.

גָּזַז Reſcuit, abſcidit, totondit : *Partic.* כִּי גֹזֵז quod tonderet, 1. Sam. 25. v. 4. *Plur.* גֹּזְזִים tondentes, 2. Sam. 13 v. 23. *Conſtr.* עַל גֹּזְזֵי ad tonſores, Gen. 38. v. 12. *Imper. fæm.* גֹּזִּי tonde, Jerem. 7. v. 29., Mich. 1. v. 16. *Futur.* תָגֹז tondebis, Deuter. 15. v. 19., וַיָּגָז, Num. 11. v. 31., *LXX. vertunt* ἐξεπέρασεν, & traduxit; *Vulg.* & detulit; *alii* & avulſit, abripuit: *item* & totondit, *aut* evulſit (capillos), Job. 1. v. 20. *Niph. præter. plur.* נָגֹזּוּ, Nahum 1. v. 12., tonſi ſunt; *LXX. habent* dividentur; *Vulg.* attondentur. *Vide in* גזה.

גָּזֵז Gezéz, *nom. propr. filii Coleb ex Epha concubina*, 1. Paralip. 2. v. 46.

גֵּז Vellus, ſecta lana, Deut. 18. verſ. 4. וּמִגֵּז & de vellere, Job 31. v. 20. *Item* ſecta herba, fœniſcecium, gravamen, pratum detonſum, Pſal. 72. v. 6. *Plur. Conſtr.* גִּזֵּי fœniſecia, Amos 7. v. 1.

גִּזָּה *fœm.* Vellus, Jud. 6. vv. 37. 38. 39. 40., *Conſtr.* גִּזַּת הַצֶּמֶר vellus lanæ, Jud. 6. v. 37.

גָּזִית *f.* Cæſura, cæſio: lapis cæſus, & ferro politus, 1. Reg. 6. v. 36. *&c.*

גָּזַל Rapuit, abripuit, diripuit : *Præter.* גְּזֵלוֹת גָּזָל rapinas rapuit, Ezech. 18. v. 12. *Niph. præter.* וְנִגְזְלָה & eripitur, Prov. 4. v. 16.

גֵּזֶל, גָּזֵל, *&* גֶּזֶל *m.* Rapina, vis, violentia, Ezech. 18. v. 18., *&* 22 v. 29. וְגֵזֶל מִשְׁפָּט & rapina juris, Eccleſ. 5. v. 7.

גּוֹזָל *m.* Pullus, *avium, vel columbarum propriè, quod* rapinæ *ſit expeſitus*, Gen. 15. v. 9. *Plural. cum affix.* גּוֹזָלָיו pullos ſuos, Deut. 32. v. 11.

גְּזֵלָה *f.* Raptum, rapina, Ezech. 18. v. 7. *Conſtruct.* גְּזֵלַת הֶעָנִי rapina pauperis, Iſai. 3. v. 14. *Plural.* גְּזֵלוֹת Ezech. 18. verſ. 12.

גָּזָם *m.* Eruca, Joel. 1. v. 4., 2. v. 25., Amos 4. v. 9., *Bocharto, aliiſque eſt* locuſtæ *ſpecies*, *quæ gramina*, *&* ndes detondet; *unde Ab. Eſra à* גזז tondendo, *deducit*, מ *ſervile eſſe vult.*

גַּזָּם Gazám, *nom. prop. viri principis familiæ*, *&c.* Eſdr. 2. verſ. 48.

גּוֹזָן Gozán, *nom. propr. fluvii Aſiæ minoris in confiniis Armeniæ & Mediæ, ac mare Caſpium ingredientis*, 2. Reg. 17. v. 6., & 19. v. 12., 1. Paral. 5. v. 26., Iſai. 37. v. 12.

גִּזוֹנִי Gezonites, *nom. propr. loci, ex quo oriundus erat Aſſem*, 1. Paral. 11. v. 34.

גֶּזַע *m.* Truncus ſucciſus, Iſai. 11. v. 1. *Cum affix.* גִּזְעוֹ truncus ſucciſus ejus, Job 14. v. 8.

גָּזַר Secuit, ſcidit, abſcidit: decîdit, decrevit: *Præt.* גָּזַר abſcinderet, *ſcil.* hoſtis, *vel* abſcinderetur, Hab. 3. v. 17. *Futur.* וַיִּגְזֹר עַל־יָמִין & ſcindet, *& juxta Vulg.*, declinaverit ad dexteram, Iſai. 9. verſ. 19. *id eſt*, exſcindendo *undiqueverſum* victum colliget: וְתִגְזַר אֹמֶר & decernes ſermonem, Job 22. v. 28. *Niph.* נִגְזַר exſcindi, excidi, ſuccidi: decerni: *Præter.* נִגְזַר decretum eſt, Eſth. 2. v. 1., נִגְזָרוּ excisi ſunt, Pſal. 88. v. 6.

גְּזַר *Chald. idem ac* גָּזַר *ſignificat*: *Partic. plur.* גָּזְרִין, Dan. 2. v. 27., 5. v. 11., *& in ſtatu emphat.* גָּזְרַיָּא, Dan. 4. v. 4., 5. v. 7., aruſpices, divini, *quaſi* ſectores *dicti, quod ex victimis* ſectis *futura prædicerent*: *Aliis videntur* augures, *ita dicti quod cœlum in certas partes* dividant; *Hithpehal, præter. fœm.* אִתְגְּזֶרֶת excisus eſt, Dan. 2. v. 45. *ſic* הִתְגְּזֶרֶת v. 34.

גֶּזֶר, *& in pauſa* גָּזֶר Gézer, & Gázer, *nom. propr. civitatis in Tribu Ephraim, ſive in confiniis hujus, & alterius Tribus Benjamin*, Joſ. 16. v. 3., Judic. 1. v. 29., 2. Sam. 5. verſ. 25.

גֶּזֶר *m.* Segmentum, deciſum: *Plural.* בֵּין הַגְּזָרִים inter ſegmenta illa, Gen. 15. v. 17.

גְּזֵרָה *f.* Deciſio, Levit. 16. v. 22. *LXX. ibidem eſt* invia, & *Vulg.* ſolitaria (*terra*) *quaſi ab aliis* diviſa, & ſeparata: *Chald.* decretum: *unde Conſtr.* בִּגְזֵרַת עִירִין ex decreto vigilum, Dan. 4. v. 14.

גִּזְרָה *f.* Deciſum, ſegmentum: exciſio, ſeptum, ſtructura ſeparata, *ab alia quaſi* deciſa, & diſtincta, Ezech. 41. v. 12. 13. *Cum affix.* גִּזְרָתָם exciſio eorum, Thren. 4. v.

מְגֵרָה *f.* Serra, *juxta alios*, ſecuris. *Plur.* בִּמְגְזְרוֹת הַבַּרְזֶל ferris,

ſerris, *vel* ſecuribus ferreis, 2. Sam. 12. v. 31. *a* ſecando.

גְּזָרִין *m. plur. Chald. vide ſupra in* גְּזַר.

גֹּזֵת, *&* גָּזִית. *vide in* גָּזָה, *&* גָּזַז.

גחל גַּחַל *m.* Pruna, carbo: *Plur.* גֶּחָלִים prunæ, 2. Sam. 22. v. 13. *Conſtr.* גַּחֲלֵי אֵשׁ prunarum ignis, Levit. 12. v. 16. *Cum affix.* עַל־גֶּחָלָיו ſuper prunas ejus, Iſai. 44. v. 19.

גַּחֶלֶת *f. Idem*, Iſai. 47. v. 14. *Cum affix.* גַּחַלְתִּי pruna mea, 2. Sam. 14. v. 7.

גַּחַם Gáham, *nom. propr. filii Nachor*, Gen. 22. v. 24.

גחן גָּחוֹן *m.* Venter, *& de reptilium ventre tantum dicitur, ut R. Salomon. monet:* עַל־גָּחוֹן ſuper ventrem, Levit. 11. v. 42. *cum* ו *majuſculo, ut Maſorethæ notant, quod ea eſt media litera totius Legis Moſis. Vide in* גחה.

גִּחוֹן, *&* גִּיחוֹן Gihón, *nom prop. fontis in urbe Jeruſalem, qui eſt idem ac* Siloe, *ut quidam arbitrantur: Aliis autem eſt* mons *vicinus eidem Jeruſalem*, 1. Reg. 1. v. 33., 2. Paral. 32. v. 30.

גַּחַר Gáher, *nom. propr. cujuſdam principis familiæ*, Eſdr. 2. v. 47.

גיא גַּיְא *m.* Vallis: כָּל־גֶּיא יִנָּשֵׂא omnis vallis attolletur, Iſai. 40. v. 4. *dictionem hanc* גַּיְא *a radic. inuſit.* גָּוָה, *vel* גָּיָה *derivandam arbitratur Joa. Simon.*, *unde* vallis *dicta*, *quod montibus* tecta, *&* concluſa *eſt.*

גַּיְא *f. Idem:* הַגַּיְא vallis, Num. 21. v. 20. *Hinc abſque* א, וְהַגַּי & vallis, Joſ. 8. v. 11. בַּגַּי in valle, Deuter. 34. v. 6. לַגַּי in vallem, Mich. 1. v. 6.

גֵּיא *f. Idem:* גֵּיא גְּדוֹלָה vallis magna, Zach. 14. v. 4., *abſque* א, גֵּי הָעֹבְרִים vallis tranſeuntium, Ezech. 39. v. 11., *quod novies ſic ſcribi, a Maſorethis obſervatum: Plur.* גֵּאָיוֹת, Ezech. 31. v. 12., *&* גֵּיאָוֹת, *quod legendum* גֵּאָיוֹת 2. Reg. 2. v. 16., *& ſic* Ezech. 6. v. 3. *Cum affix.* וְגֵיאוֹתֶיךָ & valles tuæ, Ezech. 35. v. 8.

גָּיָה *Radix inuſit. inde, ut quibuſdam videtur*, גַּי, גֵּי *&c.*, *quæ vide ſupra in* גַּיְא, גֵּיא, *&* גֵּיא.

גֵּי־הִנֹּם, *&* גֵּי בֶן־הִנֹּם Vallis Hinnom, *&* vallis filii Hinnom *prope Jeruſalem ſita ad auſtrum, cujus quidem fit mentio*, Joſ. 15. v. 8., *&* 18. v. 16., 2. Paralip. 33. v. 6. *In ea erat locus excelſus ædificatus, cui* תֹּפֶת Topheth *nomen, in quo ſacrificuli idololatræ immolabant liberos hominum idolo Moloch, traducendo eos per ignem, ſive comburendo eos*, Jerem. 7. v. 31., *&* 19. v. 2., 2. Paralip. 28. v. 3. *Pius rex Joſias*

iſtum locum polluit, 2. Reg. 23. v. 11. *projiciendo illuc cadavera*, *fimum*, *ſtercora*, *ac omnes res immundas*, *ne amplius horrendæ iſti idololatriæ conſecratus eſſet*, *aut religioſus haberetur*; *Fuitque illic* אֵשׁ תָּמִיד ignis continuus *ad ea*, *quæ projiciebantur*, *comburenda*. *Locus autem ille dictus fuit* תֹּפֶת Tophet *a* תֻּפִּים tympanis, *quæ ſacrificuli pulſabant*, *ne parens clamorem pueri audiret*: vallis *vero* Hinnom, *quia vox pueri erat* נֹהֵם rugiens, *aut quod aſtantes ſacrificuli dicerent*, יֶהֱנֶה לָּךְ utile erit tibi, dulce erit tibi, condimentum erit tibi, *ita in libro Jalkut in* Jerem. cap. 7., *ita R. David Kimchi in* 2. Reg. 23. v. 11., *in* Pſal. 27. v. 13. *Inde* (*ab* horrendis iſtis cruciatibus & igne perpetuo) *poſtmodum appellatum fuit judicium impiorum*, *ſive* locus, *in quo pœnas æternas impii ſuſtinebunt*, גֵּיהִנָּם Gehinnam, *id eſt*, γέεννα Gehenna. *Atque iſtam* Gehennæ *ſignificationem probant antiquiſſimi Judæorum libri*, *& inter eos Talmudici*, cap. 7. Sanhedrin, *& in* Nedarim cap. 4.

גֵּיא־מֶלַח, 2. Sam. 8. v. 13., *quibuſdam eſt nom. prop.* Ge-melach: *Aliis eſt nomen appellativum*, *hinc Vulg. vertit*, vallis ſalinarum.

גֵּיא־שְׁמָנִים, Iſai. 28. v. 1. *quibuſdam eſt nom. propr.*, Gé-ſcemanim: *Sed ab LXX. vertitur* ὄρος παχὺ mons pinguis; *& melius ab Aq.*, *Theod.*, *Sym.*, *& Vulg.* vallis pinguedinum, *ſive* pinguiſſima.

גִּיד *m.* Nervus, Gen. 32. v. 33. *Plural* גִּידִים Ezech. 37. v. 6. *Conſtr.* גִּידֵי, Job 40. v. 17.

גִּיחַ Gíach, *nom. propr. loci in Tribu Benjamin non longe a Gabaon*, 2. Sam. 2. v. 24. *Aliis eſt nom. appellativum*; *unde Vulg. eſt* vallis; *legebant propterea* גַּיְא, *ut & LXX.*, *qui habent* Γαὶ.

גִּיחוֹן Gehón, *nom. propr. fluvii Paradiſi terreſtris*, Gen. 2. v. 13., *& etiam fontis in urbe Jeruſalem*, *aut montis prope eandem urbem*, 1. Reg. 1. v. 33., 2. Paral. 32. v. 30.

גֵּיחֲזִי Giezí, *nom. propr. famuli Eliſei*, 2. Reg. 4. v. 12.

גִּיל *m.* Similitudo, ſimilis, *aut* æqualis natura, conditio, *vel* ſtatus: אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם qui ſunt ſecundum ſimilitudinem veſtram, Dan. 1. v. 10.

גִּיל, *&* גִּילָה *Vide in* גול.

גִּילֹנִי Giloni, *& juxta Vulg.* Gilonites, *nom. comm. civium urbis* גִּלֹה, 2. Sam. 15. v. 12.

גִּינַת Ginéth, *nom. propr. patris Thebni*, 1. Reg. 16. v. 21.

גִּיר *m.* Calx: כְּאַבְנֵי־גִר ſicut lapides calcis, Iſai. 27. v. 9. *cum defectu* י.

גִּירָא *m. Idem*; עַל־גִּירָא in calce, *vel* ſuper calcem, *id eſt* in tectorio ex calce, Dan. 5. v. 5.; *Ubi Theod.* גִּירָא *eſt* κονίαμα opus albarium; *Vulg. autem eſt* ſuperficies.

גּוּשׁ. *Vide in* גּוּשׁ.

גַּלָּב *m.* Tonſor: *Plural.* תַּעַר הַגַּלָּבִים novacula tonſorum, Ezech. 5. v. 1.

גִּלְבֹּעַ Gelbóe, *nom. propr. montis, aut montium in Tribu Iſſachar*, 1. Sam. 28. v. 4.

גַּלְגַּל Rota, *vide infra pag.* 168.

גִּלְגָּל Galgál, *nom. propr. civitatis, aut loci in Tribu Benjamin*, Joſ. 4. v. 19., Oſee 9. v. 15.

גֻּלְגֹּלֶת, גֻּלְגֹּלֶת. *Vide infra pag. ut ſupra*.

גְּלָא *Chald. vide infra* גְּלָה.

גֶּלֶד *m.* Cutis, pellis: *Cum affix.* עֲלֵי גִלְדִּי ſuper cutem meam, Job 16. v. 15.

גָּלָה *Significat* I. migravit, deportatus, abductus fuit in captivitatem, *vel* exilium, 1. Sam. 4. vv. 21. 22., Iſai. 5. v. 13., 24. v. 11., Oſee 10. v. 5. *Præter. fæm.* גָּלְתָה migravit, Thren. 1. v. 3., וְגָלִיתָ & transmigrabis, Ezech. 12. v. 3. *Plural.* גָּלוּ migrarunt, Ezech. 39. v. 23, Amos 1. v. 5., *Partic.* גּוֹלֶה, *vel* גֹּלֶה migrans, migraturus, 2. Sam. 15. v. 19., 2. Reg. 24. v. 14., *&* *fæm.* גֹּלָה, Iſai. 49. v. 21., *Plur.* גֹּלִים migrantes, Amos 6. v. 7. *Infin.* גְּלֹה migrando, Amos 5. v. 5., 7. vv. 11. 17., *vel* גְּלוֹת migrare, Jud. 18. v. 30., Jerem. 1. v. 3. *Imper.* וּגְלֵה & migra, Ezech. 12. v. 3. *Futur.* יִגְלֶה, Amos 5. v. 5., 7. vv. 11. 17., *&* *per apocopen tertiæ radicalis* ה, יִגֶל migrabit, abducetur, Job 20. v. 28., 2. Reg. 17. v. 23., 25. v. 21., Jerem. 52. v. 27., *Plural. m.* יִגְלוּ migrabunt, Amos 6. v. 7. *Niph.* נִגְלָה, *&* *fæm.* נִגְלָה abductus, deportatus, *&* deportata fuit, Iſai. 38. v. 12. *Hiph.* הֶגְלָה deportavit, 2. Reg. 17. v. 11., 24. v. 14., 25. v. 11., 1. Paral. 5. v. 6., Eſdr. 2. v. 1., Nehem. 7. v. 6., Eſth. 2. v. 7., Jerem. 29. v. 1., 39. v. 9., 52. vv. 15. 28. 29. 30. *Cum affix.* הֶגְלָם deportavit eos, 1. Paralip.

ralip. 8. v. 7., Jerem. 20. v. 4., *idem ſignificat*; 2. Reg. 17. vv. 26. 27. 28. 33., Jerem. 24. v. 1., 29. vv. 4. 7. 14., Amos 5. v. 27. *Infinit.* הַגְלוֹת deportare, Jerem. 24. v. 1., 27. v. 19., 43. v. 3., 1. Paralip. 6. v. 15., Ezech. 39. v. 25., Thren. 4. v. 22., Amos 1. v. 6., *Futur.* וַיַּגְלֶה & deportavit, 2. Reg. 16. v. 9., *& per apocopen literæ* ה', וַיֶּגֶל, 2. Reg. 17. v. 6., 18. v. 11., 24. v. 15., 2. Paralip. 36. v. 20. *Cum affix.* וַיַּגְלֵם & deportavit eos, 2. Reg. 15. v. 29., 1. Paralip. 5. v. 26., וַיַּגְלוּם & deportarunt eos, 1. Paralip. 8. v. 6. *Hoph. præter.* הָגְלָה deportatus eſt, Eſth. 2. v. 6., *Plural.* הָגְלוּ deportati fuerunt, Jerem. 40. v. 7., 1. Paralip. 9. v. 1. *Fœmin.* הָגְלְתָה deportata fuit, Eſth. 2. v. 6., *& abſque* ה *in fine*, הָגְלָת deportata eſt, Jerem. 13. v. 19. *Partic.* הַמֻּגְלִים deportati, Jerem. 40. v. 1. II. גָּלָה *eſt* revelavit, retexit, *& intranſitive*, revelavit, retexit ſe: *Præter.* גָּלָה revelavit, 1. Sam. 9. v. 15., Proverb. 27. v. 25. Amos 3. v. 7., גָּלִיתָ revelaſti, 2. Sam. 7. v. 26., 1. Paralip. 17. v. 25., וְגָלִיתִי & revelabo, 1. Sam. 20. vv. 12. 13., גָּלוּ revelarunt, 1. Sam. 22. v. 17. *Particip.* גוֹלֶה revelans, 1. Sam. 22. v. 8., Prov. 20. v. 19. *Particip. Pahul*, גָּלוּי revelatum, retectum, patens, publicum, Eſth. 3. v. 14., 8. v. 13., Num. 24. vv. 4. 16., Jerem. 32. vv. 11. 14. *Futur.* אֶגְלֶה revelabo, Ruth. 4. v. 4., יִגְלֶה revelabit, 1. Sam. 20. v. 2., Job 33. v. 16., *& contracte per apocopen literæ* ה, וְיִגֶל, וַיִּגֶל & revelabit, Iob 36. vv. 10. 15. *Niph.* נִגְלָה revelavit ſe, 1. Sam. 3. v. 21., 6. v. 20. Iſai. 22. v. 14., 23. v. 1., 40. v. 5., Dan. 10. v. 1., Ezech. 13. v. 14., 23. v. 29., Oſee 7. v. 1. נִגְלָתָה revelatum eſt, Iſai. 53. v. 1., נִגְלֵיתִי revelavi me, 1. Sam. 2. v. 27., נִגְלוּ revelarunt ſe, Gen. 35. v. 7., Jerem. 13. v. 21., *& cum præfix.* הֲנִגְלוּ an revelatæ ſunt, Job 38. v. 17., וְנִגְלִינוּ & revelabimus nos, 1. Sam. 14. v. 8. *Partic. plur. fœm.*, וְהַנִּגְלוֹת, & revelata, Deut. 29. v. 29. *Infin. cum præfix.* הֲנִגְלוֹה num revelando, 1. Sam. 2. v. 27., *& in alia forma*, נִגְלוֹת retegi, 2. Sam. 6. v. 20., *& in forma uſitata cum præfix.* בְּהִגָּלוֹת in retegendo ſe, Ezech. 21. v. 29., כְּהִגָּלוֹת ſecundum retegi, 2. Sam. 6. v. 20., לְהִגָּלוֹת ad retegendum ſe, Iſai. 56. v. 1. *Imperat. plural.* הִגָּלוּ revelamini, Iſai. 49. v. 9. *Futur.* יִגָּלֶה revelatum erit,

. Sam.

1. Sam. 3. v. 7., *item*, retegetur, & retecta fuit, Exod. 20. v. 26., Prov. 26. v. 25., Ezech. 16. vv. 36. 56., *& defective per apocopen literæ* ה, תִּגָּל retegetur, Iſai. 47. v. 3., *item in plural.* יִגָּלוּ revelabuntur, 2. Sam. 22. v. 16., retexerunt ſe, 1. Sam. 14. v. 11., Pſal. 18. v. 16. *Phiel.* גִּלָּה, *& fœmin.* גִּלְּתָה retexit, Levit. 20. vv. 11. 17. 18. 20. 21., Deut. 27. v. 20., Job 41. v. 5., Pſal. 98. v. 2., Thren. 4. v. 22., Iſai. 26. v. 21., Ezech. 22. v. 10., גִּלֵּיתָ *m.*, *&* גִּלִּית, *vel* גִּלֵּית: retexiſti, *ſive* diſcooperuiſti teipſam, Iſai. 57. v. 8., Ruth 3. v. 4., גִּלֵּיתִי revelavi, Jerem. 11. v. 20., 20. v. 12., 33. v. 5., 49. v. 10., Ezech. 16. v. 37., Nahum 3. v. 5., *plur.* גִּלּוּ retexerunt, Thren. 2. v. 14., Ezech. 23. v. 10., *Particip. m.* מְגַלֶּה revelans, Job 12. v. 22., Prov. 11. v. 13., 27. v. 5. *Infinit. cum præfix.* לְגַלּוֹת ad retegendum, Levit. 18. vv. 6. 17. 18. 19., *Imperat. m.* גַּלֵּה revelato; *& abſque* ה, גַּל revela, Pſalm. 119. vv. 18. 22., *& fœm.* גַּלִּי retege, Iſai. 47. v. 2. *Futur.* אֲגַלֶּה retegam, Oſee 2. v. 12., Mich. 1. v. 7., תְּגַלֶּה, *vel* תְּגַלֵּה reteges, Levit. 18. vv. 7. 8. 9. *&c.* 20. v. 19., *& contracte abſque* ה, תְּגַל reteges, Prov. 25. v. 9., *& fœmin.* תְּגַלִּי deteges, Iſai. 16. v. 3., יְגַלֶּה, *&* יְגַל reteges, Deuter. 23. v. 1., Num. 22. v. 31., Iſai. 22. v. 8., וַתְּגַל & retexit, Ruth 3. v. 7., Ezech. 23. v. 18., יְגַלּוּ retegent, Job 20. v. 27. *Pual*, גֻּלָּה, *& fœmin.* גֻּלְּתָה retecta fuit, Nahum 2. v. 8. *Hitph.* הִתְגַּלֶּה revelavit ſoipſum; *unde infinit. cum præfix.* בְּהִתְגַּלּוֹת in revelando ſe, Prov. 18. verſ. 2. *Futur. cum præfix. abſque* ה *in fine*, וַיִּתְגַּל & retexit ſe, Gen. 9. v. 21. *Vide in* גול, *&* גלל.

גְּלָה, *vel* גְּלָא, *Chald.* Revelavit: *Partic.* גָּלֵא revelans, revelat, Dan. 2. v. 22. 29., *& cum* ה, גָּלֵה, Dan. 2. v. 28. *Pihel* גְּלִי revelatum, Dan. 2. v. 19., *&* גֱּלִי Dan. 2. v. 30., *Infinit.* מְגְלֵא revelare, Dan. 2. v. 47. *Aphel præter.* הַגְלִי migrare fecit, deportavit, tranſtulit, Eſdr. 4. v. 10., 5. v. 12.

גִּלֹה Gilô, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 51., 2. Sam. 15. v. 12.

גֻּלָּה *f. Vide infra poſt* גָּלַל.

גּוֹלָה, *&* גֹּלָה *fœm.* Migratio, deportatio, exilium, Jerem. 46. v. 19., Ezech. 12. v. 3., captivitas, Jerem. 29. v. 16., 48. vv. 7. 11., Ezech. 12. v. 11., Amos 1. v. 15. *Et metonymice*,

mice, *ipſa* captivorum turba, deportata multitudo, deportati, exules, *ut* Jerem. 28. v. 6., 29. vv. 1. 4. 20. 31., Ezech. 1. v. 1., 3. vv. 11. 15., Zach. 6. v. 10. כְּלֵי גוֹלָה inſtrumenta deportationis, Jerem. 46. v. 19.

גָּלוּת, *& ſemel* גָּלֻת, Abdia 1. v. 20., *fœm.*, *idem ac ſupra*: גָּלוּת שְׁלֵמָה deportatio perfecta, Amos 1. v. 9. *Cum affix.* וְגָלוּתִי & deportationem meam, *id eſt*, deportatos meos, Iſai. 45. v. 13., גָּלוּתֵנוּ captivitas noſtra, (*cum* י *otioſo*) Ezech. 33. v. 21. *& ſine eodem* Iod, *ibidem* cap. 40. verſ. 1. *Chald.* גָּלוּתָא *idem*, Dan. 2. v. 25.

גִּלָּיוֹן. *Vide in* גלל *pag.* 168.

גִּלְיוֹנִים *m. p.* Specula; *quod objecta* revelent: *LXX.*, *aliiſque ſunt indumenta* tenuiſſima, pellucida, *quæ corporis* nuditatem *magis* revelabant, *quam* tegerent, Iſai. 3. v. 23.

גלח *Pih.* Raſit, Abraſit: וְגִלַּח ראשׁוֹ & radet caput ſuum, Num. 6. v. 9. *Pyh. præter.* גֻּלַּח abraſus fuit, Jud. 16. v. 22. אִם גֻּלַּחְתִּי ſi raderer, v. 17. *Partic. plural. Conſtr.* מְגֻלְּחֵי זָקָן raſi barba, Jerem. 41. v. 5. *Hithp. præter.* וְהִתְגַּלָּח & radet ſe, Levit. 13. v. 33. *Infinit.* הִתְגַּלְּחוֹ radere eum, Num. 6. v. 19.

גָּלְיָת Goliath, *nom. propr. Gigantis*, *quem expugnavit David*, 1. Sam. 17. v. 4.

גלל Volvit, devolvit, convolvit, volutavit, *Præter.* גַּלּוֹתִי devolvi, Joſ. 5. v. 9. *Niph. præter.* וְנָגֹלּוּ & convolventur, Iſai. 34. v. 4. *Futur.* וְיִגַּל & devolvetur, *id eſt*, decurret, fluet, Amos 5. v. 24. *Pih. præter. ex geminata prima radicali*; וְגִלְגַּלְתִּיךָ & devolvam te, Jerem. 51. v. 25. *Pyh. partic. fœm.* מְגוֹלָלָה volutatum, Iſai. 9. v. 4. *Hiph. Futur.* וַיָּגֶל ut devolveret, Gen. 29. verſ. 10. *Hitph. præter.* הִתְגַּלְגָּלוּ devolvunt ſeſe, Job 30. v. 14. *Partic.* מִתְגּוֹלֵל volutabat ſeſe, 2. Sam. 20. v. 12. *Infinit.* לְהִתְגֹּלֵל ut volutetur, Gen. 43. v. 18. *Vide* גָּלָה, *& quæ inde ſequuntur.*

גֵּל *m.* Stercus, *à* convolutione, 1. Reg. 14. v. 10 *Cum affix.* כְּגֶלֲלוֹ ſicut ſtercus ipſius, Job 20. v. 7. *Plural.* כַּגְּלָלִים veluti ſtercora, Sophon. 1. v. 17. *Conſtr.* תַּחַת גֶּלְלֵי הָאָדָם pro ſtercoribus humanis, Ezech. 4. v. 15.

גָּלָל *m.* Occaſio, cauſa, *q. d.*, rerum revolutio, *vel* negotium. *Cum præpoſit.* ב *ut* particula *uſurpatur*: *ut* בִּגְלַל יוֹסֵף

in cauſa Joſephi, *vel* propter Joſephum, Gen. 39. verſ. 5. *Cum affix. in pauſa*, בִּגְלָלֶךָ in cauſa tua, propter te, Gen. 30. v. 27. *&c.*

גְּלָל *m. Chald.*, *unde* אֶבֶן גְּלָל, Eſdr. 5. v. 8., 6. v. 4., *LXX. eſt* λίθος ἐκλεκτὸς lapis electus, *id eſt*, magnus; *&* λίθος κραταιὸς lapis fortis, *id eſt*, grandis: *Vulg.* lapis impolitus: *Aliis vero* lapis convolutionis, devolutionis, *id eſt*, maximus; *quem devolvi neceſſe eſt præ gravitate*: *Aben Eſra*, *R. Sal.*, *& Elias Levita* marmor *interpretantur*.

גָּלָל Galal, *nom. propr. viri Levitæ*, 1. Paralip. 9. v. 15.

גָּלִיל *m.* Limes, confinium; *diverſorum terminorum* convolutio, *&* concurſus: בְּאֶרֶץ הַגָּלִיל in terra confinii hujus, 1. Reg. 9. v. 11. *Sed LXX. ibidem eſt* Γαλιλαία, *Vulg.* Galilæa, *nom. propr. regionis terræ Chanaan*; *in quem ſenſum acceperunt etiam apud* Iſai. 9. v. 1., *ubi conſtr.*, גְּלִיל הַגּוֹיִם Galilæa gentium; *Aq. autem vertit* θῖνες, limites, *& Sym.* ὅριον, terminus, confinium; *Cum* ה *paragog.* הַגָּלִילָה, 2. Reg. 15. v. 29., *Joa. Simon vertit* in circuitum, *Vulg.* eſt Galilæa. *Plural.* גְּלִילִים, volubiles; verſatiles, orbes, 1. Reg. 6. v. 34. *LXX. ibidem ſunt* στροφεῖς cardines. *Conſtr.* גְּלִילֵי, Cant. 5. v. 14., *LXX. vertunt* τορευτὰ, *Vulg.* tornatiles: *Eadem autem dictio, quæ occurrit*, Eſth. 1. v. 6., *LXX. eſt* κύβοι cubi; *Vulg.* circuli; *Alii utrobique vertunt*, orbes; *Joa. Simoni* גְּלִילִים *ſunt ſemper* annuli; *unde arbitratur, explicationem vocis* גְּלִילִים *per* volubiles *formæ ejus repugnare*; *hinc & ea* גְּלִילִים הַשְּׁנֵי 1. Reg. 6. v. 34. *vertit* annuli januæ, *id eſt* cardines, *ita ut*, *addit ille*, *ejuſdem loci ſenſus ſit*: duæ valvæ januæ unius & cardines, *vel* cum cardinibus.

גְּלִילָה *f.* Galilæa, *juxta quoſdam*. *Hebræi* tractum, terminum, limitem *exponunt*, Ezech. 47. v. 8. *Aquil. ibidem eſt* θῖνες, *Vulg.* tumuli; *Plural.* גְּלִילוֹת termini, limites, tractus, in circuitum, *ſcil.* circumſcripti; Joel. 4. v. 4. *ſed Aquil. ſunt* θῖνες, *Vulg.* tumuli; *eamdem tamen vocem*, Joſ. 13. v. 2., *idem Vulg. interpretatur* Galilæa; cap. *vero* 18. v. 17., *&* 22. vv. 10.11., *interpretatur* tumulos: *quibuſdam aliis ibidem eſt nomen propr. loci circa Jordanem*, *& quidem trans flumen*. *Vide ſupra in* גָּלִיל.

גִּלֲלַי Galalai, *nom. propr. Sacerdotis*, Nehem. 12. v. 36.

גִּלּוּלִים *m. p.* Idola, Dii ſtercorei, *per contemptum*, Ezech. 22. verſ. 3. *Conſtr.* גִּלּוּלֵי Ezech. 8. verſ. 10. *Cum affix.* אֶת גִּלּוּלָיו Deos ſtercoreos ſuos, Ezech. 14. v. 4.

גּוֹל *m.* Devolutus, Pſal. 22. v. 9. *quidam loco participii præſentis* גֹּל *poſitum exiſtimant*, devolvens eſt, devolvit; *ſcil. vel* ſe, *vel* res, *aut* vias ſuas, *juxta id*: devolve ſuper Dominum viam tuam, Pſal. 37. v. 5.

גַּל *m.* Cumulus, acervus, *quaſi* convolutionem *dicas*, Gen. 31. v. 46. *Item* ſcaturigo, *a* revolutione aquæ, Cant. 4. v. 12. עַל־גַּל juxta ſcaturiginem, Job 8. v. 17. *Plural.* גַּלִּים acervi, Hoſ. 12. v. 12., 2. Reg. 19. v. 25. *Item* fluctus, *ab* aquarum convolutione, Zach. 10. v. 11. *Conſtr.* כְּגַלֵּי הַיָּם ſicut fluctus maris, Iſai. 48. v. 18. *Cum affix.* גַּלֶּיךָ fluctuum tuorum, Job 38. v. 11.

גֻּלָּה *f.* Lecythus, lenticula, *LXX.* & *Vulg.* lampas: מִימִין הַגֻּלָּה a dextris lecythi, Zach. 4. v. 3. *Conſtr.* גֻּלַּת הַזָּהָב lecythus auri, Eccl. 12. v. 6. *Vulg. ibi* vitta. *Cum affix.* וְגֻלָּהּ & lecythus ejus, Zach. 4. v. 2. *pro* גֻּלָּתָהּ *vide ſimile in* עֵרֹם *inter nomina. Plural.* גֻּלֹּת ſcaturigines, Joſ. 15. v. 19. גֻּלּוֹת orbes, 1. Reg. 7. v. 41. *Vulg. vertit* funiculi.

גִּלָּיוֹן *m.* Volumen, liber, *qui antiquitus in longum deſcriptus* convolvebatur, *ut hodie* Liber Legis *in Synagogis Judæorum*: *vel*, *ſi deducatur a* גָּלָה, *quia ignota* revelat: גִּלָּיוֹן גָּדוֹל volumen magnum, Iſai. 8. v. 1.

גִּלְגָּל *m.* Gilgal, *nomen proprium loci*: *Item* rota, *unde Conſtr.* גַּלְגַּל עֶגְלָתוֹ rota plauſtri ſui, Iſai. 28. v. 28.

גַּלְגַּל *m.* Orbis, rota, ſphæra: כַּגַּלְגַּל tamquam rotam, *vel* rotationem, *id eſt*, pulverem rotatum, & circumactum *a* turbine, Pſal. 83. v. 14., *& ſic* Iſai 17. v. 13. בַּגַּלְגַּל in orbe, Pſal. 77. v. 19., *nempe* cœleſti, *qui circumvolvitur, ita Ab. Eſra*: רֶכֶב וְגַלְגַּל curribus, & rotis, Ezech. 23. v. 24. *quidam* eſſedum, *alii* carrucas *interpretantur. Plur. cum aff.* גַּלְגִּלָּיו rotæ ejus, Iſai. 5. v. 28. *Chald.* גַּלְגִּלּוֹהִי rotæ ejus, Dan. 7. v. 9.

גֻּלְגֹּלֶת *f.* Calvaria, cranium, caput, 2. Reg. 9. v. 35. לְגֻלְגֹּלֶת in caput unumquodque, Exod. 16. v. 16. *Cum affix.* אֶת־גֻּלְגָּלְתּוֹ cranium ejus, Judic. 9. v. 53. *Plural. cum affix.* לְגֻלְגְּלֹתָם per capita ſua, Num. 1. v. 2.

מְגִלָּה *f.* Volumen; liber convolutus, Jerem. 36. v. 28. *Conſtr.*

מְגִלַּת

מְגִלַּת סֵפֶר volumen libri, Jerem. 36. v. 2. *Chald.* מְגִלָּה חֲדָה volumen unum, *id eſt*, quoddam, Eſdr. 6. v. 2.

בִּגְלַל Propter, occaſione, cauſa: *Vide ſupra pag.* 166.

גלם Convolvit, involvit: *Futur.* וַיִּגְלֹם & convolvit, 2. Reg. 2. v. 8.

גְּלָם, *vide in* גָּלָה, *pag.* 163. 164. 165.

גֹּלֶם *m.* Glomus, maſſa; *rudis, & intricata adhuc, neque in veram formam evolutā: Cum affix.* גָּלְמִי maſſam rudem meam, Pſalm 139. v. 16.

גְּלוֹם *m.* Pallium: *Plur. Conſtr.* בִּגְלוֹמֵי תְּכֵלֶת palliis, *vel* togis hyacinthinis, Ezech. 27. verſ. 24. *Aquil. ibidem vertit*, εἰλήματα, *Sym.* περιελήματα, *Vulg.*, *& alii*, involucra.

גַּלְמוּד *m.* Solitarius, rejectus, & deſertus, deſolatus, *ita Aben Eſra in* Job 3. v. 7., *&* 30. v. 3. *Fœm.* גַּלְמוּדָה ſolitaria, Iſai. 49. v. 21., *LXX. ibid. eſt*, χήρα vidua; *Vulg. autem*, non pariens.

גַּלִּים Gallim, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, 1. Sam. 25. v. 44., Iſai. 10. v. 30.

גִּלָּיוֹן, גִּלְיוֹנִים *Vide in* גָּלַל, *pag.* 166., 168.

גּוֹלָן, *&* גֹּלָן Golan, *&* Gaulón, *nom. propr. civitatis in Baſanitide*, Deut. 4. v. 43., Joſ. 20. v. 8.

גִּלֹנִי, *&* גִּילֹנִי Giloní, *& juxta Vulg.* Gilonites *nom. commune civium urbis* גִּלֹה, 2. Sam. 15. v. 12., 23. v. 34.

גלע *Hithpah.* הִתְגַּלֵּעַ immiſcere ſe: *Infinit.* וְלִפְנֵי הִתְגַּלַּע antequam miſcere ſe, antequam immiſceat ſe, Prov. 17. v. 14. *Futur.* יִתְגַּלָּע immiſcet ſe, Prov. 18. v. 1. *Sic* 20. v. 3., *neque ſæpius legitur*.

גִּלְעָד Galaád, *nom. propr. regionis trans Jordanem*, Num. 32. v. 39., Deuter. 3. v. 15., Joſ. 13. v. 11. *Item civitatis in Tribu Gad, vel in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem*, Judic. 12. v. 7. *ubi tamen* Galaad *ſumi poteſt pro ipſa regione; inquit Guarin: item nom. eſt montis in Tribu Gad*, Gen. 31. vv. 21. 23. 25. *&c. Eſt & nom. virorum*, Num. 26. v. 29., 1. Paralip. 5. v. 14.

גִּלְעָדִי Galaadites, *nom. comm. incolarum regionis, urbis, montis* Galaad; *aut poſterorum ipſius* Galaad, Jud. 12. v. 7. *&c.*, *hinc plur.* גִּלְעָדִים Galaaditæ, 2. Reg. 15. v. 25., *&c.*

גלש Detondit, deglabravit: *Præter.* שֶׁגָּלְשׁוּ quæ detondent, *ex ſignificatione Syra, & Chaldaica*, Cant. 4. v. 1., 6. v. 5.

6. v. 5. *Hinc in* Targum, גְּלוֹשׁ recalveſter, גְּלוֹשִׁיתָא recalvatio, *in* Lev. 13. vv. 41. 42. *Sed LXX. in priori loco vertunt,* αἳ ἀπεκαλύφθησαν, quæ revelatæ ſunt, *id eſt*, apparuerunt, *vel* apparent; *Vulg.* quæ aſcenderunt. *At* cap. 6. verſ. 5. *LXX. interpretantur*, αἳ ἀνέβησαν, quæ aſcenderunt. *Vulg. autem ibidem habet*, quæ apparuerunt; *Aben Eſra*, *aliique vertunt*, quæ conſpicuæ ſunt, & videntur; *vel* ſplendent, nitent, *à nomine* שֶׁלֶג nix, *tranſpoſitis literis*. *Tandem Joa. Simoni*, *ſequuto Arab. ſignificationem in* 2. *conjugat.*, *videtur* גָּלַשׁ *vertendum*, mane aquatum ivit; *unde in plur.* mane aquatum iverunt, *potandi ergo*.

הַגְּלֹת, & גֻּלֹּת. *Vide ſupra pag.* 164., 165., 166.

גם Etiam, quoque: *Repetitum in continuatione ſententiæ eſt*; tum, tam, quam: וְגַם quinetiam, Gen. 44. v. 9. הֲגַם num etiam, etiamne? Gen. 16. v. 13. וְאַף־גַּם ac inſuper etiam, Levit. 26. v. 44., *pleonaſmus nec inelegans*, *nec in his particulis infrequens*: בְּשַׁגָּם eo quod etiam, Gen. 6. v. 3., *compoſitum ex præpoſitione* ב, & *pronomine* שׁ, *quod cum* Pathach *loco* Sægol *notatur*, & גַּם.

גמא *Pih.* Abſorpſit, exſorpſit, exhauſit: *Futur.* יְגַמֶּא־אֶרֶץ abſorbet terram, *nempe*, celerrimo curſu, *ut R. Levi explicat*, Job 39. verſ. 24. *Chald.* facit foveam in terra: *Sic alii*, fodit. *Hiph. Imper.* הַגְמִיאִנִי ſorbere ſine me, ſorbendum da mihi, Gen. 24. v. 17. *In* Targum, גָּמְעִין דְּמָא abſorbent ſanguinem, Job 39. v. 30: גְּמִיעָה abſorbitio, *apud Rabbinos*.

גֹּמֶא *m.* Juncus, ſcirpus, papyrus, *ſic dicta*, *quia* aquam ſorbet, & imbibit: *occurrit*. Exod. 2. v. 3., Job 8. v. 11., Iſai. 18. v. 2., 35. v. 7.

מְגַמָּה *f.* Hauſtus, *Conſtr.* מְגַמַּת פְּנֵיהֶם Habac. 1. v. 9. *R. Sal. exponit per* שְׁאִיפַת abſorbitio, hauſtus faciei ipſorum, *hoc eſt*, celerrimo ſuo curſu, *quo videntur terram ante ſe conſtitutam quaſi* abſorbere, tendunt orientem verſus: *vel*, curſu ipſorum eſt celerrimus, *ut* orientalis ventus.

גמר גֹּמֶד *m.* Cubitus, *ſ.* menſura cubiti, Judic. 3. v. 16. *Idem quod* אַמָּה, *de quo in* אמם; *Aqu.*, & *Sym. eſt* γρόνθος παλαιστιαῖος pugnus palmaris; *Vulg.* palma manus.

גַּמָּדִים *m. p.* Gammadæi, Ezech. 27. v. 11. *Populi Phœniciæ*,

(*quorum urbem Plinius corruptè* Gamalen , *pro* Gamaden , *appellat*, lib. 2. cap. 91.) *quaſi* cubitales , *vel* brachiales *dicti*, *quod brachio potentes*, & *robuſti eſſent*, *ut quibuſdam placet*; *non quòd cubitalis ſtaturæ fuerint*, *quod loco iſti non convenit*: *LXX. habent* φύλακες cuſtodes (portæ *ſcil.*), *ſive* excubitores , *vel* milites præſidiarii , *ut placet Joa. Simoni*; *Aq.*, & *Vulg. ſunt*, pigmæi , *ita appellati ob rationem jam datam*.

גִּמְזוֹ Gamzó, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, 2. Paralip. 28. v. 18.

גָּמַל Retribuit , rependit , retulit bonum , *vel* malum ; & *ita conſtruitur cum accuſativo affixo vel ſeparato* , *cum dativo*, *vel cum præpoſitione* עַל : *Item* ablactavit , educavit , maturavit : *Præter.* כִּי גָמַל עָלָי quia rependit mihi , Pſalm. 13. v. 6., גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה rependiſti mihi bonum , וַאֲנִי גְּמַלְתִּיךָ הָרָעָה & ego affeci te malo , 1. Sam. 24. verſ. 18. *Particip.* וּבֹסֶר גֹּמֵל & omphax matureſcens , Iſai. 18. v. 5. *Particip. præter.* גָּמוּל ablactatus , Iſai. 11. v. 8. *Infinit.* עַד גְּמֹלָהּ אֹתוֹ donec ablactaſſet eum , 1. Sam. 1. v. 23. *Futur.* וַיִּגְמֹל שְׁקֵדִים & maturabat , educabat amygdala , Num. 17. v. 23., וַתִּגְמְלֵהוּ & educavit eum , 1. Reg. 11. v. 20. *Niph. Infinit.* הִגָּמֵל ablactari ; & *Futur.* וַיִּגָּמַל & ablactetur , Gen. 21. verſ. 8. *Vide* & 1. Sam. 1. v. 22.

גָּמָל *m.* Camelus , Iſai. 21. v. 7. *Plural. abſolutum*, & *conſtructum*, גְּמַלִּים מִגְּמַלֵּי אֲדֹנָיו camelos ex camelis domini ſui , Gen. 24. v. 10. *Semel additur fœmininum ad diſtinguendum ſexum*; גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת cameli lactantes , Gen. 32. v. 16. *Cum affix.* לִגְמַלֶּיךָ camelis tuis , Gen. 24. v. 19. *Camelus , ut Bocharto videtur , eſt dictus à* retribuendo , *quod ſit animal iram diu ſervans*, & mala rependens.

גָּמוּל Gamúl, *nom. propr. Sacerdotis vigeſimæ ſecundæ claſſis* , 24. v. 17.

גְּמוּל *m.* Retributio , *bona* , *vel mala* ; *unde vel* beneficium , *vel* maleficium , & *omnino* meritum *denotat* : *Cum affix.* אֶת־גְּמוּלֵךְ retributionem tuam , meritum tuum , Pſal. 137. v. 8. גְּמֻלְךָ retributio tua , Abdia 1. v. 15. *Plural. cum affix.* כָּל־גְּמוּלָיו omnium beneficiorum tuorum , Pſal. 103. v. 2. *Fœmin.* גְּמוּלָה 2. Sam. 19. v. 37. *Plural.* אֵל גְּמֻלוֹת Deus retributionum , Jerem. 51. v. 56.

תַּגְמוּל *m.* Retributio, beneficium, meritum; *Unde cum affixo formæ Chaldaicæ*, תַּגְמוּלוֹהִי beneficia ejus, Pſalm. 116. verſ. 12.

גְּמַלִּי Gemallí, *nom. propr. patris Amiel*, Num. 13. v. 13.

גַּמְלִיאֵל Gamaliél, *nom. propr. filii Phadaſſur*, Num. 1. v. 10.

גמם *Radix inuſit. Sed apud Arabes eſt*, addidit, auxit adjecto cumulo; *item* prope fuit, inſtitit; *Inde eſt*, *auctore Simone*, גַּם etiam, *quod ubique*, *inquit Kimchi*, *eſt* augentis *particula*, *quam vide ſupra pag.* 170.

גמץ גּוּמָּץ *m.* Foſſa: חֹפֵר גּוּמָּץ fodiens foſſam, Eccleſ. 10. v. 8. *Chaldaicum eſt*; *unde* גֻּמְצָא עַמִּיקְתָּא fovea profunda, Prov. 22. v. 14., *& verbum*, גַּמְּצֵיהּ effodit eam, Pſal. 7. v. 16. *in* Targum.

גמר Perfecit: defecit, deſiit; *Præter.* גָּמַר חָסִיד deſiit beneficus, Pſal. 12. v. 2., *& ſic* 77. v. 9. *Partic.* גֹּמֵר עָלָי perficientem erga me, Pſal. 57 v. 3. *Futur.* יִגְמָר־נָא deficiat quæſo, Pſal. 7. v. 10. יִגְמֹר בַּעֲדִי perficiat pro me, Pſalm. 138. v. 8.

גְּמִיר *m. Chald.* Perfectus, conſummatus, *juxta quoſdam*; *vel ſubſtantive*, perfectio, integritas, Eſdr. 7. v. 12.

גֹּמֶר Gómer, *nom. propr. filii Japhet*, Gen. 10. v. 2., *item filiæ Debelaim*, Oſe. 1. v. 3.

גְּמַרְיָה Gamariás, *nom. propr. viror.*, Jerem. 29. v. 3., 36. v. 11.

מְגַמַּת, *vide ſupra in* מְגַמָּה *poſt* גמא.

גנב Furatus eſt, abduxit, ſubtraxit, ſurripuit furtim: *Præt.* גָּנַבְתָּ אֶת־אֱלֹהָי furatus es Deos meos, Gen. 31. v. 30. *Partic. præter.* גָּנוּב furtivum, Gen. 30. v. 33. *Plural.* מַיִם גְּנוּבִים aquæ furtivæ, Prov. 9. v. 17. *Fæmin. cum* י *paragogico*, *juxta R. Salom.*, גְּנֻבְתִי furto ſublatum, Geneſ. 31. v. 39. *Vide ſimile infra in* מְלֵא. *Niph. Futur.* יִגָּנֵב furto ablatum erit, Exod. 22. v. 11. *Pih. Præter. plural. conſtruct.* מְגַנְּבֵי ſuffuratores, qui ſuffurantur, Jerem. 23. v. 30. *Futur.* וַיְגַנֵּב אֶת־לֵב & ſuffurabatur cor, 2. Sam. 15. v. 6. *Pyh. Infinit. cum præter.* גֻּנֹּב גֻּנַּבְתִּי furando furto ablatus ſum, Geneſ. 40. v. 15. *Futur.* וְאֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב & apud me verbum erat furtivum, abſconditum, clandeſtinum, Job 4. verſ. 12. *Hithp. Futur.* וַיִּתְגַּנֵּב & furtim ſubtraxit ſe, 2. Sam. 19. v. 4.

גַּנָּב *m.* Fur: כְּבֹשֶׁת גַּנָּב ſecundum pudorem furis, Jerem. 2. v. 26. *Plur.* חַבְרֵי גַּנָּבִים ſocii furum, Iſai. 1. v. 23.

גְּנֵבָה *f.* Furtum, Exod. 22. v. 3. *Cum affix.* בִּגְנֵבָתוֹ cum furto ſuo, v. 2.

גְּנֻבַת Genubàth, *nom. propr. filii Adad Idumæi*, 1. Reg. 11. verſ. 20.

גנז *Radix Hebr. inuſit. Chald., Syr., & Arab.* collegit, repoſuit, recondidit; *inde* גֶּנֶז *m.* theſaurus, gaza, opes: *Plural. conſtr.* אֶל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ in theſauros regis, Eſth. 3. v. 9.

גִּנְזַיָּא *Chald. plural. in ſtatu emphat.*, theſauri, *vel* gazæ, Eſdr. 5. v. 17.

גַּנְזַךְ *m.* Gazophylacium: *Plural. cum affix.* וְגַנְזַכָּיו & gazophylaciorum ejus, 1. Paral. 28. v. 11. *R. Salom. ſcribit, eſſe locum, in quo* theſauri ſacri *aſſervantur*, *formæ* אַרְגָּז.

גנן Protexit, obtexit: *Conſtruitur. cum* עַל. *Præter.* וְגַנּוֹתִי עַל הָעִיר & protegam ſupra urbem hanc, 2. Reg. 20. v. 6. *Infinit.* גָּנוֹן protegendo, Iſai. 31. v. 5. *Hiph. Futur.* יָגֵן עֲלֵיהֶם proteget eos, Zach. 9. v. 15.

גַּן Hortus: *quod ſepto* protegi *ſoleat*, Gen. 2. v. 8. *Cum affix.* לְגַנִּי in hortum meum, Cant. 5. verſ. 1. *Plural.* מַעְיַן גַּנִּים fons hortorum, Cant. 4. v. 15.

גַּנָּה גִּנָּה *f. Idem*, Iſai. 1. v. 30. *Conſtr.* גִּנַּת Cant. 6. verſ. 11. *Plur.* גַּנּוֹת horti, Eccl. 2. v. 5. *Cum affix.* גַּנּוֹתֵיכֶם hortos veſtros, Amos 4. v. 9.

מָגֵן *m.* Clypeus, ſcutum; *a* protegendo, Gen. 15. v. 1., *ſemel reperitur fœmininum*, עַל הַמָּגֵן הָאֶחָת ſuper ſcutum unum, 1. Reg. 10. v. 17. *Cum affix.* מָגִנִּי ſcutum meum, Pſal. 7. v. 11. *Plur.* מָגִנִּים ſcuta, 1. Reg. 10. verſ. 17. *Conſtr.* מָגִנֵּי הַזָּהָב ſcuta aurea, 1. Reg. 14. v. 26. מָגִנֵּי נְחֹשֶׁת ſcuta ærea, verſ. 27. *Cum affix.* מָגִנֶּיהָ clypei ejus, *id eſt*, protectores, Hoſ. 4. v. 18. *Fœmin.* מָגִנּוֹת ſcuta, 2. Paral. 23. v. 9.

מְגִנָּה *f.* Obtegumentum: *Conſtr.* מְגִנַּת־לֵב obtegumentum cordis, *id eſt*, אֹטֶם הַלֵּב obturatio cordis, *juxta R. Salom.*, Thren. 3. v. 65. *Confer.* 2. Corinth. 3. vv. 14. 15. *ubi dicitur* κάλυμμα velamen. *Vide etiam in* מָגֵן: *Plura vide in antecéd.*

גִּנְּתוֹן Genthón *nom. propr. Sacerdotis*, *qui fœdus cum Deo initum ſignavit*, Nehem. 10. v. 7.

געה Mugiit, boavit: *Infinit.* וְגָעוֹ & mugiendo, 1. Sam. 6. v. 12. *Futur.* אִם יִגְעֶה an boat, mugiet, Job 6. verſ. 5.

געל Faſtidivit, abominatus eſt, cum faſtidio rejecit. *Præter.* גְּעַלְתִּים faſtidivi eos, Levit. 26. v. 44. *Particip.* גֹּעֶלֶת אִישָׁהּ faſtidiens virum ſuum, Ezech. 16. v. 45. *Niph. Præter.* נִגְעַל faſtidio fuit, 2. Sam. 1. v. 21. *Hiph. Futur.* וְלֹא יַגְעִל & non faſtidit, *id eſt*, cum faſtidio coit, & in caſſum ſemen ejicit, Job 21. v. 10. *Ubi LXX. habent*, ὠμοτόκησε fætum immaturum peperit; *Aq.* ἐξέβαλε ejecit; *Sym.* ἐξέτρωσε, *Vulg.* abortivit.

גַּעַל Gáal, *nom. propr. filii Obed*, Jud. 9. v. 35.

גֹּעַל *m.* Faſtidium, Ezech. 16. v. 5.

גער Increpavit, objurgavit, compeſcuit: *conſtruitur vel abſolute, vel cum præpoſitione* ב, *&* אֶת: *Item* גָּעַר *quibuſdam eſt*, perdidit, diſperdidit, corrupit: *Præter.* וְגָעַר בּוֹ & increpabit eam, Iſai. 17. v 13., גָּעַרְתָּ זֵדִים perdidiſti ſuperbos, Pſal. 119. v. 21. *& ſic* Pſal. 9. v. 6., *ubi Aben Eſra notat*, *abſque* ב *conſtructum*, *ſignificare* excisionem, *&* perditionem.

גְּעָרָה *f.* Increpatio, Prov. 13. v. 1. *Conſtr.* גַּעֲרַת, Iſai. 30. v. 17. *Cum affix* מִגַּעֲרָתוֹ ab increpatione ejus, Job 26. v. 11.

מִגְעֶרֶת *f.* Increpatio, perditio, exitium, Deuter. 28. v. 20.

געש Concuſſus commotus fuit: *Futur.* וַתִּגְעַשׁ & concuſſa fuit, Pſal. 18. v. 8. *Pyh. Futur.* יְגֹעֲשׁוּ concutiuntur, Job 34. verſ. 20. *Hithp* וְהִתְגָּעֲשׁוּ & commoventur, Jerem. 25. v. 16., *cum* Cholem *in medio propter ejectum* Dageſch, *ut in Pyhal.*, *ſic futur.* יִתְגֹּעֲשׁוּ commoveantur, Jerem. 46. v. 8., *& cum* Pathach, יִתְגָּעֲשׁוּ Jerem. 46. v. 7.

גַּעַשׁ Gáas, *nom. propr. montis in Tribu Ephraim*, Joſ. 24. v. 30., Jud. 2. v. 9., *item torrentis in eadem Tribu*, 2. Sam. 23. v. 30.

גֹּעָתָה Goàtha, *nomen propr. montis*, *vel arcis rotundæ prope Jeruſalem*, Jerem. 31. v. 39.

גַּעְתָּם Gathàm, *nom. propr. filii Eliphaz filii Eſau ex Ada uxore*, Gen. 36. v. 11.

גפן *Radix Hebræis inuſit.*, *ſed Arab.* amputavit: *Hinc*, *ut multis videtur*, גֶּפֶן, *& in pauſa* גָּפֶן vinea, vitis, Gen.

Gen. 40. v. 9., 2. Reg. 4. v. 39. &c. a putando *dicta*; *quia nulla alia arbor, inquit Joa: Simon*, putatione *magis indiget, quam* vitis. *Metonymice* fructum vitis *notat*, 2. Reg. 18. v. 31., Iſai. 36. v. 16. *Item metaphorice de* gente *aliqua dicitur, ut* Deut. 32. v. 32., Pſal. 80. v. 9., Iſai. 16. vv. 8. 9., Jerem. 2. v. 21., & *de* familia, Ezech. 19. v. 10. *Cum affix.* גַּפְנוֹ vitem ſuam, *id eſt*, fructum vitis ſuæ, 2. Reg. 18. v. 31. & *ſic* Jerem. 5. v. 17. *Plur.* וְהַגְּפָנִים & vites, Cant. 2. v. 13. גַּפִּין, *vide in* גַּף *Chald.*

גפף *Radix Heb. inuſit.*, *Chald. autem* clauſit, concluſit, cinxit; *inde eſt*.

גַּף *m.* Corpus, *quaſi diceretur*, clauſura animæ: *Cum affix.* בְּגַפּוֹ, Exod. 21. vv. 3. 4., cum corpore ſuo, *id eſt*, בִּלְחוֹדוֹהִי, *ut Targum reddit*, *nempe* ſine uxore ſua; *quod expreſſere LXX.*, *qui vertunt* μόνος ſolus: *Vulg. ibidem interpretatur* cum veſte, cum veſtitu ſuo. *Plur.* גַּפִּים, *LXX. ſunt* ὑψηλὰ excelſa; *Vulg.* arx; *Aliis vero* alæ, *metaphorice* faſtigium, pinnæ, *juxta Chaldaicam ſignificationem*, *vel* eminentiæ, *ut* גַּב, *permutatis* ב & פ; *Conſtr.* עַל גַּפֵּי, Prov. 9. v. 3., ſuper alis, *id eſt*, pinnis excelſis, ſuper eminentiis; *Vulg. vertit* ad arcem.

גַּף *m. Chald.* ala, *ut Hebr.* אֲגַף, *vel* אֲגָף, *quaſi diceretur*, concluſio, obtectio corporis: *Plur.* גַּפִּין alæ, Dan. 7. vv. 4. 6. *Cum affix.* גַּפַּיהּ *f.* alæ ejus, Dan. 7. v. 4., *ubi abundat* י *juxta Maſorethas*. אֲגַפִּים *vide in* א: *item* בְּגַפּוֹ *vide ſupra in* גוּף.

גֹּפֶר *m.*, Gen. 6. v. 14., Cedri ſpecies, *vel* cypreſſus, *ex qua naves olim fabricabantur*, & *ex qua una extructam fuiſſe Noë arcam*, *arbitrantur Bochartus*, *aliique*: *Verum Joa. Simon contendit*, *demonſtratum jam*, *unius arboris ſpeciem arcæ Noachi*, *cujus ibidem fit mentio*, *conſtruendæ non ſuffeciſſe*; *propterea cum Hieronymo*, *Voſſio*, *aliiſque mavult*, *per* עֲצֵי גֹפֶר *intelligere* ligna reſinæ, *ſive* picis, ligna pinguedinis, *ſive* oleoſa, *qualia ſunt* pinus, *ſive* picea, & pinaſter, abies, terebinthus, oxycedrus, taeda, larix, cupreſſus, & *hujuſcemodi alia*: *Vulg. ibidem in genere vertit* (ligna) lævigata. *Plinius* lib. 13. cap. 5. *mentionem facit cujuſdam cedri*, *quæ cariem non ſentit*, *cuique materiæ eſt æternitas*.

גָּפְרִית *f.* Sulphur, Gen. 19. v. 24.

גֵּר , גֵּר , & גֵּר . *Vide ſupra pag.* 157., 158., 163.

גִּירָא . *Vide pag.* 163.

גֵּרָא Gerá, *nom. propr. virorum*, Gen. 46. v. 21., Jud. 3. v. 15., 2. Sam. 16. v. 5., 1. Paral. 8. v. 3.

גָּרָב *m.* Pſora; ſcabies maligna, *intus*, & *foris ſicca*, *juxta R. Salom.*, Levit. 21. v. 20., Deut. 28. v. 27.

גָּרֵב Garéb, *nom. propr. collis prope Jeruſalem*, Jerem. 31. v. 39., *item nomen viri*, 2. Sam. 23. v. 38., 1. Paralip. 11. v. 40.

גַּרְגַּר *m.*, & גַּרְגְּרָה *f. Vide infra poſt* גרר .

גִּרְגָּשִׁי Girgaſcí, & *juxta Vulg.*, Gergeſæus, *nom. propr. populi ex* Gergeſæo *Chanaanis filio oriundi*, *quem deleturi erant Iſraelitæ*, Gen. 10. v. 16., 15. v. 21. *Is populus habitabat cis Jordanem*, *ubi habitabant Jebuſæi*, *Jerichuntini*, &c.

גרד *Hithp.* הִתְגָּרֵד Scabere, ſcalpere ſe : *Infinit.* לְהִתְגָּרֵד ad ſcabendum ſe, Job 2. v. 8.

גָּרָה *Pih.* Miſcere; & *de* contentione, *ac* bello *tantum dicitur*, *quomodo Virgilius dixit*, miſcere prælia; & *Cicero*, miſcere, & concitare certamina. *Futur.* יְגָרֶה מָדוֹן miſcet contentionem, Proverb. 29. verſ. 22. *Hithp. Præter.* הִתְגָּרִית miſcuiſti, *ſcil.* bellum, Jerem. 50. v. 24. *Imperat.* וְהִתְגָּר בּוֹ מִלְחָמָה & miſce cum eo bellum, Deuter. 2. v. 24. *per Apocopam*. *Vide in* גּוּר, גִּיר, & גָּרַר.

תִּגְרָה *f.* Conflictus : *Conſtr.* מִתִּגְרַת יָדְךָ à conflictu manus tuæ, גָּרוֹן & *alia*, *quæ hinc eſſe poſſunt*, *vide in* גָּרַר.

גרז *Niph.* נִגְרַז Succidi, excidi : *Præter.* נִגְרַזְתִּי exciſus ſum, Pſalm. 31. v. 23. *LXX. ibidem vertunt* ἀπέρριμμαι, *Vulg.*, & *Hieron.* projectus ſum.

גִּרְזִי Gerzí, *nom. propr. pagi Idumææ*, *ut quibuſdam videtur*, 1. Sam. 27. v. 8.

גְּרִזִּים Garizím, *nom. propr. montis Samariæ*, *in Tribu Ephraim*, Deuter. 11. v. 29., Jud. 9. v. 7. &c.

גַּרְזֶן *m.* Securis, Deut. 19. v. 5. &c.

גָּרַל *Hebræis inuſit.*, *ſed Arabibus* lapidoſus fuit; *unde* גּוֹרָל *m.* lapillus : *In ſacris tamen litteris* גּוֹרָל *per metonymiam ſemper eſt* ſors, *quæ videl.* lapillis *olim ducebatur*, *ut* Levit. 16. v. 8., Num. 33. v. 54., &c. *Deſignat etiam* rem *per* ſortem *obtingentem*, *ut* Jud. 1. v. 3., &c. *Conſtr.* גּוֹרַל צַדִּיקִים

ſors

ſors juſtorum, Pſal. 125. verſ. 3. *Cum affix.* גּוֹרָלְךָ ſortem tuam, Proverb. 1. verſ. 14. *Plural.* גֹּרָלוֹת ſortes, Levit. 16. verſ. 8.

גָּרַם Comminuere, conterere oſſa: *quaſi* exoſſare *dicas*, *ſicut a nomine* שֹׁרֶשׁ radix *venit verbum pro* eradicare, *ſcribit Kimchi*, Ezech. 23. v. 34. *Præter.* לֹא גָּרְמוּ non exoſſant, Soph. 3. v. 3., *id eſt*, non abjiciunt oſſa, ſed carnem cum oſſibus devorant, *ut* mane ne oſſa quidem rodenda reliqua habeant; *LXX. habent* ὑπελείποντο, *Vulgat.* relinquebant. *Pih. Futur.* וְעַצְמוֹתֵיהֶם יְגָרֵם & oſſa eorum exoſſabit, *id eſt*, conteret, Num. 24. v. 8. חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי teſtas ejus comminues, Ezech. 23. v. 34.

גֶּרֶם *m.* Os oſſis, oſſa, artus, Prov. 17. v. 22. *Item*, faſtigium: אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת in faſtigio graduum, 2. Reg. 9. v. 13., *& ſic Kimchi in Comm. exponit*, in gradu ſuprèmo: חֲמֹר גֶּרֶם aſinus oſſium, *id eſt*, oſſibus valens, fortiſſimus, Gen. 49. v. 14. *Plur.* גְּרָמִים: *Cum affix.* גְּרָמָיו oſſa ejus, Job 40. v. 18. *Chald.* גַּרְמֵיהוֹן oſſa eorum, Dan. 6. v. 25.

גַּרְמִי Garmi, *nom. propr. viri e poſteris Juda*, 1. Paral. 4. v. 19.

גֹּרֶן *f. In genere eſt* locus complanatus, *&* lævigatus, 1. Reg. 22. v. 10., 2. Paral. 18. v. 9. *In ſpecie autem eſt* area, *ubi fruges triturantur*, Geneſ. 50. v. 10., Num. 15. v. 20. *Metonymice ſumitur pro ipſo* frumento *in* area, Deut. 15. v. 14., Job 39. v. 12. *Cum* ה *paragog.* גָּרְנָה in aream, Mich. 4. v. 12. *Cum affix.* מִגָּרְנְךָ de area tua, Deuter. 16. v. 13. *Plural.* גֳּרָנוֹת areæ, Joel. 2. v. 24.

גָּרוֹן *m. Vide in* גָּרַר *pag.* 178.

גָּרַס Fractus, comminutus: *Præter.* גָּרְסָה נַפְשִׁי comminuitur anima mea, Pſal. 119. v. 20. *Hiph.* הִגְרִיס comminuit. *Futur.* וַיַּגְרֵס & comminuit, Thren. 3. v. 16.

גָּרַע Diminuit, detraxit, ſubtraxit, ademit, ſuccidit diminuendo: *Conſtruitur cum Accuſativo, & cum Præpoſitione* מִן. *Partic. Præter.* זָקָן גְּרֻעָה barba diminuta, ſucciſa, Jerem. 48. v. 37. *Infinit.* לִגְרוֹעַ ad diminuendum, Eccleſ. 3. v. 14. *Futur.* אֶגְרַע ſuccidam, Ezech. 5. verſ. 11., וְתִגְרַע & diminuis, minimum exiſtimas, Job 15. verſ. 4; וְתִגְרַע אֵלֶיךָ & ſubtrahis ad te, *id eſt*, aliis adimis, & tibi confers, v. 8., יִגְרַע מִצַּדִּיק ſubtrahit à juſto, Job 36. v. 7.

v. 7. *Niph. Præter.* וְנִגְרַע & diminuetur, Levit. 27. v. 18. *Pih. Futur.* יְגָרַע ſubtrahet, Job 36. v. 27.

מִגְרָעוֹת *f. p.* Contracturæ, imminutiones, 1.Reg. 6. v. 6.

גָּרַף Convolvit, devolvit, everrit: *Præter.* גְּרָפָם devolvit, *vel* everrit ea, Jud. 5. v. 21. *Ubi LXX.*, *& Theod.* *vertunt* ἐξέσυρεν αὐτοὺς extraxit eos; *Vulg.* traxit cadavera eorum.

אֶגְרוֹף *m.* Pugnus; *quaſi* manus convoluta: בְּאֶגְרוֹף cum pugno (*Targum* בְּכוּרְמֵיזָא fuſte), Exod. 21. v. 18. בְּאֶגְרוֹף רֶשַׁע pugno injuſtitiæ, Iſai. 58. v. 4.

מֶגְרָפָה *f.* Gleba, maſſa terræ convoluta, *vel* agri exverræ. *Plur. cum affix.* תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם ſub glebis ſuis, Joel. 1. v. 17. *LXX. habent* φάτναι αὐτῶν præſepia eorum; *Vulgat.* ſtercus eorum (jumentorum).

גָּרַר Concîdit, ſecuit, diſsecuit: *Item* ruminavit, *quaſi* denuo concidit: *vel ab* attractione: *Nam Chaldaice eſt* trahere, attrahere. *Futur.* יְגוֹרֵם diſſecabit eos, Prov. 21. v. 7. *juxta Ab. Eſram, & Kimchi in libro Radic. Qui* terrere *vertunt*, *deducunt a* גור; *ſed id aliter conſtruitur, ut ſuo loco videre eſt*: יִגָּר ruminabit, Levit. 11. verſ. 7. *pro* יָגוֹר, *ut* אֲפוּת *a* פָּתַת, *& alia plura*, Kametz *pro* Pathach *propter pauſam*. *Pyh. Partic. plur.* מְגֹרָרוֹת ſecti, diſſecti, 1. Reg. 7. v. 9. *Hithp. Particip.* מִתְגּוֹרֵר diſſecans, ſuccidens, Jerem. 30. v. 23. *juxta quoſdam, ut Kimchi citat in libro Radic. Sed aliam explicationem vide in* גור.

גְּרָר, *& cum* ה *locali* גְּרָרָה Gerár, *&* Geráta, *nom. propr.* *regiæ urbis Palæſtinæ, poſtea Tribus Simeonis*, Gen. 10. v. 19., 20. v. 1., 26. v. 1., *ab ea dicta eſt* Geraritica *regio*, 2. Paral. 14. v. 13.

גֵּרָה *f.* Rumen, cibus ruminis; *Unde*, גֵּרָה לֹא יִגָּר ruminationem, *vel* ruminationis cibum non ruminat, Levit. 11. v. 7. מַעֲלַת גֵּרָה aſcendere faciens, *vel* revocans cibum ruminis, Levit. 11. vv. 3. 6. *Item* obolus, *quaſi* minimum *monetæ majoris* ſegmentum, Exod. 30. v. 13., *quorum viginti faciebant ſiclum*.

אֲגוֹרַת *f.* Numulus: *Conſtr.* לַאֲגוֹרַת כֶּסֶף pro numulo argenteo, 1. Sam. 2. v. 36., *ubi Kimchi notat*, א *eſſe ſervile*, *& ejuſdem originis cum* גֵּרָה, *de quo ante*.

גַּרְגַּר *m.* Granum, bacca: *Plural.* גַּרְגְּרִים, *Vulg. ſunt* olivæ; *Joa. Simoni'* ſorbitiones; *aliis* grana, baccæ, Iſai. 17. v. 6.

גַּרְגֶּרֶת, גַּרְגְּרָה, *f.* Faux, fiſtula gutturis, *a* ſegmentis, *&* orbibus, *quibus* fauces *diſtinguuntur*, *ut R. Salom. ſcribit*: *Plur.* עַל גַּרְגְּרוֹתֶיךָ ad fauces tuas, Prov. 3. v. 3.

גָּרוֹן *m.* Guttur, *ab* interſectionibus, *vel* attractione ſpiritus: נְטוּיוֹת גָּרוֹן extentæ gutture, Iſai. 3. v. 16. *Cum affix.* גְּרוֹנִי guttur meum, Pſal. 69. v. 4., *eſt formæ* חַלּוֹן.

מְגֵרָה *f.* Serra, 1. Reg. 7. v. 9., 2. Sam. 12. v. 31. *Plur.* וּבַמְּגֵרוֹת & ſerris, 1. Paral. 20. v. 3. *pro quo legitur* 2. Sam. 12. v. 31. וּבְמַגְזְרוֹת & ſecuribus.

גָּרַשׁ Expulit, ejecit: *Particip. præſens*, גֹּרֵשׁ מִפָּנֶיךָ expulſurus ſum a facie tua, Exod. 34. v. 11. *Partic. præter.*, וּגְרוּשָׁה & expulſam, *id eſt*, repudiatam, Levit. 21. v. 14. *Futur.* וַיִּגְרְשׁוּ & expulerunt, & expellunt, Iſai. 57. v. 20., *Ubi Aq. habet*, καὶ ἐκβράσσει & ebulliunt (*aquæ ejus*), *Sym.* καὶ ἐκβρασθήσονται, & ebulliendo projicientur; *Vulgat.* & redundant. *Niph. Præter.* נִגְרַשְׁתִּי ejectus ſum, Jon. 2. v. 5. *Partic.* נִגְרָשׁ Iſai. 57. v. 20. *Vulg. eſt* fervens, *alii habent* expulſum, propulſum, agitatum (mare) *Pih. Præter.* גֵּרַשְׁתָּ expuliſti, Gen. 4. v. 14. *Infinit.* גָּרֵשׁ יְגָרֵשׁ expellendo expellet, Exod. 11. v. 1. *Pyh. Præter.* גֹּרְשׁוּ expulſi ſunt, Exod. 12. v. 39.

גֶּרֶשׁ *m.* Ejectum, extruſum; גֶּרֶשׁ יְרָחִים extruſum lunarum; *id eſt*, fructus, quos quæque luna protrudit, Deuter. 33. v. 14.

גֶּרֶשׂ *m.* Levit. 2. v. 14., *LXX. eſt* ἐρικτὸς, *Vulg.*, *& aliis* fractus, comminutus, contuſus (*fructus*). *Dictionem hanc nonnulli derivandam arbitrantur a rad.* גֶּרֶס, *permutatis* ס *&* שׂ: *Cum affix.* מִגִּרְשָׂהּ de contuſo (*frumento*) ejus, Levit. 2. verſ. 16.

גְּרוּשָׁה *f.* Expulſio; *unde plur. cum affix.* גְּרֻשֹׁתֵיכֶם expulſiones veſtræ, *& juxta Vulg.*, confinia veſtra, Ezech. 45. v. 9.

מִגְרָשׁ *m.* Expulſio, Ezech. 36. v. 5. *Alibi ſemper notat* ſuburbium, ſuburbanum prædium, Ezech. 45. verſ. 2., *dictum*, *quaſi ex urbe* expulſum: *Conſtr.* מִגְרַשׁ Levit. 25. v. 34. *Cum affix.* לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ propter expulſionem ejus, Ezech. 36. v. 5. *Plural. Conſtr.* מִגְרְשֵׁי הֶעָרִים ſuburbana prædia civitatum,

tum, Num. 35. vv. 4. 5. *Cum affix.* וּמִגְרְשֵׁיהֶם & ſuburbana prædia illarum, Num. 35. v. 3. וּמִגְרָשֶׁהָ & ſuburbana prædia ejus, Joſ. 21. v. 11., *ubi deficit* י *ante* ה *juxta, Maſorethas, & ſic toto iſto capite, excepto* verſ. 13., *ubi plene ſcribitur*.

מִגְרְשׁוֹת *f. p.* Suburbia, ſuburbana loca, Ezech. 27. v. 28., *juxta Paraphraſten Chaldæum, & Hebræos. Quibuſdam ſunt* fluctus propulſi, *vel* jactati.

גֵּרְשֹׁם Gersóm, *&* Gerſam, *nom. propr. virorum*, Exod. 2. v. 22., 1. Paralip. 6. v. 1., Eſdr. 8. v. 2.

גֵּרְשׁוֹן Gersón, *nom. propr. filii Levi*, Gen. 46. v. 11.

גֵּרְשֻׁנִּי Gerſonitæ, *nomen generale familiæ Gerſon*, Num. 26. v. 57.

גשם גֶּשֶׁם *m.* Imber, pluvia. *Non tam generale eſſe volunt quam* מָטָר; *hoc enim quamcumque* pluviam *ſignificat*; גֶּשֶׁם *vero* pluviam fortem, *ſive* imbrem, *juxta Kimchium in lib. Radic.* וְגֶשֶׁם אָיִן: & pluvia non eſt, Prov. 25. v. 14. *Plural.* עֵת גְּשָׁמִים tempus pluviarum, Eſdr. 10. v. 13. *Conſtr.* גִּשְׁמֵי בְרָכָה pluviæ benedictionis, Ezech. 34. verſ. 26. *Cum affix.* גִּשְׁמֵיכֶם pluvias veſtras, Levit. 26. v. 4.

גֹּשֶׁם *m. Idem*: לֹא גֻשְׁמָהּ non (deſcendet) pluvia ejus, Ezech. 22. v. 24.; *quidam volunt eſſe Verbum Pyh. pro* non profundêris pluvia, *& ita* Dagheſch *characteriſticum deficit, &* Mappik *redundat*: *vel eſt* לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה ad venuſtiorem pronunciationem, *ut Kimchi ſcribit in Commentariis*.

הִגְשִׁים *Hiph.* Pluere fecit, pluviam demiſit, *vel* ſuſcitavit. *Partic. præſ. Plural.* מַגְשִׁמִים pluere facientes, Jerem. 14. verſ. 22.

גשם *m. Chald.* Corpus: *Cum affix.* בְּגֶשְׁמְהוֹן in corpus eorum, Dan. 3. v. 27., גִּשְׁמֵהּ corpus ejus, Dan. 4. v. 30. גִּשְׁמַהּ corpus ejus, Dan. 7. v. 11.

גֶּשֶׁם Gósem, *nom. propr. viri Arabis e primoribus Samaritanorum*, Nehem. 2. v. 19.

גֹּשֶׁן Géſſen, *&* Góſen, *nom. propr. regionis inferioris Ægypti*, Gen. 46. v. 28., *& civitatis in Tribu Juda, cujus terra adjacens vocata eſt* terra Geſſen, Joſ. 10. v. 41., 15. v. 51.: *Cum* ה *locali* גֹּשְׁנָה in Goſen.

גֵּישָׁן Gesán, *nom. propr. filii Jahadai*, 1. Paralip. 2. v. 47.

גִּשְׁפָּא Gaſphá, *nom. propr. loci in Chaldæa, ſive Babylonia*, Nehem. 11. v. 21.

גְּשׁוּר Geſsúr ; & cum י in fine.

גְּשׁוּרִי Geſsúrì , nom. propr. urbis , vel regionis verſus Ægyptum , Joſ. 13. v. 2. , 1. Sam. 27. v. 8. Item alterius regionis in dimidia Tribu Manaſſis trans Jordanem , Deut. 3. v. 14. , Joſ. 12. v. 5. , 13. v. 13. , & alterius in Syria , 2. Sam. 15. v. 8. &c.

גשׁשׁ Palpavit , contrectavit , proprie explorandi cauſa ; & Arab. ſcrutatus eſt , perveſtigavit : In Kal inuſit. Pih. גִּשֵּׁשׁ : Futur נְגַשְׁשָׁה כַעִוְרִים palpavimus tanquam cæci , Iſai. 59. v. 10. Huc , auctore Joa. Simone , referri poteſt futur. Hiph. יָגִּשׁ palpat , contrectat , Job 40. v. 19.

גתת גַּת f. Torcular , Joel. 3. v. 13. Plural. גִּתּוֹת torcularia , Nehem. 13. v. 15.

גַּת Gáth , & juxta Vulg. Geth , nom. propr. civitatis regiæ , & unius e quinque Satrapiis Philiſthinorum , non longe a mari , in Tribu Dan. , Joſ. 11. v. 22.

גַּת־רִמּוֹן Gath-rimmón , & juxta Vulgat. Gethremmón , nomen propr. duplicis civitatis Leviticæ , & confugii , quarum una in Tribu Dan , Joſ. 19. v. 45. , altera in dimidia Tribu Manaſse cis Jordanem , Joſ. 21. vv. 24. 25.

גִּתָּה־חֵפֶר Gittá chépher , & juxta Vulgat. Gethhepher , nomen propr. urbis in Tribu Zabulon , Joſ. 16. v. 13.

גִּתִּי Gethæus , 2. Sam. 6. v. 11. , 15. v. 19. &c.

גִּתִּים plur. , 2. Sam. 15. v. 18. , Gethæi , nom. , ſicuti & prius , commune incolarum urbis גַּת .

גִּתַּיִם Getháim , nomen propr. urbis in Tribu Benjamin , Nehem. 11. v. 33.

גִּתַּיְמָה (cum ה locali) in Getháim , eadem urbs ac ſupra , 2. Sam. 4. v. 3.

גֶּתֶר Géther , nomen propr. filii Aram , Gen. 10. v. 23.

גִּתִּית f. Dictio hæc , quæ occurrit in titulo , Pſal. 8. v. 1. , & 81. v. 1. , LXX. , Aquila , Sym. eſt ληνὸς , Vulg. , & Hieron. torcular : Hinc nonnulli arbitrantur , ideo Pſalm. illos fuiſſe ita inſcriptos , quia compoſiti , & decantati , cum David eſſet in torcularibus Philiſthinorum , vel cum vindemia fieret , ad agendas videlicet Deo gratias . Torcularium enim tempus Iſraelitis erat valde celebre ; laudatis autem Pſalmis beneficia a Deo Iſraelitis collata commemorantur : Aliis vero eſt , inquit

inquit Guarin ; initium carminis , aut notæ cantilenæ , ad cujus melos canebantur duo Pſalmi hoc titulo inſcripti : Aliis eſt genus inſtrumenti Muſici , *terminatione* gentilitia : *unde Joa. Simoni non dubium , quin denominatum ſit ſive ab urbe* Gath *Philiſthinorum , ſive* a Gath Rimmon , *urbe Levitarum in Tribu Manaſſitarum , ubi forſan inventum , vel maxime frequentatum fuit , ſicuti dicitur inſtrumentum* Lesbium , Phrygium , Lydium , *&c.*

ד

ד *In numeris valet quatuor, ſemperque eſt Hebræis litera radicalis. Sed apud Chaldæos* דְ*, vel* דִ*, nomini ſubſtantivo præpoſitum, & cum eo vocem unicam efficiens, nota ſæpiſſime eſt Genitivi: eſt etiam pronomen relativum* qui, quæ, quod, *pro omnibus generibus, numeris, & caſibus*;

דָּא *Chald.*, Hæc, iſta, hoc, illud, Dan. 4. v. 27. דָא לְדָא hoc ad illud invicem, Dan. 5. v. 6. דָא מִן דָא hæc ab illa, Dan. 7. v. 3. *ex Hebræo* זֶה, ז *in* ד *mutato*.

דָּאַב Doluit, mœſtus fuit: *Præter. Fœm.* דָּאֲבָה mœret. mœſta eſt, Jerem. 31. v. 25. *Infin.* לְדַאֲבָה *cum* ה *parag.*, Jerem. 31. verſ. 12., ad mœrendum, mœrere; *quod LXX. interpretantur,* καὶ οὐ πεινάσουσιν ἔτι & non eſurient amplius; *Vulgat.* & ultra non eſurient. *Hiph.* הֶאֱדִיב dolere fecit, cruciavit. *Particip.* וּמְדִיבוֹת נָפֶשׁ & cruciantes animum, Levit. 26. v. 16., *pro* מַדְאִיבוֹת. *Infinit.* לַאֲדִיב *per metatheſin literarum, juxtà Hebræos*. *Vide ſupra ſuo loco pag.* 9.

דְּאָבָה *f.* Mœror, Job 41. v. 14., *LXX. eſt* ἀπώλεια perditio, pernicies, exitium; *Aq.* ἐκλιμία eſuries; *Vulg.* egeſtas.

דְּאָבוֹן *m. Idem*, Deuter. 28. v. 65.

דָּאַג Sollicitus, anxius fuit, anxiè timuit; *Prætr.* וְדָאַג לָנוּ & ſollicitus ſit nobis, *id eſt*, noſtra cauſa, *vel*, de nobis, 1. Sam. 9. v. 5. *& ſic* 10. v. 2. וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ & quem ſolicita timuiſti, Iſai. 57. v. 11. *Futur.* אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי ſollicitus ſum de peccato meo, Pſal. 38. v. 19.

דָּאַג *Vide in* דָּג *poſt* דוג *pag.* 192.

דֹּאֵג Doëg, *aut* Doëgh; *nom. propr. viri Idumæi principis paſtorum Saulis*, 1. Sam. 21. v. 7., 22. v. 9. &c.

דְּאָגָה *f.* Sollicitudo, Anxietas, mœror, cogitatio, *anxia videl.* Prov. 12. v. 25.

דָּאָה Volavit, volitavit; *Pernicem volatum proprie notat qualis eſt aquilæ, milvi, &c. Futur.* יִדְאֶה הַנֶּשֶׁר volat aquila, Deuter. 28. v. 49. וַיֵּדֶא volitatque, Pſalm. 18. v. 11. *per apocopam.*

דָּאָה *f.* Milvus; *idem quod* דַּיָּה, *ſcribit Ab. Eſra*, Levit. 11. v. 14. *Dictus eſt autem* דָּאָה *a* volatu, *qui in illo eximius eſt; nam altiſſime, & diutiſſime* volat.

בְּדָאם. *Vide in* בָּדָא.

דָּאנִין. *Vide in verbo* דון judicare.

דֹּאר Dór, *nom. propr. urbis cis Jordanem dimidiæ Tribus Manaſſe aſſignatæ*, Joſ. 17. v. 11. &c.

דָּאֵרִין, דָּאֵר, *Vide in* דור.

דָּבָא, *Radix inuſit.*, affluit, profluit: *Chald.* fluere fecit; *Arabice*, quievit: *Inde*, *ut Joa. Simoni*, *aliiſque videtur*, *ſunt.*

דֹּבֶא *m.* Quies: *Sed LXX. eſt.* ἡ ἰσχὺς robur; *Vulg.* ſenectus, *aliis* ſermo: *Occurrit cum ſuffixo in pauſa*, Deut. 33. v. 25., וּכְיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ & ſicut dies tui, ſic ſermo tuus, *id eſt*; quamdiu vives, tandiu ſermo de te erit: *vel* robur, fortitudo, *id eſt*, juxta annos vitæ tuæ ſemper idem erit robur tuum, ut juventutis, ita ſenectutis robur firmum erit. *Hæc communior interpretatio*, *teſte Kimchio*.

דִּבְיוֹנִים *plur. m.* Stercora columbarum, 2. Reg. 6. v. 25. *Dicto compoſita ex* דָּב, *vel* דָּבָא, fluxus, *&* יונים columbæ; *quaſi diceretur* fluxus columbarum, *ſeu* quod egreditur e columbis. *Notandum*, *in ſacro textu pro* דִּבְיוֹנִים *eſſe ſcriptum* חרייונים; *Maſſorethæ autem honeſtatis gratia legendum monent* דִּבְיוֹנִים. *Bochartus conatur*, *multis probare*, דִּבְיוֹנִים, *vel* חרייונים, 2. Reg. 6. v. 25., *non eſſe* ſtercus columbarum, *ſed* ciceris *genus*.

דָּבַב Loquutus eſt ſubmiſſe, *ſive* leniter, murmuravit: *Joa. Simoni*, *aliiſque Arabes ſequutis eſt* leniter inceſſit, paulatim fluxit, perrepſit, irrepſit, *quod ſpecialiter de* vino in

cere-

cerebrum irrepente *dicitur* : *Particip.* דּוֹבֵב שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים loquitur labiis dormientium, Cant. 7. v. 10. *hoc eſt*, בְּשִׂפְתֵי per labia facit, ut etiam dormientes loquantur, *ſic convenit cum particip. præcedente* הוֹלֵךְ : *LXX. ibidem* vertunt ἱκανούμενος χείλεσί μου καὶ ὀδοῦσι conveniens, idoneum (*vinum*) labiis meis, & dentibus; *Vulg.* (vinum dignum) labiis, & dentibus illius ad ruminandum : *Joa. Simon vult textum ita eſſe vertendum*: (*vinum*) leniter irrepens, *ſive* perrepens labia dormientium, *id eſt*, ita ſuave, ut etiam dormientium labia ſuavitate ſua afficiat.

דִּבָּה *f.* Infamia, fama mala: *Conſtr.* דִּבַּת הָאָרֶץ infamiam terræ, Num. 13. v. 32. *Cum affix.* וְדִבָּתְךָ & infamia tua, Prov. 25. v. 10.

דֹּב, *&* דּוֹב *com.* Urſus, urſa: דֹּב אֹרֵב urſus inſidians, Thren. 3. v. 10. *Plur.* כַּדֻּבִּים ſicut urſi, Iſai. 59. v. 11. *Fœm.* שְׁתַּיִם דֻּבִּים duæ urſæ, 2. Reg. 2. v. 24. *Chald.* לְדֹב urſo, Dan. 7. v. 5. *Fuit autem* urſus דֹּב *dictus vel* a lento inceſſu, *quo* repere *magis*, *quam* gradi *videtur*, vel, *ut Bocharto placet*, *a denſitate* pili.

דְּבַח *Chald.* Sacrificare. *Particip.* דָּבְחִין ſacrificantes, Eſdr. 6. v. 3 *ex Hebræo* זָבַח *commutatis* ז *&* ד.

דִּבְחִין *m. p. Chald.* Sacrificia. *Ibid.*

מַדְבְּחָא *m. Chald.* Altare, Eſdr. 7. v. 17.

דְּבַךְ *Inuſit. Inde eſt* נִדְבָּךְ *Chald.* Ordo, ſeries, ſtrues lapidum, paries, ſtructura, maceria: נִדְבָּךְ דִּי אָע חֲדַת paries ex lignis novis; *Plur.* נִדְבָּכִין דִּי אֶבֶן גְּלָל ordines murorum terni ex lapidibus magnis, Eſdr. 6. v. 4.

דָּבַל *Inuſit.*, *inde eſt* דְּבֵלָה *fœm.* Palatha, maſſa ficuum, 1. Sam. 30. v. 12. *Conſtr.* דְּבֶלֶת תְּאֵנִים palatha ficuum, 2. Reg. 20. v. 7. *Plur.* דְּבֵלִים 1. Sam. 25. v. 18.

דִּבְלָיִם Debeláim, *nom. propr. patris Gomer uxoris Oſee*, Oſee 1. verſ. 3.

דִּבְלָתָה Deblátha, *nom. propr. deſerti in terra Moab*, *in finibus Ruben*, Ezech. 6. v. 14.

דִּבְלָתַיִם Deblatháim, *nom. propr. civitatis*, *vel*, *ut quidam arbitrantur*, *familiæ*, *ſive domus in terra Moab*, Jerem. 48. v. 22.

דִּבְיוֹנִים. *Vide ſupra pag.* 184.

דָּבַק Adhæſit, cohæſit; conjunctus, conglutinatus fuit: *Conſtruct. cum præpoſit.* ל, ב, עִם, אַחֲרֵי, אֶל. *Præter.*

וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ & adhærebit uxori ſuæ, Geneſ. 2. v. 24. *Cum affix. futur.* תִּדְבָּקַנִי הָרָעָה adhæreat mihi malum, Gen. 19. v. 19. *Chald. Particip. plur.* דָּבְקִין cohærentes, Dan. 2. v. 43. *Pyh. Futur.* יִדְבָּקוּ conglutinentur, Job 38. v. 38., & 41. v. 8. *Hiph.* הִדְבִּיק adhæreſcere fecit, agglutinavit, conglutinavit: *item* perſecutus, aſſecutus fuit: *Præter.* הִדְבַּקְתִּי feceram, ut adhæreret, Jerem. 13. v. 11. הִדְבִּיקֻהוּ aſsecuti ſunt eum, 2. Sam. 1. v. 6. *Hoph. Partic.* מֻדְבָּק adhærere facta, Pſalm. 22. v. 16.

דָּבֵק *m.* Adhærens, conjunctus: דָּבֵק מֵאָח conjunctior fratre, Proverb. 18. verſ. 24. *Fœm.* דְּבֵקָה conjuncta, 2. Paralip. 3. verſ. 12.

דֶּבֶק *m.* Junctura, commiſſura, ferrumen, glutinum, *quo aliquid* conjungitur, Iſai. 41. v. 7. *Plural.* דְּבָקִים commiſſuræ, 2. Paral. 18. v. 33., 1. Reg. 22. v. 34.

דָּבַר *Chald. eſt*, Duxit; *Arab. intranſit.* ductus eſt: *item* ſucceſſit, ſequutus eſt, *quia homines* ducuntur, & reguntur ſermonibus; *in quem quidem ſenſum nonnumquam etiam ab Hebræis uſurpatur. Specialiter tamen apud eoſdem ſignificat* loquutus, eloquutus eſt, ſermonem habuit, & *proprie* ſermonem duxit, *inquit Joa. Simon, ita ut verbum ſequatur verbum. Idem autem Hebræum verbum* דָּבַר *non ſolum* nude *ſonat* loquutus eſt, *ut* Num. 12. v. 2., Pſal. 115. v. 5. &c., *ſed varios præſefert* locutionis *modos. Itaque* דָּבַר, I. *latine ſonat* loquutus eſt cum facundia, Exod. 4. v. 14., Job 7. v. 11., Jerem. 1. v 6., cum παῤῥησία, *id eſt*, cum libertate, cum fiducia, Pſalm. 66. v. 14., & 116. v. 10.; &c. II. loquutus eſt blande, & jucunde; & *tunc conſtruitur cum* עַל לֵב, Geneſ. 34. v. 3., 50. v. 21., 2. Sam. 19. v. 8. &c. *Sed* 1. Sam. 1. v. 13. *eadem phraſis notat* loqui ad, *vel* apud animum ſuum, *id eſt*, cogitare: III. דָּבַר, *latine*, promiſit, *ut* Gen. 21. v. 1., Exod. 12. v. 25. &c., *item* comminatus eſt, *ut* Exod. 32. v. 14., 1. Sam. 28. v. 17., &c. IV. loquutus eſt mandatum; *unde* mandavit, præcepit, *ut* Geneſ. 12. v. 4., Exod. 1. v. 17. &c. V. loquutus eſt cum celebratione, cum laude; *unde* celebravit, Pſal. 40. v. 6. VI. loquutus eſt convitia; *unde* convitiatus eſt, murmuravit, obtrectavit; & *tunc conſtruitur cum* ב, & עַל, *ut*

ut Num. 12. v. 1., 21. v. 5., Pſalm. 50. v. 20., Job 19. v. 18. VII. דִּבֵּר *latine ſonat* litigavit, diſceptavit in foro judiciali, Pſal. 127. v. 5. VIII. *notat aliquando, præſertim in Niphal, actionem* mutuam; *unde* colloquuti, loquuti ſunt inter ſe, *ut* Gen. 45. v. 15., Jud. 7. v. 11., *&c. ſi vero ad* animum *referatur, eſt* cogitavit, *ut* Prov. 23. verſ. 33. IX. *ſemel in Pih. ſignificat* occidit, *petita ſignificatione à* דֶּבֶר mors, 2. Paral. 22. v. 10., *pro quo in eadem hiſtoria legitur* וַתְּאַבֵּד, 2. Reg. 11. v. 1. *Particip.* דֹּבֵר eloquor, Exod. 6. v. 29. *Plural.* דֹּבְרִים loquuntur, Num. 36. v. 5. *Conſtr.* דֹּבְרֵי Pſal. 5. v. 7. *Fœmin. plur.* דֹּבְרוֹת loquuntur, Num. 27. v. 7. *Partic. Pahul,* דָּבֻר dictum, Prov. 25. v. 11. *Infin.* בְּדָבְרֶךָ in loqui te, quum loquutus fueris, Pſalm. 51. v. 6. *Niph.* נִדְבַּר aſſiduè, frequenter loqui, *vel* prædicare, dictitare: obloqui, colloqui: *Præter.* נִדְבְּרוּ frequenter loquuntur, Malach. 3. v. 16., נִדְבַּרְנוּ עָלֶיךָ oblocuti ſumus tibi, Malach. 3. v. 13. *Partic. Plur.* הַנִּדְבָּרִים בְּךָ aſſidue loquentes contra te, Ezech. 33. v. 30., *Kimchi ſcribit ad hunc locum,* לְשׁוֹן דִּבּוּר שֶׁהוּא קָשׁוּר עִם בֵּית הוּא לְעִנְיָן גְּנַאי: *hoc eſt, verbum* דִּבֵּר*, quando cum* ב *conſtruitur, ſumitur in malam partem.* *Pih.* דִּבֵּר dixit, edixit, locutus, elocutus; prolocutus fuit; *Cum* אֶל, allocutus; *cum* עִם, collocutus; *cum* עַל, oblocutus, *& ſic variè conſtruitur; nempe cum Dativo, Accuſa- & Præpoſit.* ב, אֶל, אֵת, עַל, עִם: *Præter.* וְדִבַּרְתִּי עַל לִבָּהּ & locutus ſum ad cor ejus, Hoſ. 2. v. 14. *ſic* Gen. 34. v. 3., Iſai. 40. v. 2. *Infin.* לְדַבֵּר בָּם loquendo de eis, Deut. 11. v. 19. וּבְדַבְּרִי אוֹתְךָ & in alloqui me te, Ezech. 3. v. 27. *Futur.* אֲדַבֵּר בְּךָ אֶל־אָבִי loquar de te ad patrem meum, tua cauſa patrem meum alloquar, 1. Sam. 19. v. 3. *Pyhel Particip.* מְדֻבָּר בָּךְ dicitur, prædicatur de te, Pſalm. 87. v. 3. *Futur.* שֶׁיְּדֻבַּר־בָּהּ quo ſermo fiet de ea, Cantic. 8. v. 8. *Hiph. Futur.* יַדְבֵּר ducit, adducit, ſubjecit, Pſal. 47. v. 4., *& ſic* 18. v. 48. *ex uſu Chaldaico. Hithp. Particip.* מִדַּבֵּר loquens, Num. 7. verſ. 89. *pro* מִתְדַּבֵּר *per uſitatam ſyncopam.*

דָּבָר *m.* Verbum, ſermo: res, negotium: aliquid, quidquam, Gen. 18. v. 14., Exod. 18. v. 16. כֹּל דָּבָר רָע omnem rem malam, Deut. 17. v. 1. *Conſtr.* דְּבַר־יְהוָה verbum Domini,

Jerem.

Jerem. 1. v. 4., עַל דְּבַר propter negotium, propter, cauſa, ratione: *ut*, עַל־דְּבַר כְּבוֹד־שְׁמֶךָ propter gloriam nominis tui, Pſalm. 79. v. 9. *Cum affix.* דְּבָרִי verbum meum, דְּבָרְךָ verbum tuum; *quod octies ſcribitur cum* י *redundante*, דְּבָרֶיךָ, *ut Maſorethæ notant*, Jud. 13. v. 17. *Plur.* דְּבָרִים: *Conſtr.* לְדִבְרֵי־רוּחַ verbis ventoſis, Job 16. v. 3. *Cum affix.* דְּבָרָיו verba ejus: דְּבָרֶיךָ verba tua; *& cum hoc affixo tredecim ſunt, quæ ſcribuntur abſque* י; *ut*, כִּדְבָרֶךָ ſecundum verba tua, Gen. 30. v. 34. *pro* כִּדְבָרֶיךָ. *Loca annotata ſunt in Maſora magna.*

דִּבֵּר *m.* Verbum, ſermo, Jerem. 5. verſ. 13. *unde ablato accentu ante Makkaph*, דִּבֶּר Hoſ. 1. v. 2., *eſt formæ* אִלֵּם, שִׁלֵּם.

דֶּבֶר *m.* Peſtis, Exod. 9. v. 3. *Plur. cum affix.* דְּבָרֶיךָ peſtes tuæ, Hoſ. 13. v. 14., *dicitur ſic, quaſi* perditio, res perdens; *vel quod ſit res a* Deo educta, & decreta; *aut quod* abducat *omnis ſtatus, & generis homines.*

דֹּבֶר *m.* Ductus, caula, ovile: *Cum affix.* כְּדָבְרָם ſecundum ductum ſuum, pro more ſuo, Iſai. 5. v. 17. בְּתוֹךְ הַדָּבְרוֹ in medio ovilis ſui, Mich. 2. v. 12., *ſic dictum* ovile, *quod oves eo ſemper* ducantur.

דְּבִיר *m.* Adytum, *quaſi* oraculum, *vel* loquutorium dictum, *quod* Deus inde reſponſa daret, 1. Reg. 6. v. 19., *&* י *quandoque deſicit. Erat autem* דְּבִיר, *ſive* דְּבִר *pars templi, in qua erat arca; quæque pars* ſanctum ſanctorum, *id eſt*, locus ſanctiſſimus *appellabatur.*

דְּבִיר, *&* דְּבִר Dabir, *nom. propr. regis Eglon*. Joſ. 10. v. 3., *item, civitatis datæ primum Tribui Judæ, deinde Simeonis*, Joſ. 11. v. 21, 21. v. 15., *& alterius urbis in Tribu Gad*, Joſ. 13 v. 26.

דְּבִרָה Dabir, *nomen propr. urbis ejuſdem ac* דְּבִיר, Joſ. 10. verſ. 39.

דְּבוֹרָה *f.* Apis, Iſai. 7. v. 18., *ſic dicta vel a continuo ejus* ſuſurro, *quaſi* loquutione; *vel admirabili* ductu, *ſive* ordine, *quem ſuis in operibus ſervat; vel denique, ut arbitratur Joa. Simon, ex eo, quod a regulo ſuo* ducitur, *eumque indivulſe* ſequitur: *Plur.* כַּדְּבֹרִים ſicut apes, Pſal. 118. v. 12.

דְּבֹרָה Deborá, *nom. propr. nutricis Rebeccæ*, Gen. 35. v. 8., *& prophetidis uxoris Lapidoth, quæ imperavit in Iſrael*, Judic. 4. verſ. 4.

דִּבְרָה *f.* Ductus, ratio, cauſa, negotium; *ſed ſemper forma conſtructa cum Præpoſitione* עַל *reperitur:* עַל־דִּבְרַת ſecundum rationem, pro ratione, Eccleſ. 3. v. 18., *&* 8. v. 2. *Cum affix.* דִּבְרָתִי cauſam meam, Job 5. v. 8., *& ſic cum* י *paragogico, ut Aben Eſra notat,* עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק ſecundum ductum, ordinem, *vel* rationem Melchiſedek, Pſal. 110. v. 4., *ubi Ab. Eſra exponit* עַל־מִנְהַג ſecundum morem, *vel* conſuetudinem, *& in Epiſtola ad Hebræos* cap. 5. verſ. 6. κατὰ τάξιν ſecundum ordinem, *&* cap. 7. v. 15. κατὰ ὁμοιότητα ſecundum ſimilitudinem. *Chald.* עַל דִּבְרַת propter cauſam, *vel ſimpliciter*, propter, *ut Hebr.* עַל דְּבַר, Dan. 2. v. 30., עַל־דִּבְרַת דִּי יִנְדְּעוּן propterea ut agnoſcant, Dan. 4. verſ. 14.

דֹּבְרוֹת *f. p.* Verba: *Cum affix.* מִדַּבְּרֹתֶיךָ è verbis tuis, Deut. 33. v. 3. *à ſing.* דִּבְרָה *forma* בַּקָּשָׁה.

דֹּבְרוֹת *f. p.* Rates, 1. Reg. 5. v. 23., *ſic dictæ, quod per maria, & flumina* ducantur; *aut quod in illis variæ res* adducantur, *ſive* apportentur, *a verbo* דָּבַר *in Hiph.* duxit, adduxit.

דִּבְרִי Dabrí, *nom. propr. patris Salumith de Tribu Dan,* Levit. 24. v. 11.

דְּבָרַיָּא *Chald.* Gubernatores, *quaſi* ductores *dicti; Vulg., aliiſque ſunt* potentes, magnates, tyranni, optimates, conſules, ſenatores: *Cum affix.* הַדָּבְרַי gubernatores mei, Dan. 4. v. 33. לְהַדָּבְרוֹהִי gubernatoribus ſuis, Dan. 3. v. 24.

מִדְבָּר *m.* Sermo, loquela, Cant. 4. v. 3. *Item* deſertum, *per antiphraſin ſic dictum, quaſi locus a* ſermone *remotus; vel a* ductu, *ſi de paſcuoſo dicatur, quod pecora eo paſcendi cauſa* ducantur: Conſtr. לְמִדְבַּר שְׁמָמָה in deſertum ſolitudinis, *id eſt*, vaſtiſſimum, Jerem. 12. v. 10. *Cum affix.* מִדְבָּרָהּ deſertum ejus, Iſai. 51. v. 3. *Cum* ה *paragog. locali* מִדְבָּרָה verſus, *ſive* in deſertum, 1. Paral. 12. v. 8.

דָּבְרַת Daberéth, *nomen propr. civitatis in finibus Iſſachar, & Tribus Zabulon, quæ Levitis data, atque confugii urbs facta fuit*, Joſ. 19. v. 12., 21. v. 28., 1. Paral. 6. v. 72.

דְּבַשׁ *m.* Mel, Gen. 43. v. 11. *Item*, palma, dactylus *a* dulcedine: *unde*, primitiæ frumenti, muſti, olei; וּדְבַשׁ & palmæ, 2. Paral. 31. v. 5. *De* melle *nunquam fuerunt* primitiæ

mitiæ datæ. *Hinc R. Salomon in* Levit. 2. v. 11. *ſcribit*: כל מתיקת פרי קרויה דבש omnis dulcedo fructuum dicitur devaſch. *Cum affix.* עִם דִּבְשִׁי cum melle meo, Cant. 5. verſ. 1.

דַּבֶּשֶׁת *f.* Gibbus, Iſai. 30. v. 6., *ſed* camelorum *tantum ſic dictus, ut quidam volunt, quod oneribus læſus,* melle *ſanari ſoleat.*

דַּבָּשֶׁת Debbáſeth, *nom. propr. civitatis, ſive loci in Tribu Zabulon, non longe a mari,* Joſ. 19. v. 11.

דִּבַּת, *vide in* דִּבָּה.

דָּגָה Augeri, multiplicari, fæcundari *more piſcium: Nam a* דָּג piſcis *verbum formatum, ut Hebræi tradunt: Futur.* וְיִדְגּוּ לָרֹב & fiant ut piſces in multitudinem, multiplicentur ut piſces, Geneſ. 48. v. 16.

דָּג *m.* Piſcis, *vide infra in* דוג.

דֶּגֶל *m.* Vexillum, *LXX.*, *Aq.*, *Sym.*, *Theod. eſt* τάγμα, *Vulg.*, *& aliis*, turma, cohors, legio, acies, Num. 2. v. 3. *Cum affix.* עַל־דִּגְלוֹ juxta vexillum ſuum, Num. 2. v. 2. *Sed eadem dictio* דִּגְלוֹ, *quæ occurrit* Cant. 2. v. 4., *in varium ſenſum veteres Interpretes acceperunt: Nam has voces* וְדִגְלוֹ עָלַי אַהֲבָה *LXX. tranſtulere*, τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην ordinate in me dilectionem; *Sym.* ἐπισωρεύσατέ μοι ἀγάπην coacervate mihi dilectionem, *legebant* וְדִגְלוּ *pro* וְדִגְלוֹ; *Aqu.* ἔταξεν ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, *Vulgat.* ordinavit in me charitatem; *pro* וְדִגְלוֹ *legebant* וְדִגְּלוֹ, & ordinavit ipſe: *ſenſus autem eſt, inquit Guarin, totum amorem ſuum in me quaſi aciem inſtruxit: Aliis autem eſt* & acies, & vexillum ejus contra me, amor; *hoc eſt*, & amor ejus acies, *ſeu* vexillum fuit, *quo me oppugnavit ſimul, & expugnavit. Plur. cum affixo,* לְדִגְלֵיהֶם ad vexilla ſua, Num. 2. v. 17.

דָּגַל Vexillum erigere. *Particip. Præt.* דָּגוּל vexillatus, ornatus, *vel* elatus, *ut* vexillarius, Cant. 5. v. 10. *Aq. autem ibidem vertit* ἐκλελεγμένος, *Sym.* ἐπίλεκτος, *Vulg.* electus ex millibus, *hoc eſt*, inter mille, *vel* præ millibus. *Futur.* נִדְגֹּל vexillum erigamus, Pſal. 20. v. 6. *LXX. ibidem interpretantur* μεγαλυνθησόμεθα, *Vulg.* magnificabimur; *legiſſe autem videntur* נִגְדִּל, *a* גָּדַל, *tranſpoſitis literis. Niph. particip. plur. fœm. cum præfix.* כַּנִּדְגָּלוֹת, Cant. 6. vv. 4. 11., ſicut copiæ

copiæ vexillatæ, hoc eſt, vexillis ſuis inſtructæ, & ad illa congregatæ: *LXX.*, & *Aq. ibid. vertunt* ὡς τεταγμέναι (παρατάξεις) ut ordinatæ (acies); *Vulg. habet*, ut caſtrorum acies ordinata.

דָּגָן *m.* Frumentum, Gen. 27. v. 28. *Metonymice ſumitur pro* pane, Pſal. 78. v. 24., Thren. 2. v. 12. *Conſtruct.* דְּגַן שָׁמַיִם & frumentum, & panis cœlorum, Pſalm. 78. v. 24. *Cum affix.* דְּגָנְךָ frumentum tuum, Deut. 7. v. 13.

דָּגוֹן Dagón, *vel* Daghón, Jud. 16. v. 23. &c., *nom. propr. idoli Philiſthinorum, quod, ſecundum Rabbinos, & Chriſtianos quoſdam, ſuperiore parte ad umbilicum uſque*, hominis, *ab umbilico vero & infra*, piſcis *ſpeciem præſeferebat; unde eiſdem videtur ſic dictus a* דָּג piſcis.

דָּגַר Collegit, *Vulg.*, & *aliis eſt*, fovit, ovis, *vel* pullis incubavit, Jerem. 17. v. 11. וְדָגְרָה & colliget, Iſai. 34. v. 15. *Chaldaicum eſt.*

דְּגַת. *Vide in* דָּג, *pag.* 190.

דַּד *m.* Uber, mamma: *Plural. conſtr.* דַּדֵּי בְּתוּלֵיהֶן mammas virginitatis illarum, Ezech. 23. v. 3. *Cum affix.* דַּדַּיִךְ mammas tuas, Ezech. 23. v. 21.

דּוּדָאֵי, & דּוּדָאִים. *Vide poſt* דּוּד.

דָּדָה *In Kal inuſit. Hithp.* הִדַּדָּה vagari, incedere, gradi, *ſed* ſenſim, & leniter: *Futur.* אֶדַּדֶּה ſenſim incedam, Iſai. 38. v. 15. *pro* אֶתְדַּדֶּה, *Vulg. ibidem habet* recogitabo, *id eſt, mente* percurram (omnes annos meos). *Cum affix.* אֶדַּדֵּם greſſurus ſum cum illis, Pſal. 42. v. 5. *pro* אֶתְדַּדֶּה עִמָּהֶם progrediar cum illis, *juxta Hebræos; ſed Aq. eſt*, προβιβάζων αὐτοὺς (*ero*) præcedens eos, *hoc eſt*, præcedam eos: *Sym.* διαβασταχθήσομαι bajulabor, (*ante eos*); *LXX.* θαυμαστῆς (σκηνῆς), *Vulg.* admirabilis (tabernaculi); *legebant* אַדֶּרֶת magnificentia. *Vide* דַּד, דַּר, דּוּר, יָדַד, & נָדַד.

דֹּדָה. *Vide in* דּוֹדָה.

דֹּדָוָהוּ, & דּוֹדָוָהוּ Dodáu, Dodaii, *nom. propr. patris Eliezer prophetæ*, 2. Paral. 20. v. 37.

דְּדָן Dedán, *aut* Dadán, *nom. propr. virorum*, Gen. 10. v. 7., 25. v. 3., *Item urbis in Idumæa, ſecundum quoſdam interpretes*, Jerem. 25. v. 23., &c.

דֹּדָנִים Dodaním, *nom. propr. filii Javan*, Gen. 10. v. 4.

דְּדָנִים

דְּדָנִים Dedanim, *nomen propr. ejuſdem urbis ac* דְּדָן, *ſed in plur.*, Iſai. 21. v. 13.

דְּהַב *Chald.* Aurum, דִּי דְהַב טָב ex auro bono, Dan. 2. v. 32. *Emphat.* רֵאשֵׁהּ דִּי דַהֲבָא caput auri, Dan. 2. verſ. 38. *Hebr.* זָהָב, *commutatis* ז *&* ד.

מַדְהֵבָה *f.* Aurea, aurifica, inaurata, *vel* auri cupida, Iſai. 14. v. 4. *in Hebræo, ubi propheta Regem Babyloniæ voce Babylonica irridet, ejus divitias carpens; Vulg. ibidem vertit* tributum: *Aliis eſt* exitio dans, perdens, *vel* ſpolia agens, *quaſi eſſet particip. a rad. Arab.* abſtulit, periit.

דֶּהָיֵא, *aut* דֶּהָוֵא Déhaié, *& juxta Vulg.* Dievi, *nom. propr. populi, quem Aſenaphar ex Aſſyria in Samariam tranſtulit*, Eſdr. 4. v. 9.

דהם *Niph.* נִדְהָם Defatigari. *Particip.* נִדְהָם defeſſus, defatigatus, Jerem. 14. v. 9. *Kimchi in Com.* obſtupefactus, *qui neſcit quid agendum.*

דָּהַר Plauſit, fremuit, ſonuit, ſtrepuit, *proprie* pedibus; *ſed de equis tantum dicitur, qui citato curſu terram plaudunt:* וְסוּס דֹּהֵר & equi plaudentis, Nah. 3. v. 2.

דַּהֲרוֹת *f. p.* Plauſus, ſonitus, ſtrepitus. מִדַּהֲרוֹת דַּהֲרוֹת אַבִּירָיו Jud. 5. v. 22., propter plauſus plauſuum fortium ejus (*Siſaræ*), *hoc eſt propter nimiam celeritatem, qua fugerunt equites ejus: LXX. autem vertunt* feſtinatione feſtinarunt fortes ejus; *Vulg.* fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortiſſimis ejus.

תִּדְהָר Teda, *arbor reſinam ferens*, Iſai. 41. v. 19., *Joa. Simoni eſt* pinus.

דוב Urſus: *vide ſupra in* דבב.

דוּג Piſcari: *Hiph. Præter.* וְדִיגוּם & piſcabuntur eos, Jerem. 16. v. 16. *pro* וְהֵדִיגוּם, *ſimile vide in* רוּב.

דָּג *m.* Piſcis, Jon. 2. v. 1. *Semel cum epentheſi*, דָּאג Neh. 13. v. 16. *Plur.* דָּגִים Job 40. v. 31. *Conſtruct.* דְּגֵי הַיָּם piſces maris, Gen. 9. v. 2. *Fœm.* דָּגָה, Deuter. 4. v. 18. *Conſtr.* דְּגַת יְאֹרֶיךָ piſcem rivorum tuorum, Ezech. 29. v. 4. *Cum affix.* דְּגָתָם כִּדְגַת הַיָּם piſces eorum, ſicut piſces maris, Ezech. 47. v. 10. *Hæc duo ſunt a Verbo* דָּגָה *propter mutationem Kametz in Scheva, ſicut* שְׁנַת *a* שָׁנָה.

דַּיָּג *m.* Piſcator: *Plur.* הַדַּיָּגִים piſcatores, Iſai. 19. verſ. 8.

לְדַוָּגִים ad piſcatores, Jerem. 16. v. 16. *quod ſcribitur cum* ו, *ſed legendum per* י : לְדַיָּגִים.

דַּוָּג *m. Idem: Plural.* דַּוָּגִים piſcatores, Ezech. 47. v. 10.

דּוּגָה *f.* Piſcatio, בְּסִירוֹת דּוּגָה, Amos 4. v. 2., *LXX. vertunt* εἰς λέβητας ὑποκαιομένους in ollas ſuccenſas; *Vulg.* in ollis ferventibus; *alii* in ollis piſcatoriis, *hoc eſt, in ollis, in quibus coquuntur piſces.*

דּוֹד *m.* Amor, dilectio, *quo quidem ſenſu nonniſi in plur. occurrit,* Prov. 7. v. 18., Cant. 1. vv. 2. 4., 4. v. 10., 5. v. 1., Ezech. 16. v. 8., 23. verſ. 17., *eſt etiam* amoris objectum; *unde latine ſonat* dilectus, amicus: *Synecdochice,* patruus, amicus, conſaguineus, 1. Sam. 10. v. 15. *Cum affix.* דּוֹדִי dilectus meus, Cant. 6. verſ. 2., אֶל־דּוֹדוֹ ad patruum ſuum, 1. Sam. 10. v. 16., דּוֹדֵךְ dilectus tuus, Cant. 6. v. 1. *Plural.* דּוֹדִים dilecti, Cant. 5. v. 1., *& ſubſtantivè,* amores: עֵת דּוֹדִים tempus amorum, Ezech. 16. v. 8. *Cum affix.* דֹּדֶיךָ amores tui! Cantic. 1. vv. 2. 4., & 4. v. 10. דֹּדֵיהֶן patrui eorum, *vel* ſui, Num. 36. v. 11.

דּוֹדָה *f.* Amita: *Cum affix.* דֹּדָתוֹ amitam ſuam, Exod. 6. v. 20.

דָּוִד, *&* דָּוִיד David, *nom. propr. filii Iſai, regis Iſrael, & prophetæ,* 1. Sam. 17. v. 12., *&c. Etym.* dilectus, conſanguineus, *&c.* à דּוֹד, *vel* דֹּד.

דּוּד *m.* Calathus, caniſtrum, ſporta, Jerem. 24. v. 2., lebes, 1. Sam. 2. v. 14., pelvis, labellum, *quo fertur argilla, aut intrita conficiendorum laterum,* Pſal. 81. v. 7., *ſecundum Ab. Eſram*: ahenum, Job 41. v. 11. *Plur.* בַּדּוּדִים in ſportas, 2. Reg. 10. v. 7., *& cum* ו *mobili,* וּבַדְּוָדִים & in lebetibus, 2. Paral. 35. v. 13. *Conſtr. cum epentheſi,* דּוּדָאֵי ſportæ, calathi, Jerem. 24. verſ. 1., *ſimilem epentheſin vide in* לול.

דּוּדָאִים *m. p. LXX., & Sym. ſunt* μανδραγόραι, *Vulg., aliiſque plurimis* Mandragoræ, *quæ, auctore Dioſcoride, amori conciliando ſunt idoneæ,* Gen. 30. v. 14. *Quidam vertunt* flores amabiles, *quaſi a ſuperiore* דוד *deductum. Odor illis adſcribitur,* Cant. 7. v. 14. *Conſtr.* מִדּוּדָאֵי de mandragoris, Geneſ. 30. v. 14. *Judæi* violas, *propter* odorem, *interpretantur, & ſic in Talmud Sanhed.* fol. 99. *Sunt alii, teſte Joa. Simone, qui intelligunt* balſamum, mala citrea, nuces, cera-

ſa, ficus præcipue indicas, amomum, mora rubi, &c.

דּוֹדַי Dudía, nom. propr. unius e primariis ducibus Davidis, 1. Paralip. 27. v. 4.

דּוּדָנִים. Vide ſupra דֹּדָנִים,

דוה Languit: Syriac. doluit: Arab., & Æthiop. infirmus, ægrotus fuit. Inde eſt, auctore Joa. Simone, infinit. conſtruct. cum affix. דְּוֹתָהּ languere ejus, ideſt, languor ejus, vel ſuus, Levit. 12. v. 2.; דָּוֶה m. languidus, Thren. 5. v. 17. Fœmin. דָּוָה languida, Thren. 1. v. 13., אֶת־אִשָּׁה דָּוָה cum muliere languente, ſcil. ex fluxu menſium, Levit. 15. v. 33., 20. v. 18., Iſai. 30. v. 22.

דַּוָּי m. Languidum, Iſai. 1. v. 5. Item דְּוַי languor, Pſal. 41. v. 4. Plur. conſtr. כִּדְוֵי לַחְמִי ſicut languores cibi mei, Job 6. v. 7.

דְּוֹת f. Idem: דְּוֹתָהּ languoris ejus, Levit. 12. v. 2. Alii tamen eſt infinit. ex דָּוָה.

מַדְוֶה m. Idem: Conſtr. מַדְוֵה Deut. 28. v. 60. Plural. conſtr. וְכָל־מַדְוֵי מִצְרַיִם & omnes languores Ægypti, Deuteron. 7. v. 15., מַדְוֵיהֶם vide in מדר.

דוח in Kal inuſit. In Hiph. הֵדִיחַ diſpulit: Metaphorice abluit; lavando enim diſpelluntur ſordes: Præter. הֱדִיחָנִי diſpellit me, Jerem. 51. v. 34. Futur. יָדִיחַ abluet, Iſai. 4. v. 4. יָדִיחוּ abluent, Ezech. 40. v. 38. Vide ידח, & נדח.

דוך Tutudit, Præter. דָּכוּ בַּמְּדֹכָה tundebant in mortario, Num. 11. v. 8. Vide דָּכָה, & דכך.

דּוּכִיפַת f.; Levit. 11. v. 19., Deut. 14. v. 18., LXX. eſt ἔποψ, Vulg. upupa; juxta Targum, & R. Salom., gallus ſylveſtris; quibuſdam aliis eſt attagen; Bocharto autem videtur, דוכיפת compoſitum ex Hebr. inuſit. דוּךְ, vel ex Arab. דיך gallus, & ex Syr. כיפא rupes, quaſi diceretur, gallus rupis; contra Joa. Simon mavult compoſitum dicere ex דוך gallus, & ex inuſit. פַּת ſtercus, a rad. Arab. פתא ſtercus excrevit, quaſi diceretur gallus ſtercoris, quo nomine upupa appellatur, quia ſtercoribus veſcitur, ex iiſque nidum extruit; hactenus idem Joa. Simon.

דַּךְ Pauper, Vide in דכך.

מְדֹכָה f. Tudicula, mortarium, Num. 11. v. 8.

דום Siluit, obmutuit, quievit: *At illud*, כְּדֻמָה ſicut exciſa, Ezech. 27. v. 32., *juxta Kimchium ſignificatum habet a* דָּמָה; *ſed Vulg. vertit* obmutuit: *Quibuſdam eſt Nomen proprium*, Duma, *ut* Iſai. 21. v. 11. *Imper.* דֹּמּוּ ſilete, Iſai. 23. verſ. 2. *Pih.* דּוֹמֵם ſilere facit, ſedavit, quietum reddidit; *Præter.* וְדוֹמַמְתִּי & ſilere feci, Pſalm. 131. v. 2. *LXX. interpretantur ibidem* ἀλλὰ ὕψωσα, *Vulg.* ſed exaltavi; *legebant* וְרוֹמַמְתִּי, *a* רום exaltare. *Vide* דָּמָה, *&* דָּמַם.

דָּם *m.* Quies: בְּדָמְךָ in quiete tua, *id eſt*, priſtina tranquillitate tua. *Vulg.*, *aliique vertunt* in ſanguine tuo; *Joa. Simon habet* in ſimilitudine tua, Ezech. 19. v. 10. *Sed vide ut ſupra in* דָּמָה, *&* דָּמַם.

דּוּמָה *f.* Silentium, infernus, ſepulchrum, *ſic dictum*, *quod illic ſit* ſilentium *a celebrando Deo*, Pſalm. 94. v. 17., 115. verſ. 17.

דּוּמָה Dumá, *nom. prop. filii Iſmaelis*, Geneſ. 25. v. 14., *Item nom civitatum*; *unius in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 52., *alterius in Idumæa*, Iſai. 21. v. 11., *ubi* דומה *videtur quibuſdam*, *notare ipſam regionem* Edom, *ſive* Idumæam.

דּוּמִיָּה, *&* דֻּמִיָּה *f. Varie ab Interpretibus dictio hæc accipitur*: *in* Pſal. 22. v. 3., *Aq.*, *Sym.*, *& Theod. eſt* σιγὴ, *Hieron.*, *aliiſque* ſilentium; *LXX. autem eſt* ἄνοια, *Vulg.* inſipientia: *in* Pſalm. 39. v. 3., *LXX.* ταπεινοόμαι, *Vulg.* humilior: *in* Pſalm. 62. v. 2., *LXX.* ὑποτάσσομαι, *Vulg.* ſubjicior: *Tandem in* Pſalm. 65. v. 2. *LXX. eſt* πρέπει, *Vulg.* decet; *Alii ubique vertunt* ſilentium: *Radix hujus vocis eſt* דום, *&* דמה.

דּוּמָם Silens, Iſai. 47. v. 5. לְאֶבֶן דּוּמָם lapidi ſilenti, Habac. 2. v. 19. *Convenit cum* דָּמָה *&* דָּמַם, *quæ etiam vide*.

דּוּמֶּשֶׂק Dummeſech, *& juxta Vulg.* Damaſcus, *nom. propr. primariæ*, *& regiæ urbis Syriæ*, *quæ eſt eadem ac* דַּמֶּשֶׂק, *ad ſeptentrionem Judææ*, *ſive terræ promiſſionis*, 2. Reg. 16. verſ. 10.

דון Litem, cauſam egit; *vel* propriam; *unde eſt* diſceptavit, *ut in Kal*, Gen. 6. v. 3., *in Niphal*, 2. Sam. 19. v. 10., *ubi* mutua *exprimitur* diſceptatio; *in Hiph.* Eccleſ. 6. v. 10., *vel* alterius, *eam cognoſcendo*, *inſontes abſolvendo*, *ſontes vero condemnando*, *& puniendo*; *& tunc* דון

eſt judicavit, judicium exercuit, jus dixit, *ut* Gen. 15. v. 14., Deuteron. 32. v. 36., Pſalm. 54. v. 3., *&c.*, *ita Joa. Simon*: *Præter.* דָּן, דִּין־עָנִי judicavit cauſam pauperis, Jerem. 22. v. 16. *Chald. Partic.* דָּאנִין cauſam cognoſcentes, Eſdr. 7. v. 25., *ubi Maſorethæ notant legendum* דָּיְנִין; *quia* א *ſcheva mobili affici non ſolet.*; *ſimile in* דור. *At quum* א *habet ſcheva compoſitum, manet*: *Vide* קום. *Niph. Particip.* נָדוֹן diſceptans apud ſe, 2. Sam. 19. v. 9. *Hiph.* הֵדִין judicavit: *&c. ut ante. In Infinitivo, & Imper. communiter deficit* ה *characteriſticum*: *Infinit.* לָדִין ad judicandum, pro לְהָדִין, Iſai. 3. v. 13. *Imper.* דִּין judica, Iob 35. v. 14.

דון, *m.* Judicium: שַׁדּוּן quod judicium eſt, Job 19. verſ. 29. quod ex jure juſtum & equum eſt.

דִּין *m. Idem*, Cauſa, ſententia judicata, Deut. 17. v. 8. *Cum affix.* מִדִּינִי & cauſam meam, Pſalm. 9. v. 5.

דִּין *Chald. Idem*, Dan. 4. v. 34. *Emphat.* דִּינָא, Dan. 7. v. 10. *vel* דִּינָה Eſdr. 7. v. 27.

דַּיָּן *m.* Judex, Pſal. 68. v. 6., 1. Sam. 24. v. 16. *Chald. plural.* דַּיָּנִין cauſidici, cauſarum cognitores, Eſdr. 7. v. 25.

מָדוֹן *m.* Contentio, *ut* Pſal. 80. v. 7. אִישׁ מָדוֹן vir contentionis, *id eſt*, contentioſus, Jerem. 15. v. 10. *Plurale eſt*, אֵשֶׁת מִדְוָנִים mulier contentionum, *id eſt*, contentioſa, Proverb. 27. v. 15., *&* מִדְיָנִים Prov. 18. v. 18. *Conſtr.* מִדְיְנֵי אִשָּׁה contentiones mulieris, Prov. 19. v. 13.

מְדָנִים *m. p. Idem*, Prov. 6. v. 19., *volunt ex priori forma eſſe contractum*.

מְדִינָה *f.* Judicium, juriſdictio; *ſed metonymice ſumitur pro* provincia, ditione, territorio, *quod* juriſdictioni *ſubeſt*, Eſth. 1. v. 22. *Plural* מְדִינוֹת *Ibid. Chald.* מְדִינְתָּא *f. idem*, Eſdr. 5. v. 8. *Conſtr.* מְדִינַת Dan. 3. v. 1. *Plur.* מְדִינָן Eſdr. 4. v. 15. *Emph.* מְדִינָתָא Dan. 2. v. 3.

דוץ Exſilire: *Futur.* תָּדוּץ exſilit, Job 41. v. 13. *LXX. eſt* τρέχει currit; *Vulg.* præcedit, *Chaldaicum eſt*.

דור, *Joa. Simon arbitratur proprie ſignificare* circuivit, gyrum egit, rotundum fuit; *qui quidem ſenſus obtinet etiam apud Arabes*: *Hinc* habitavit, ætatem egit, in terra habitavit: *quia, addit ille, primæ* habitationes *fuere* rotundæ, *ſive in* rotundum *extructæ, ut hodieque Americanorum*; *unde*

de & lat. urbs, *ab* orbe *dicta ſecundum Varronem*, *& Iſidorum*. *Apud Hebræos verbum hoc occurrit tantum in infinit.* מִדּוּר præ habitare, Pſalm. 84. v. 11., דּוּרִי habitare meum, habitatio mea, Iſai. 38. v. 12.

דּוּר *Chald.* Habitavit: *Particip. præſ. plur.* דָּאֲרִין habitant, Dan. 2. v. 38. *quod legendum* דָּיְרִין: *Conſtr.* דָּאֲרֵי habitantes, habitatores, Dan. 4. v. 32. *legendum* דָּיְרֵי; *ſic infra in* זוּן: *Futur.* תְּדוּר habitabat, Dan. 4. v. 18., יְדֻרוּן habitabant, Dan. 4. v. 9., *quod ſcribitur cum* ו *redundante*.

דּוּר *m. Joa. Simoni, aliiſque eſt in genere* rotunditas, orbis, ſphæra: כַּדּוּר ſicut ſphera, Iſai. 29. v. 3. *Item* pila rotunda, *quæque in* gyrum *agi ſolet*; כַּדּוּר quaſi pila, Iſai. 22. verſ. 18., *Item* rogus, pyra, *ſtrues lignorum* rotunda: דּוּר הָעֲצָמִים, Ezech. 24. v. 5., *LXX. interpretantur* ὑπόκαιε τὰ ὀστᾶ ſuccende oſſa; *Vulg.* compone ſtrues oſſium; *Kimchi habet* ſtrue pyram, *vel* rogum oſſium; *In horum propterea ſententia* דּוּר *laudato in loco eſt imperat. in Kal verbi* דּוּר; *Aliis autem ibidem eſt ſimpliciter* pyra, rogus oſſium.

דּוֹר Dór, *nom. propr. regionis, & urbis ad mare, in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem*, Joſ. 11. v. 2., 12. v. 23. *&c.*

דּוֹר *vel* דֹּר *m.* Ætas, generatio, *homines una ætate, & generatione viventes*, Eccleſ. 1. v. 4. *Cum affix.* וְאֶת דּוֹרוֹ & generationem ejus, Iſai. 53. v. 8. *Plur.* לְדוֹר דּוֹרִים in generationem generationum, *id eſt*, in omnes generationes, Iſai. 51. verſ. 8. *Fœmin.* דּוֹרוֹת v. 9. *Cum affix.* לְדֹרֹתָיו per generationes illius, Levit. 25. v. 30.

דָּר *Chald. Idem*: עִם דָּר וְדָר cum generatione, & generatione, Dan. 3. v. ultimo.

מְדוּרָה *f.* Pyra, rogus, Ezech. 24. v. 9. *Cum affix.* מְדֻרָתָהּ pyræ ejus, Iſai. 30. v. 33. *Vulg. ibidem vertit*, nutrimenta ejus, *ignis videl.*

מְדָר *&* מְדוֹר *m. Chald.* Habitatio: *Cum affix.* מְדוֹרָךְ habitatio tua, Dan. 4. v. 22. מְדָרְהוֹן habitatio eorum, Dan. 2. v. 11.

דּוּרָא Durá, *nom. propr. campi, vel urbis in provincia Babylonis*, Dan 3. v. 1.

דּוּשׁ *Significat* I. *in genere* contrivit, calcavit, conculcavit, Iſai. 25. v. 10., II. *in ſpecie* trituravit, *quod fiebat* pedibus *jumentorum*, Deuter. 25. v. 4., Iſai. 28. v. 28.,

 Amos

Amos 1. verſ. 3. III. *metaphorice* ſubegit, vicit, Iſai. 25. v. 10., Hoſee 10. v. 11., Mich. 4. v. 13. IV. male tractavit, caſtigavit, punivit, Judic. 8. v. 7., Amos 1. v. 3., Habac. 3. v. 11. *Præter.* וְדָשׁ חִטִּים & triturabat triticum, 1. Paral. 21. v. 20. *Partic. præſ. fœm.* דָּשָׁה, *vel* דָּשָׁא *cum* א *in fine pro* ה, *ut habent plurimi emendati codices*, triturans, Jerem. 50. v. 12., *LXX. ibidem vertunt* ἐν βοτάνῃ in herba; *Vulg.* ſuper herbam, *hoc eſt* pinguis, laſciviens; *legebant* דֶּשֶׁא, *a* דָּשָׁא herbaſcere. *Infin.* אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ triturando triturabit eum, Iſai. 28. v. 28. *cum proſthesi literæ* א. *Chald. Futur. cum affix.* וּתְדוּשִׁנַּהּ & triturabit, conteret eam, Dan. 7. verſ. 23. *Niph. præter.* וְנָדוֹשׁ & trituratur, Iſai. 25. verſ. 10. *Infin. cum Schurek*, כְּהִדּוּשׁ ſicut triturabitur, Iſai. 25. v. 10. *Hiph.* הֵדִישׁ; *unde infinit. cum præfix*, *&* *affix.* בְּדִישׁוֹ, Deuter. 25. v. 4. *pro* בְּהַדִּישׁוֹ in triturare eum, *hoc eſt*, qui triturat; *ſive ut vertunt LXX.* ἀλοῶν, *Vulg.* triturans. *Hoph. Futur.* יוּדַשׁ triturabitur, Iſai. 28. v. 27.

דּוּת. *Vide ſupra poſt* דָּוָה *pag.* 194.

דַּיִשׁ *m.* Tritura, Levit. 26. v. 5.

דִּישׁ *m.* Trituratio: *Cum affix.* בְּדִישׁוֹ in trituratione ejus, dum triturat, Deuter. 25. v. 4.

מְדֻשָׁה *f.* *Idem*: *Cum affix.* מְדֻשָׁתִי tritura mea, Iſai 21. v. 10.

דִּישֹׁן *m.* Pygargus, caprea *quædam ſylveſtris*, damis *non abſimilis*, *ut quidam volunt*, Deut. 14. v. 5.

דחה Depulit, impulit: *Præter. cum infin.* דָּחֹה דְחִיתַנִי impellendo impuliſti me, Pſaſ. 118. v. 13. *Niph. Particip. plur. conſtr.* נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל depulſos Iſraël, Iſai. 11. v. 12., *quidam à* נָדַח *deducunt*, *quaſi nomen participale a ſing.* נִדָּח. *Futur.* יִדָּחֶה impellit ſe, impellitur, Proverb. 14. verſ. 32; יִדַּחוּ impellantur, Jerem. 23. v. 12., *cum Pathach*, *&* *penacutum*, *præter normam*. *Pyh. Præter.* דֹּחוּ impelluntur, Pſal. 36. v. 13.

דְּחִי *m.* Impulſio ad lapſum, lapſus: מִדֶּחִי à lapſu, Pſal. 56. verſ. 14.

מִדְחֶה *m.* Impulſio, Prov. 26. v. 28.

דַּחֲוָן *Chald.* Cantiones, inſtrumenta muſica, Dan. 6. v. 19., *ſic dicta*, *quod triſtitiam* depellant, *ut Aben Eſræ placet*; *aut* muſici, *quaſi* exhilarantes *dicti*, *per tranſpoſitionem literarum*

rum à חָרָה, *quaſi* חָרוֹן *juxta R. Saadiam.* Kimchi menſam *exponit ex uſu Rabinorum*; *unde* דַחֲוָנוֹת menſæ. *Theod. vertit* ἐδέσματα, *Vulg.* cibi.

דחל *Chald.* Timuit: *Particip. præſ. plur.* דָחֲלִין timentes, Dan. 5. v. 19. *Pih.* דַחֵל terruit. *Futur.* וִידַחֲלִנַּנִי & exterruit me, Dan. 4. v. 2. *Particip.*, *ſive nomen*, דְחִיל *m.* terribilis, Dan. 2. v. 31. *Fœmin.* דְחִילָה timenda, Dan. 7. verſ. 7.

דֹּחַן *m.* Milium: וַעֲדָשִׁים וְדֹחַן & lentes, & milium, Ezech. 4. verſ. 9. *Vide ſupra* דַחֲוָן *pag.* 198.

דחף Impulit: *Particip. Præter.* דְחוּפִים impulſi, *id eſt*, feſtinantes, Eſth. 3. v. 15., *&* 8. v. 14. *Niph. præt.* נִדְחַף אֶל־בֵּיתוֹ impulit ſe, proripuit ſe domum ſuam, *& juxta Vulg.* feſtinavit ire in domum ſuam, Eſth. 6. v. 12. נִדְחַף לָצֵאת impellebatur ad eundum, 2. Paral. 26. v. 20.,

מַדְחֵפוֹת *f. p.* Impulſiones, Pſal. 140. v. 12.

דחק Arctavit, preſſit: *Particip. præſ. cum affix.* וְדֹחֲקֵיהֶם & prementes eos, oppreſſores eorum, Judic. 2. v. 18. *Futur. plur. cum Nun paragogico, & in pauſa* יִדְחָקוּן prement, Joel. 2. v. 8.

דַּי *Particula Hebraica expletiva, quæ adjicitur præpoſitionibus* בְּ, כְּ, *&* מִ: *præpoſitionum autem hujuſmodi, quibus illa adjicitur, ſignificationi nihil prorſus addit; ſed ad eaſdem accedit ſolius euphoniæ, & ornatus gratia, ut e. gr.,* בְּדֵי *eſt* in, inter, pro; כְּדֵי ſecundum, ſicut; מִדֵּי a, ab, ex, de, præ, *Item* מִדֵּי *verbis junctum* multitudinem actionis *involvit, inquit Joa. Simon, ideoque reddendum per* quoties, quotieſcumque, *ut* 1. Sam. 1. v. 7., 18. v. 30., 1. Reg. 14. v. 28., *&c. ſic, & cum nomine*, Jerem. 48. v. 27. *Alium ejuſdem* דֵּי *ſenſum vide infra in* דַּי.

דִּי *Chald. notat* I. pronomen relativum *utriuſque generis, & numeri*, qui, quæ, quod, *ut Hebræum* אֲשֶׁר, *cui reſpondet*, ut Dan. 4. v. 3., Eſdr. 6. v. 2. *&c.* II. nominativum, *ſic* דִּי כָל־אֱנָשׁ דִּי־יִקְרֵה כְּתָבָה דְנָה omnis homo, qui legerit ſcripturam hanc, Dan. 5. v. 7., *ita &* 6. v. 14. III. genitivum, דִּי־דְהַב auri, Dan. 2. v. 32., דִּי־לֵהּ ejus, *ibidem* v. 20. IV. conjunctionem cauſalem, quia, quod, Dan. 2. vv. 8. 9., 3. vv. 18. 28. *&c.*, Eſdr. 4. vv. 13. 15. 16., 5. v. 8.,

v. 8., 7. v. 24. &c., *unde* דִּי הֵן quod si Dan. 2. v. 9. V. *latine ſonat*, ex, *ut* Dan. 2. verſ. 32., דִּי זִמְנָא יִנְתְּנֻן־לֵהּ, Dan. 2. v. 16. VI. *cum* particulis *ſeparabilibus*, דִּי לָא non, Dan. 6. v. 6., & qui non, quæ non, *ibidem* 2. v. 34., 3. v. 6., *item* ut non, *ibidem* 2. v. 18. עַד דִּי uſque dum, Dan. 2. v. 9., עַל דִּי ſuprà, magis quàm, Dan. 3. v. 19., *compoſitum*, כְּדִי quum, Dan. 3. v. 7., הֵא־כְּדִי perinde ac, Dan. 2. v. 43., וּכְדִי & quum, Dan. 5. v. 20.

דַּי *m.* Sufficientia, ſufficiens, ſatis; עַד־בְּלִי־דָי uſque ad non ſufficientiam, *id eſt*, abundantiſſime, abſque omni menſura, *ut dediſſe nunquam ſatis ſit*, Malach. 3. verſ. 10., וּכְדַי בִּזָּיוֹן & quantum ſatis eſt contemptus, Eſth. 1. verſ. 18., לְמַדַּי ad ſufficientiam, 2. Paralip. 30. v. 3., *pro* לְמִן דַּי *per pleonaſmum particularum* מִן, & ל: *Vide non diſſimilem in* ראש *in voce* רִאשׁוֹן: *Cum affix.* דַּיֶּךָּ quod ſatis eſt tibi, Prov. 25. v. 16. *Conſtr.* דֵּי שֶׂה ſufficientiam pecudis, quantum ſatis eſt pro pecude, Levit. 5. v. 7., דֵּי הָשִׁיב לוֹ ſufficientiam reſtituere ipſi, *id eſt*, quantum ſatis erit ad reſtituendum ipſi, Levit. 25. v. 28., דֵּי מַחְסֹרוֹ ſufficientiam defectus illius, *id eſt*, quantum ſatis eſt indigentiæ ejus, Deuteron. 15. v. 8., כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ ſecundum ſufficientiam redemptionis ſuæ, Levit. 25. v. 26. *Videtur potius eſſe plurale conſtructum ex integro* דַּיִם, *ut* חַיִּים *conſtructè* חֵי. *Eſt etiam* דַּי *ſyllabica adjectio, ſeu particula expletiva, quam vide ſupra.*

שַׁדַּי Omnipotens: אֲנִי־אֵל שַׁדַּי ego ſum Deus omnipotens, Gen. 17. v. 1. *proprie.* qui ſufficiens, qui in ſe, & à ſe ſufficientiam, & abundantiam omnimodam habet, *ita ut nullius ope egeat. Eſt unum ex nominibus Dei compoſitum, juxta R. Salomonem, & alios Hebræos, ex pronomine inſeparabil* שׁ, *cum Pathach hoc loco notato, & nomine ſuperiori* דַּי. *Vide &* שָׁדַד.

דִּיבֹן Dibón, *nom. propr. urbis a Moſe Rubenitis datæ, ſed inhabitatæ a Gaditis*, Num. 32. vv. 3. 34., Joſ. 13. vv. 9. 17.

דִּיבֹן גָּד Dibongád, *nom. propr. civitatis, quæ eadem videtur ac præcedens*, דִּיבֹן, Num. 33. v. 46.

דַּיָּג *m. f.*; *unde plural. cum præfix.* הַדַּיָּגִים piſcatores, Iſai. 19. v. 8. *Vide ſupra in* דוג, & דיג.

דְיַח *Chald.* Atramento maculavit ; *Syris*, & *Perſis eſt* Dæmon ab atri coloris *ſpecie*, *qua potiſſimum hominibus ſe conſpiciendum exhibet*, *ut graviorem intuentibus terrorem incutiat* ; *Hinc*, *auctoribus Kimchio*, *Elia*, *Bocharto*, *aliiſque*, *ſunt* .

דַיָּה *fœm. Vulg. aliiſque eſt* Milvus ; *Bocharto autem eſt* vultur, *quia* דַיָּה *inter ea ab* Iſai. 34. v. 15., *recenſetur animalia*, *quæ* conveniunt, *aut* congregantur ; *Hoc autem*, *addit idem auctor*, *a* milvorum *genio tam abhorret*, *quam* vulturum *naturæ convenit*. *Non putaverim tamen*, *omne* vultuum *genus hoc nomine contineri*, *ſed ſolum* nigros ; I. *quia*, Deuter. 14. vv. 13. 17., דיה, & רחם *diſtinguuntur a Moſe*, *tamquam diverſa animalia*, *jam vero* רחם *ſignificat* vulturis *genus magna ex parte* album : II. *quia* דיה, דיו atramentum *ſunt conjugata* ; *atque R. Kimch. utrumque revocat ad eandem radicem*. *Occurrit autem* דַיָּה *in ſingul.* Deuteron. 14. v. 13. *Plur.* דַיּוֹת Iſai. 34. v. 15., milvi, *vel* vultures, *uti volunt R. Salomon*, *Bochartus*, *aliique*.

דְיוֹ *m.* Atramentum : עַל־הַסֵּפֶר בַּדְּיוֹ in libro cum atramento, Jerem. 36. v. 18.

דֵי, דַי, דִי, דַּי. *Vide paullo ante*.

דִימוֹן Dibón, Iſai. 15. v. 9. *nom. propr. urbis ejuſdem ac* דִּיבוֹן ; *Aliis eſt rivus*, *ſive torrens*, *quem Eliſeus a Deo impetravit*, & *cujus aquæ ob ſolis radios ex adverſo micantes rubræ inſtar ſanguinis Moabitis apparuerunt*, 2. Reg. 3. vv. 16. 17. 20.

דִימוֹנָה Dímoná, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, *ad auſtrum*, *prope Idumæam*, Joſ. 15. v. 22.

דִין, דִּין. *Vide* דון, & *quæ ſequuntur pag.* 195. 196.

דִינָא, & *cum* ה *pro* א.

דִינָה. *Vide ut ſupra pag.* 196.

דִינָה Diná, *nom. propr. filiæ Jacobi ex Lia uxore*, Gen. 30. verſ. 21.

דִינָיֵא Dinæi, *nom. propr. unius e populis*, *quos ex Aſſyria in Samariam tranſtulit Aſenaphar*, Eſdr. 4. v. 9.

דִיפַת, 1. Paral. 1. v. 6., Diphath, *nom. propr. filii Gomer*, *qui*, Gen. 10. v. 3., *mutato* ד *in* ר, *dicitur* רִיפַת.

דָּיֵק *m.* Munitio, propugnaculum, antemurale: *Aliis eſt* arie., *ſeu machina quælibet bellica muris dejiciendis, comminuendiſque idonea; occurrit*, 2. Reg. 25. v. 1., Jerem. 52. v. 4., Ezech. 4. v. 2., 17. v. 17., 21. v. 27.

דַּיִשׁ, *&* דִּישׁ. *Vide ſupra* דּוּשׁ *pag.* 198.

דִּישֹׁן, *vel* דִּישׁוֹן. *Vide ſupra pag.* 198.

דִּישָׁן Diſán, *nom propr. filii Seir Horræi*, Gen. 36. v. 21.

דֵּךְ *Chald.* hic, is, iſte: בֵּית אֱלָהָא דֵךְ domum Dei hanc, Eſdr. 5. v. 17. *Fœm.* דָּךְ iſta, hæc: קִרְיְתָא דָךְ urbs iſta, Eſdr. 4. v. 13.

דָּכָא Attritus, contritus eſt, *in Kal inuſit. Niph. partic.* נִדְכָּא contritus; *plur. m.* נִדְכָּאִים contriti, Iſai. 57. verſ. 15. *Pih. præter.* דִּכָּא לָאָרֶץ atterit in terram, *id eſt*, attritam dejicit, Pſal. 143. v. 3., *deſinit in* Kametz *ad formam quieſcentium tertia* ה: דִּכָּאתָ contrivisti, Pſal. 89. v. 11., *ſimiliter ad formam eandem. Futur. cum affix.* וּתְדַכְּאוּנַנִי & attereti me, Job 19. v. 2., *quod eſt ex ſequenti Radice*; א *omnino redundante*, *&* *cum* Nun *epenthet. ante affix.*, *more Syrorum. Pyh. Præter.* דֻּכְּאוּ attriti fuerunt, Jerem. 44. v. 10. *Partic.* מְדֻכָּא attritus, Iſai. 53. verſ. 5. *Hitph. Futur. cum ſyncopa*, וְיִדַּכְּאוּ & conteretur, Job 5. v. 4., *pro* יִתְדַּכְּאוּ.

דַּכָּא *m.* Contritus, Iſai. 57. v. 15. עַד־דַּכָּא uſque dum ſit contritus, Pſal. 90. v. 3, פְּצוּעַ דַּכָּא vulneratus, (*&*) contritus, Deut. 23. v. 2., *ſcil.* בֵּיצִים teſticulis, *ut Rabbini exponunt*, *vel* virilitate, *ut in textu ſequitur. Vulg. vertit*, eunuchus. *Plur. conſtr.* דַּכְּאֵי רוּחַ Pſal. 34. v. 19., *LXX. ſunt* ὀλιγόψυχοι puſillanimes; *Vulg.* humiles ſpiritu; *Alii vertunt* attriti, contriti ſpiritu.

דָּכָה Attrivit ſe: *Futur.* וְדָכֶּה, Pſal. 10. v. 10., atterit ſe, humiliat ſe, *hoc eſt*, *membra ſua contrahit*, *&* *in terra prorepit inſtar animalium, quæ prædæ inſidiantur*: *LXX. eſt* ταπεινώσει, *Vulg.* humiliabit (*eum*); *Aq.* θλασθεὶς fractus, attritus. *Niph. Præter.* וְנִדְכֵּיתִי, Pſal. 38. v. 9., & attritus fui; *LXX.* καὶ ἐταπεινώθην, *Vulg.* & humiliatus ſum: *Partic.* וְנִדְכֶּה & contritum, Pſalm. 51. v. 19. *Pih. Præter.* דִּכִּיתָ contrivisti, Pſalm. 51. v. 10., דִּכִּיתָנוּ contrivisti nos, Pſal. 44. v. 20.

דַּכִּי *m.* Contritio; *cum* Catephkamez *loco* Scheva: *unde cum affix.* דָּכְיָם contritionem ſuam, *vel* fragorem ſuum, Pſalm. 93. v. 3., *Hebræi, Vulgatus, aliique vertunt* fluctus ſuos, *qui ſic dicuntur, quod* ſeſe mutuo conterunt. *Vide in* דוך.

דכך *Hebræis inuſit., apud Arabes idem ſignificat ac Hebr.* דכא, *&* דכה; *inde ſunt*.

דַּךְ, *& in pauſa* דָּךְ Humilis, pauper, attritus, Pſalm. 74. v. 21. *Plur. cum affix.* דַּכָּיו, Prov. 26. v. 28., (odit) attritos ſuos; *LXX., & Vulg. vertunt*, (odit) veritatem; *legiſſe videntur* זַכָּיו puros, ſinceros ſuos, *hoc eſt, qui ſincere, & vere cum eo loquuntur. Sed Joa. Simoni arbitratur,* דַּכָּיו *idem fere eſſe ac* דַּכָּא, *mutata tertia radicali* ה *in* ו.

דַּכָּה *f.* Contritio, contuſio, Deuter. 23. v. 2.

דָּכְיָם. *Vide ſupra in* דָּכִי.

דִּכֵּן *Chald.* pronom. demonſtrativum, hic, iſte, hæc, iſta, Dan. 2. v. 31., 7. vv. 20. 21.

דוּכִיפַת, *vide ſupra poſt* דּוּךְ *pag.*

דְּכַר *Chald.* Recordari, meminiſſe, *pro Hebræo* זָכַר, *litteris* ז *&* ד *commutatis. Inde ſunt*

דְּכַר *m.* Mas, *in genere, ut Hebræis* זָכָר; *in ſpecie autem*, aries; *quod ſicut per* maſculum *familia memoratur, hoc eſt, continuatur; ita greges ovium per* arietes *perpetuantur; Plur.* דִּכְרִין arietes, Eſdr. 6. vv. 9. 17., 7. v. 17.

דִּכְרוֹנָה *f.* memoriale, *LXX. eſt* ὑπομνηματισμὸς commentarius; *Vulg.* hiſtoriæ, Eſdr. 6. v. 2.

דָּכְרָנַיָּא *m. p.* Res memorabiles, commentarius, Eſdr. 4. v. 15.

דָּלַג Subſiliit, inſiliit, ſaliit, tranſiliit: *Præter.* הַדּוֹלֵג, Sophon. 1. v. 9., inſiliens, ſaliens, ſubſiliens; *Vulg. vertit*, qui arroganter ingreditur. *Pih. Partic.* מְדַלֵּג ſaliens, Cant. 2. v. 8. *Futur.* אֲדַלֶּג־שׁוּר tranſiliam murum, Pſalm. 18. v. 30. יְדַלֵּג ſaliet, Iſai. 35. v. 6.

דָּלָה Evexit, extulit, hauſit: *Præter.* דָּלֹה דָלָה לָנוּ hauriendo hauſit nobis, Exod. 2. v. 19. *Futur. cum affix., &* Nun *epenthet.* יִדְלֶנָּה exhauriet illud: Prov. 20. v. 5. *Pih. Præter.* דִּלִּיתָנִי evexiſti me, Pſal. 30. v. 2. *Imperat.* דַּלְיוּ tollite, extrahite, Prov. 26. v. 7., *cum* י *loco tertiæ radicalis* ה, *& Dages excidit. Vide in* דלל.

דַּל *m.* Elatio, elatum: עַל־דַּל שְׂפָתָי ſuper elatum labiorum meorum,

meorum ; Pſalm. 141. v. 3. *id eſt*, labium ſuperius, *juxta R. Salom. Vide* דָּלֶת, *vide etiam poſt* דלל.

דְּלִי *m.* Situla, Iſai. 40. v. 15. *Plurale*, *vel*, *duale cum affixo*, מִדָּלְיָו è ſitulis ſuis, Num. 24. v. 7 *quaſi ex integra forma* דְּלָיִים *à* דְּלִי, *& inde* דָּלְיָו, *tranſpoſitis duobus punctis*, *vel à* דְּלָיִים *inſtar* אָזְנַיִם. *Dualis verò forma eſſe poteſt*, *quod duæ* ſitulæ *plerumque ad hauriendam aquam adhibentur*.

דְּלָיָהוּ Dalaià, Delaias, *nom. propr. virorum*, 1. Paralipom. 3. v. 24., Jerem. 36. v. 12.

דָּלִיּוֹת *f. p.* Propagines, palmites, *quia* ſurſum ſe elevant, *vel quod ſuccum è radice* extrahunt & hauriunt : *Cum aff.* דָּלִיּוֹתָיו propagines ejus, Jerem. 11. v. 16. *ſingulare ſit* דָּלִית.

דָּלַח Turbavit, conturbavit; *& de* aquis *tantum dicitur* : *Futur.* וַתִּדְלַח מַיִם & conturbaſti aquas, Ezech. 32. v. 2., וְלֹא תִדְלָחֵם neque conturbet eas, v. 13.

בדלח, *vide ſupra pag.* 88.

דָּלַל Exhauriri, attenuari, *quod Chaldæus interdum* depauperari *explicat* : *item* elevari, *ut* aquæ hauriendo, *quomodo cum* דָּלָה *convenit* : *Præter.* דָּלְלוּ exhauriuntur, attenuantur, Iſai. 19. verſ. 6. דַּלּוּ elevantur, *vel* exhauriuntur ſpectando in ſublime, Iſai. 38. v. 14. *Niph. Futur.* יִדַּל attenuabitur, Iſai. 17. v. 4.. *Vide in* דָּלָה.

דְּלִילָה Dalilà, *nomen propr. mulieris*, *quam amavit Samſon*, Jud. 16. v. 4.

דַּל Tenuis, attenuatus, exhauſtus, *viribus ſcil.*, *& facultatibus* : דַּל הוּא tenuis ipſe, Levit. 14. v. 21., כָּכָה דַּל adeo attenuatus, 2. Sam. 13. v. 4., עַל-דַּל, *vide in* דָּלָה : *Sed Joa. Simoni aliud eſt* דָּל, Exod. 23. v. 3., Levit. 19. v. 15., *ſcil.* elatus ſuper alios, dives, præpotens; *Vulg. tamen*, *atque alii utrobique interpretantur* pauperem : *Plur.* דַּלִּים tenues, Iſai. 11. v. 4., וְדַלִּים & attenuati, *ſcil. fiebant*, 2. Sam. 3. v. 1., *vide in* דָּלָה.

דַּלָּה *f. Latine ſonat*, I. tenuitas fortis, paupertas; *ſed ſumitur ſæpius adjective* : *unde LXX. vertunt* πένης, *Vulg.* pauper, mendicus : *Conſtr. cum præfix.* וּמִדַּלַּת הָאָרֶץ & ex tenuitate terræ, *id eſt*, ex tenui populo terræ, Jerem. 40. v. 7 *Plur.* וּמִדַּלּוֹת, & ex attenuatis, *ſive* tenui populo, Jerem. 52. vv. 15. 16. II. peniculamentum, peniculi, *quos*

texto-

textores in extrema tela relinquunt, quaſi tenue, *ſeu* rarum *filum dicas*; מִדַּלָּה à peniculis, *vel* peniculamento, Iſai. 38. v. 12. *Ab. Eſra vertit* propter tenuitatem, *id eſt*, infirmitatem. III., *ſecundum aliam ſignificationem*, vitta: וְדַלַּת רֹאשֵׁךְ & vitta capitis tui, *juxta quoſdam*, Cant. 7. v. 5., *vel* cincinni capitis tui, *aut*, implexum, *ſive* capilli implexi capitis tui, *ut R. Salomon explicat*: *Vulg. ibidem habet* comæ.

דִּלְעָן Deleán, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. verſ. 38.

דָּלַף Stillavit, perſtillavit: *Præter.* דָּלְפָה ſtillat, Job 16. v. 20. *Futur.* יִדְלֹף perſtillat, Eccleſ. 10. v. 18.

דֶּלֶף *m.* Stilla, Prov. 27. v. 15.

דַּלְפוֹן Delphón, *nom. propr. unius e filiis Aman*, Eſth. 9. v. 7.

דָּלַק Arſit, accenſus fuit: *item*, perſecutus, inſectatus eſt; *& tunc regit Accuſativum*, *vel ſimpliciter*, *vel cum* præpoſitione אַחֲרֵי poſt. *R. Salom. ſcribit in* Pſal. 7. v. 14. כל דליקה לשון רדיפה הוא, *h. e.* verbum דָּלַק *ſemper ſignificat* perſecutionem. *Præter.* כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי quod fervide inſectatus es me, Gen. 31. v. 36.; וְדָלְקוּ בָהֶם & accenſi in eos, Abdia v. 18. דְּלָקֻנוּ inſectantur nos, Thren. 4. v. 19. *Partic.* דֹּלְקִים, Prov. 26. v. 23., *a LXX. redditur* δόλια doloſa; *a Vulg.* tumentia; *ab aliis vero* ardentia, (labia): *Cum præfix.* לְדֹלְקִים, Pſalm. 7. verſ. 14., *LXX. vertunt* τοῖς καιομένοις, *Vulg.* ardentibus; *Sym.* εἰς τὸ καίειν, *Hieron.* ad comburendum; *Alii* in ardentes, *vel* fervide inſectantibus: *Chald. Particip.* דָּלִק ardens, Dan. 7. v. 9. *Hiphil*, הִדְלִיק accendit, incendit. *Infin.* הַדְלֵק accendendo, Ezech. 24. v. 10. *Futur.* יַדְלִיקֵם incendat eos, Iſai. 5. v. 11.

דַּלֶּקֶת *f.*; *unde cum præfix.* וּבַדַּלֶּקֶת, Deut. 28. v. 22., & febri ardente. *LXX. contra vertunt* ἐ' ῥίγει, *Vulg.* & frigore, *per antiphraſin*.

דֶּלֶת, *& in pauſa* דָּלֶת c., *ſed ſæpius*, *f.* Oſtium, janua, porta, fores: *Metaphorice* folium, pagina libri, *quaſi ejus* janua: סִגְרוּ הַדֶּלֶת occludite fores, 2. Reg. 6. v. 32. *Cum affix.* בְּדַלְתּוֹ in janua ejus, 2. Reg. 12. verſ. 9. וּסְגוֹר דְּלָתֶיךָ & occlude januam tuam, Iſai. 26. v. 20.; *quod ſcribitur cum* י *redundante*. *Hinc*, *juxta Aben Eſram*, עַל־דַּל ſuper

per oſtium , Pſal. 141. v. 3. *per Apocopam literæ* ה , *quam dicit in priori forma eſſe formativam generis fœminini , adeoque adventitiam, non radicalem . Hoc modo poſſet eſſe à Radice* דָּלָה , *ſic dicta* janua , *quod* cardinibus ſuis elata ſit , *vel* in alto vehatur : *Duale*, דְּלָתַיִם fores, valvæ , *quaſi* januas bifidas *dicas*, Malach. 1. v. 10. *eſtque quaſi a ſingulari* דָּלָה , *formæ* שָׂפָה : *Conſtr.* דַּלְתֵי , Job 3.v.10. , *Plural.* שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת tres paginas, Jerem. 36. verſ. 23. *Conſtr.* דַּלְתוֹת הַבַּיִת fores domus, Jud.19.v.27. *Vide ſupra in* דלה , דלל *pag.*203.204.

דֶּלֶת ; דָּלִית , *vide ſupra pag.* 203. 204.

דָּם *m.* Sanguis , reatus ſanguinis : *Quidam deducunt ab* אָדֹם rufus , *per Aphæreſin, ut ſic à* rubedine *dicatur* : *Conſtruct.* דַּם נְקִיִּים ſanguinem innocentum, Jerem.19. v.4. , וְדַם עֵנָב & ſanguinem uvæ , *id eſt*, ſuccum , Deuter. 32. v. 14. *Cum affix.* דָּמְךָ ſanguis tuus , 1. Reg. 2. 37. : בְּדָמְךָ *vide ſupra in* דום : דִּמְכֶם ſanguinem veſtrum , Gen. 9. v. 5. *Plur.* חֲתַן־דָּמִים ſponſus ſanguinum es mihi , Exod.4.v.25., *ſic ferè* cædes , *quaſi* ſanguinis *effuſionem denotat* : דָּמִים בְּדָמִים נָגָעוּ cædes aliæ alias cædes attigerunt , Hoſ. 4. verſ. 2. *Conſtr.* קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ vox ſanguinum fratris tui , *id eſt* , ſanguinis cæde fuſi , Gen. 4. v. 10. *Cum affix.* דָּמָיו בּוֹ ſanguines ejus in eo , *id eſt* , cædis cauſa eſt in ipſo , *ac proinde reus eſt mortis* , *ut Chaldæus reddit paraphraſtes* , Levit. 20. verſ. 9. *R. Salom. hic notat* : *Ubicunque dicitur* דָּמָיו בּוֹ ſanguis ejus in eo eſt , *ibi intelligitur* lapidatio, *q. d.* ipſe ſibi lapidationis cauſa eſt , *id colligit ex verſu* 27. ; *ubi dicitur* ; lapidibus obruuntur , דְּמֵיהֶם בָּם ſanguis ipſorum in ipſis eſt. *Vide in* דום , דָּמָה , *&* דָּמַם .

דָּמָה *Triplicem præſefert ſenſum . I. & quidem proprie, latine ſonat* aſſimilavit ſe , ſimilem ſe exhibuit , ſimilis fuit , *vel* factus eſt ; *& ſemel tranſitive* aſſimilavit, Jerem. 6. verſ. 2. *Præter. Kal m.* דָּמָה aſſimilatus eſt, ſimilis fuit , Pſalm 144. verſ. 4. , Ezech. 31. verſ. 8. *Fœmin.* דָּמְתָה ſimilis facta eſt , Cant. 7. verſ. 8. , דָּמִית ſimilis factus es , Ezech. 31. vv.2.18. , דָּמִּתִי , aſſimilavi , Jerem. 6. verſ. 2. , *& intranſitive* , aſſimilatus ſum , ſimilis factus ſum , Pſal. 102. v. 7. , *Plural.* דָּמוּ ſimiles fuerunt , Exech. 31. v. 8. , דָּמִינוּ ſimiles fuiſſemus, Iſai 1. v. 9. *Part. præſ.* דּוֹמֶה aſſimila-

milatus, ſimilis, Cant. 2. verſ. 9. *Imper.* דְּמֵה ſimilis eſto, Cant. 2. v. 17., 8. v. 14. *Futur.* יִדְמֶה aſſimilabitur, Pſal. 89. v. 7. *Plural.* נִדְמֶה ſimiles erimus, Iſai 46. v. 5. *Niph. præter.* נִדְמֵיתָ ſimilis factus es, Ezech. 32. v. 2. *Pih.* דִּמָּה aſſimilavit; *item* cogitavit, imaginatus eſt, *q. d.*, *rei alicujus ſibi finxit* imaginem, ſimilitudinem *rerum mente concepit*; *Præt.* דִּמִּיתָ imaginatus es, exiſtimaſti, Pſal. 50. v. 21., דִּמִּיתִי imaginatus ſum, exiſtimavi, Num. 33. v. 56., Iſai. 14. v. 25. *Cum affix.* דִּמִּיתִיךְ aſſimilavi te, Cant. 1. v. 9. *Plural.* דִּמּוּ cogitarunt, exiſtimarunt, voluerunt, Jud. 20. v. 5., דִּמִּינוּ cogitavimus, exiſtimavimus, Pſal. 48. v. 10. *Futur.* אֲדַמֶּה aſſimilabo, Thren. 2. v. 13., *item* ſimilitudines facio, *ſive* propono, Hoſe. 12. v. 11., תְּדַמִּי imagineris, exiſtimes, Eſth. 4. v. 13., יְדַמֶּה imaginatur, cogitat, exiſtimat, Iſa. 10. v. 7. *Plural. cum* ן *paragogico*, *&* ה *mutato in* Jod, תְּדַמְּיוּן aſſimilabitis, Iſa. 40. vv. 18. 25., 46. v. 5. *Hitbpah. Futur.* אֶדַּמֶּה, *pro* אֶתְדַּמֶּה, ſimilis ero, ſimilem me faciam, Iſai. 14. v. 14. II. דָּמָה, *mutuata ſignificatione a* דום, *eſt*, ſilet, quieſcit, deſtitit, ceſſavit; *ſic in futur.*, תִּדְמֶה quieſcet, ceſſabit, Thren. 3. verſ. 49. *Plural.* תִּדְמֶינָה quieſcent, ceſſabunt, Jerem. 14. verſ. 17. III. דָּמָה *ſignificat* exciſus, ſucciſus fuit: *ſic præter.* וְדָמִיתִי, Hoſe. 4. verſ. 5., & exſcindam; *ſed LXX. ibidem habent* κὴ ὡμοίωσα aſſimilavi; *Vulg. autem* tacere feci. *Niph.* נִדְמָה exciſus eſt, Iſai. 15. v. 1., Hoſe. 10. v. 15., Soph. 1. v. 11., *&* *fœm.* נִדְמְתָה exciſa eſt, Jerem. 47. v. 5., *cum* ה *paragogico*, נִדְמֵיתָה exciſus es, Abd. 1. v. 5., *in hunc ſenſum interpretanda*, *quæ apud* Iſai. 6. v. 5., Hoſe. 4. v. 6., 10. v. 7., Pſal. 49. vv. 13. 21., *Pih. præter.* דִּמָּה exſcindere conatus, excidium intendit, 2. Sam. 21. v. 5. *Vide in* דום, *&* דָּמַם.

דְּמָה *Chald.* Similis fuit; *unde partic. præſ.* דָּמֵה ſimilis, Dan. 3. v. 25., *f.* דָּמְיָה, Dan. 7. v. 5.

דְּם Similitudo; *unde cum affix.* בְּדָמְךָ in ſimilitudine tua, Ezech. 19. v. 10., *id eſt*, בִּדְמוּתְךָ, *juxta Kimchium*, *quo etiam reſpexit Chaldæus*: *Alii tamen ibidem interpretantur* in ſanguine tuo. *Vide ſupra in* דָּם, *&* דום, *pag.*

דֻּמָּה *f.*, *Unde cum præfix.* כְּדֻמָּה, Ezech. 27. v. 32., *LXX. interpretantur* κατασιγηθεῖσα ſilere facta, *Vulg.* quæ obmutuit

tuit; *Alii* exciſa; *quibuſdam eſt nom. proprium*.

דֳּמִי *m. Unde cum præfix.* בִּדְמִי, Iſai. 38. v. 10., *LXX. vertunt*, ἐν ὕψει in altitudine; *legebant* בְּרֻמִי *a* רוּם altum eſſe; *Recentiores habent*, in exciſione; *Vulg.*, in dimidio.

דֳּמִי *m. In varium ſenſum ab Interpretibus accipitur*: Pſal. 83. v. 2., אַל־דֳּמִי־לָךְ *redditur ab LXX.* ὁμοιωθήσεταί σοι, *a Vulg.*, quis ſimilis erit tibi? *id eſt*, *ad verbum*, non ſimilitudo tibi *cum alio*; *ab Hieron.*, ne taceas tibi; *ab aliis autem*, ne ſit tibi ſilentium: Iſai. 62. v. 6., אַל־דֳּמִי לָכֶם, *ab LXX.* οὐκ ἔστι γὰρ ὑμῖν ὅμοιος non enim eſt vobis ſimilis; *a Sym.*, μὴ ἡσυχάσατε ne quieſcatis; *a Vulg.*, ne taceatis; *ab aliis*, non ſit vobis ſilentium: *Tandem*, Iſai. 62. verſ. 7., וְאַל־תִּתְּנוּ דֳמִי לוֹ, *Sym. vertit*, neque detis quieſcere ei; *Theod.*, καὶ μὴ δῶτε σιγὴν αὐτῷ, *Vulg.*, neque detis ſilentium ei.

דֻּמִיָּה, *Vide ſupra* דּוּמִיָּה *pag.* 195.

דִּמְיוֹן *m.* Similitudo: *Cum affix.* דִּמְיֹנוֹ ſimilitudo ejus, Pſalm. 17. v. 12. *LXX. ibidem habent*, ὑπέλαβόν με, *Vulg.*, ſuſceperunt me; *legebant* דִּמּוּנִי.

דְּמוּת *f. Idem*, Iſai. 13. v. 4. *Cum affix.* כִּדְמוּתֵנוּ ſecundum ſimilitudinem noſtram, Gen. 1. v. 26.

דָּמַם Siluit, conticuit: *Metaphoricè*, quievit, acquievit, ſubſtitit, exſpectavit. *Præter.* וְלֹא דָמוּ neque quieſcunt, Job 30. v. 27. *Imper.* דּוֹם ſubſiſte, Joſ. 10. v. 12., *Fœm.* דּוֹמִּי expecta, ſubſiſte: *cum præfix.* וָדֹמִּי & ſile, Jerem. 47. v. 6. דֹּמּוּ ſubſiſtite, 1. Sam. 14. v. 9. *Futur.* וָאֶדּוֹם & conticui, Job 31. v. 34. וַיִּדֹּם & ſubſtitit, Joſ. 10. v. 13., תִּדֹּם ſileat, quieſcat, Tren. 2. v. 18., תִּדֹּמִּי ſilebis, Jerem. 48. v. 2. *Plural. cum* ה *paragogico* נִדְּמָה ſilebimus, quieſcemus, ſileamus, Jerem. 8. v. 14., יִדְּמוּ ſilebunt, conticeſcent, Exod. 15. v. 16., Pſal. 31. v. 18. *Niph.* נָדַם ſiluit, conticuit, *&c. ut ſupra*: *Item Joa. Simoni*, *aliiſque eſt* exciſus, ſucciſus eſt: *Præter. plur.* וְנָדַמּוּ, Jerem. 25. v. 37., & exſcindentur, devaſtabuntur: *LXX. autem vertunt*, καὶ παύσεται, & quieſcet, *Vulg.*, *aliiſque*, & conticuerunt, & ſiluerunt; *Futur. plur.* יִדַּמּוּ, 1. Sam. 2. v. 9., exſcindentur; *Vulg. aliique eſt*, conticeſcent. *Pih. Præter.* דּוֹמַמְתִּי *vide in* דּוּם. *Hiph. Præter.* הֲדִמָּנוּ ſilere fecit nos, ſilentium

tium indixit nobis, Jerem. 8. v. 14. *Hithp. juxta quoſdam,* תִּדֹּמִּי exſcindaris, *id eſt*, prorſus vaſteris, Jerem. 48. v. 2., *pro* תִּתְדּוֹמְמִי. *Vide* דּוּם, & דָּמָה.

°דּוֹמָם. *Vide in* דּוּם.

דְּמָמָה *f.* Silentium, 1. Reg. 19. v. 12., Pſal. 107. v. 29., Job 4. v. 16.; *LXX., Aq., Theod. eſt*, αὔρα, *vel* αὔρα, *Vulg.*, aura; *Sym.* γαλήνη, & ἠρεμία, tranquillitas, quies; *Aliis eſt*, ſilentium.

דַּמִּים Dommím, *nom. propr. loci in Tribu Juda, inter Socho, & Azecha*, 1. Sam. 17. v. 1.

דמן *Inuſit., ſed Arab.* Stercoravit; *unde Hebr.* דֹּמֶן *m.* ſtercus, fimus, Pſalm. 83. v. 11., כְּדֹמֶן ſicut fimus, 2. Reg. 9. v. 37.

דִּמְיֹן. *Vide ſupra pag.* 208.

דִּמְנָה Damná, *nom. propr. urbis in Tribu Zabulon Levitis conceſſæ*, Joſ. 21. v. 35.

מַדְמֵנָה *f.* Stercorationis locus, ſterquilinium, *juxta Ab. Eſram*, Iſai. 25. v. 10. *At* Iſai. 10. v. 31. *eſt proprium nomen loci.*

דמע Lachrymatus eſt: *Infinit. cum futur.*, וְדָמוֹעַ תִּדְמַע & lachrymando lachrymabit, Jerem. 13. v. 17.

דֶּמַע *f.* Lachryma: *Metaphoricè* liquor, *veluti vini, vel Olei: Cum affix.* מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ plenitudinem tuam, & lachrymam tuam, Exod. 22. v. 28., *id eſt*, frugum, ac vini, oleique primitias, *ut dicitur* Deuter. 18. v. 4., plenitudinem, *id eſt*, plenas, ac maturas ſpicas, lacrymam, *id eſt*, muſtum, ac oleum, *quæ, calcata, inſtar* lachrymarum *manant, & guttatim ſtillant. De his primitias dare ne differto. In hunc ſenſum reddit Targ. Jeruſchalmi*: בִּכּוּרֵי פֵּירָךְ וּבִכּוּרֵי יַעֲוָךְ primitias fructuum tuorum, & primitias vini torcularium tuorum.

דִּמְעָה *f.* Lachryma: Pſal. 126. v. 5. *Conſtr.* דִּמְעַת Eccl. 4. v. 1. *Cum affix.* אֶת־דִּמְעָתֶךָ lachrymas tuas, Iſai. 38. v. 5. *Plural.* כָּלוּ בַדְּמָעוֹת deficiunt præ lachrymis, Thren. 2. v. 11.

דמשק *m.* Angulus, latus, *idem quod* פֵּאָה, *ut Aben Eſræ placet*, Amos 3. v. 12. *Aliis tamen ibidem eſt nom. propr.*, Damaſcus *videl.*, *Unde LXX. interpretantur*, ἐν Δαμασκῷ, *Vulg.* in Damaſci (*grabato*); *in hunc etiam ſenſum accipiunt Chald., Syrus, Arabs, &c.*

דַּמֶּשֶׂק Damaſcus, *nom. prop. urbis, quæ eſt eadem ac* דּוּמֶּשֶׂק, *de qua ſupra. Item nom. propr. procuratoris domus Abraham*, Gen. 15. v. 2.

דָּמְתָה *Vide ſupra in* דמה.

דֵּן דְּנָה *Chald.* ille, iſte: illa, iſta, עַל דְּנָא דְּנָה ſuper arcano iſto, Dan. 2. v. 18., *ubi maſculinum*, דְּנָה עִם דְּנָה hoc cum illo, Dan. 2. v. 43., אַחֲרֵי דְנָה poſthæc, poſthac, v. 29., כִּדְנָה ſecundum hoc, ſic, hujuſmodi, Jerem. 10. v. 11., Dan. 5. v. 7.

דָּן Dan, *nom. propr. quinti filii Jacob, a quo & Tribus Dan nomen ſortita eſt ſuum*, Gen. 30. v. 6., *Item nom. propr. urbis in Tribu Nephthali*, 1. Sam. 3. v. 20.

דּוֹנַג *m.* Cera, Pſal. 68. v. 3., הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג fuit cor meum ſicut cera, Pſal. 22. v. 15.

דִּינָא, *Vide ſupra in* דִּין *pag.* 201.

דְּנָה· *Pronom. Chald. in ſtatu emphatico, vide ſupra* דֵּן.

דַּנָּה Danná, *nom propr. urbis in montanis Tribus Juda*, Joſ. 15. verſ. 49.

דִּנְהָבָה Denába, *nom. propr. civitatis Idumææ, in qua regnavit Bela filius Beor*, Gen. 36. v. 32.

דָּנִיֵּאל Daniél, *nom. propr. ſecundi filii Davidis ex Abigail Carmelitide*, 1. Paralip. 3. v. 1., *Item nom. prophetæ*, Dan. 1. v. 6.

דִּינָה *vide ſupra in* דִּין *pag.* 201.

מְדִינְתָּא. *Vide ſupra in* מְדִינָה *pag.* 196.

דָּעַךְ Exſtinctus fuit: *Præter.* דָּעֲכוּ exſtinguentur, Iſai. 43. v. 17. *Futur.* יִדְעַךְ exſtinguetur, Prov. 20. verſ. 20. *Niph. Præter.* נִדְעֲכוּ exſtinguuntur, *id eſt*, diffluunt, *de aquis dictum*, Job 6. v. 17. *Puh. Præter.* דֹּעֲכוּ exſtincti ſunt, Pſal. 118. v. 12. *LXX. ibidem vertunt*, ἐξεκαύθησαν, *Vulg.* exarſerunt.

דְּעוּאֵל Duél, *nom. prop. patris Eliaſaph principis Tribus Gad*, Num. 1. v. 14., *qui cap.* 2. v. 14. *dicitur* רְעוּאֵל.

דַּעַת, *& in pauſa* דָּעַת Cognitio, ſcientia: *vide in* יָדַע.

דָּפָה *Inuſit. inde eſt* דֳּפִי Infamia, probrum, *Vulg.* ſcandalum: בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן דֹּפִי in filium matris tuæ dabis infamiam, Pſal. 50. v. 20.

דָּפַק Pulſavit: *Præter.* וּדְפָקוּם & pulſaverint eas, Gen. 33. verſ. 13. דּוֹפֵק pulſans, Cant. 5. v. 2. *Hithp. Partip.* מִתְדַּפְּקִים

מְתְדַּפְּקִים עַל־הַדֶּלֶת pulſantes januam, Jud. 19. v. 22.
דָּפְקָה Daphca, *nom. propr. loci prope deſertum Sin, ubi fuit nona manſio filiorum Iſraël*, Num. 33. v. 12.
דִּקְלָה Decla, *nom. propr. filii Jectan*, Gen. 10. v. 27.

דָּקַק Comminuit: comminutus fuit: *Præter.* דַּק לְעָפָר comminutus eſſet in pulverem, Deut. 9. v. 21, Exod. 32. v. 20. *Chald.* דָּקוּ comminuta ſunt, Dan. 2. v. 35., *quaſi à* דוק *ex forma Quieſcentium ſecunda, ut non raro hæc cum Defectivis ſecunda radicali formas permutant. Futur.* וְתָדוּק & comminues, Iſai. 41. v. 15., יְדֻקֶּנּוּ comminuit ipſum, Iſai. 28. v. 28. *Hiph. Præter.* הֵדַק comminuit, 2. Reg. 23. v. 15. *Infinit.* הָדֵק comminuendo, Exod. 30. v. 36., *& irregulariter* לְהֵדַק, 2. Paral. 34. v. 7. *pro* לְהָדֵק. *Futur.* אֲדִקֵּם & comminuam eos, 2. Sam. 22. verſ. 34., *accentu retracto*, וַיָּדֶק & comminuit, 2. Reg. 23. v. 6. *Chald. Præter. fœmin.* וְהַדֶּקֶת & comminuit, Dan. 2. v. 43., הַדִּקוּ comminuerunt, Dan. 6. v. 25. *Partic. præſ.* מְהַדֵּק comminuens, Dan. 2. v. 40., *& eliſo* ה *characteriſtico fœmin.*, מַדְּקָה comminuebat, Dan. 7. v. 7. *Futur. fœmin.* תַּדִּק comminuet, Dan. 2. v. 40. *Cum affix.* וְתַדְּקִנַּהּ & comminuet eam, Dan. 7. v. 23. *Hoph. Futur.* יוּדַק comminuetur, Iſai. 28. v. 28.

דַּק *m.* Minutus, tenuis, gracilis: minutum, res minuta, Exod. 16. v. 14. אוֹ־דַק aut gracilis, gracili corpore præditus, Levit. 21. v. 20., *juxta Aben Eſram: At R. Salomon exponit pro homine, cujus oculus panniculo, vel pellicula tenui obductus eſt:* כַּדַּק ſicut rem minutiſſimam, Iſai. 40. v. 15. *Fœmin.* דַּקָּה Levit. 16. v. 12. *Plural.* וְדַקּוֹת בָּשָׂר & tenues carne, Gen. 41. v. 3.

דֹּק *m.* Conopeum, aulæum, cortina, Iſai. 40. v. 22. *LXX.* eſt, camera, fornix; *Vulg.* nihilum; *Aliis*, pellis, pellicula, *proprie* tenuiſſima.

דָּקַר Transfixit, transfodit: *Præter.* דָּקָרוּ, Zach. 12. v. 10., *Aq., Sym., Theod. vertunt* ἐξεκέντησαν, *Vulg., aliique*, transfixerunt *Niph. Futur.* יִדָּקֵר transfodietur, Iſai. 13. verſ. 15. *Pyh. Particip.* מְדֻקָּרִים transfixi, Jerem. 37. verſ. 10.

מַדְקֵרָה *f.* Transfoſſio: *Plural. Conſtr.* כְּמַדְקְרוֹת חָרֶב ſicut transfoſſiones gladii, Prov. 12. v. 18.

הַרְקַת , *vide ſupra in* רָקַק .

דַּר *m.* Parius lapis, parium marmor, *candidum*, *juxta quoſdam*, Eſth. 1. v. 6. *Rabbini lapidem pretioſum eſſe exiſtimant*.

דְּרָא *Hebræis inuſit.*, *ſed Chaldæis*, *& Arabibus*, Repulit, rejecit, reprobavit, *&c. Hinc*

דֵּרָאוֹן *m.* Contemptus, averſatio, nauſea, faſtidium, reprobatio: *Sed LXX. in* Iſai. 66. v. 24. *vertunt*, εἰς ὅρασιν in viſionem; *Vulg.*, uſque ad ſatietatem viſionis: *In* Dan. *vero* 12. v. 2., לְדִרְאוֹן *a Theod. redditur*, εἰς αἰσχύνην in, *vel* ad ignominiam; *& a Vulg.*, ut videant; *legebat ſiquidem* לְרָאוֹן ad viſionem, *a* רָאוֹן *inuſit. formæ* חָזוֹן.

אִדְּרָא . *Vide ſupra in* אָדַר.

הַדִּירָא . *Vide poſtea in* הדר.

דָּרְבָן *m.* Stimulus, aculeus, *quo boves arantes punguntur*, *& extimulantur*, 1. Sam. 13. v. 21. *Plur. cum* Cholem *in medio*, דָּרְבֹנוֹת aculei, Eccleſ. 12. v. 11. *propriè eſt* ferrum, ligno, *quod* מַלְמַד *dicitur*, *inditum*.

דָּרַג *Hebræis inuſit.*, *ſed Syris*, *& Arab.* gradatim progreſſus eſt, gradatim aſcendit. *Inde eſt*

מַדְרֵגָה *f.* Locus *proprie* acclivis, *inquit Joa. Simon*, ad quem gradatim aſcenditur; *in uſu autem* מַדְרֵגָה *eſt* gradus, gradatio præceps, præcipitium: בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה in latibulo præcipitii, Cant. 2. v. 14. *LXX. ibidem eſt*, προτείχισμα antemurale; *Vulg.* maceria. *Plur.* הַמַּדְרֵגוֹת præcipitia, gradus, Ezech. 38. v. 20., *Chaldæo ſunt* turres; *LXX.* φάραγγες valles, ſepes.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא . *Vide ſupra in* א.

אֲדַרְזְדָא . *Vide ſupra in* א.

דַּרְדַּע Dordá, *nom. propr. filii Mahol*, 1. Reg. 4. v. 31.

דַּרְדַּר *m.* Tribulus, carduus, *vide in* דרר.

דָּרְיָוֶשׁ Dáreiáveſc, *& juxta Vulg.* Darius, *nom. propr. regis Medorum*, Dan. 6. v. 1., Eſdr. 4. v. 5.

דָּרַךְ Calcavit, conculcavit: inceſſit, proceſſit; inceſſus *enim eſt viæ* calcatio: *Ad arcum relatum*, *eſt*, tetendit, intendit: *Præter.* דָּרַךְ כּוֹכָב procedet ſtella, Num. 24. v. 17., דָּרַךְ קַשְׁתּוֹ arcum ſuum tetendit, Pſal. 7. v. 13., גַּת דָּרַךְ torcular calcavit, Thren. 1. v. 15. *Hiph.* הִדְרִיךְ *idem*: *Item* ince-

incedere fecit, deduxit: וְהִדְרִיךְ & deducet, Iſai. 11. v. 15., *Inſin. juxta Kimchium*, עֵת הִדְרִיכָהּ tempus calcandi eam, Jerem. 51. v. 33., *cum Chirek ſub* ה *loco Patach*.

דֶּרֶךְ *c.* Iter, via, *qua* inceditur, Gen. 3. v. 24., Num. 14. v. 18., *&c. Metaforice eſt*, I. vita, Judic. 22. verſ. 21., II. vivendi ratio, mos, conſuetudo, Gen. 31. v. 35., Pſal. 49. v. 14., Job. 3. v. 23., Iſai. 8. verſ. 11. III. *actiones*, opera, ſtudia, Pſal. 1. vv. 1. 6., *&* 35. v. 26., *&c.*, *unde* via omnis terræ *dicitur* mors, Joſ. 23. v. 14., 1. Reg. 2. v. 2. IV. via Dei *eſt*, *vel* ratio *ejus* agendi, *ut* Deut. 32. v. 4., 2. Sam. 32. v. 31., Pſal. 67. v. 3., *vel* ratio vivendi, *&* lex ab eo præſcripta, *ut* Exod. 32, v. 8., Deuteron. 9. v. 12. *&c.* V. via Beerſebae *eſt* cultus, *ſive* religio Beerſebae, Amos 8. v. 14., דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי conſuetudo mulierum eſt mihi, Geneſ. 31. v. 35., בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם ratione Ægypti, Iſai. 10. v. 24. *Cum affix.* לְדַרְכּוֹ in viam ſuam, Num. 24. v. 24. *Dual.* מֵעִקֵּשׁ דְּרָכַיִם quam perverſus duabus viis, *i. e.*, huc illuc ſe flectens, Prov. 28. v. 6. *Plural.* דְּרָכִים viæ, Deuter. 28. v. 7. *Conſtr.* בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ per vias tenebrarum, Prov. 2. v. 13. *Cum affix.* כִּדְרָכָיו ſecundum vias ſuas, Ezech. 33. v. 20.

מִדְרָךְ *m.* Calcatio, veſtigium: *Conſtr.* עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל uſque ad veſtigium plante pedis, Deut. 2. v. 5.

דַּרְכְּמוֹן *m.* Drachma: *à Græcis videtur mutuo ſumptum*: *Alii putant idem eſſe cum* Δαρεικὸς Daricus, *moneta a rege* Dario *dicta*. *Plural.* דַּרְכְּמוֹנִים drachmæ, Eſr. 2. v. 69.

אֲדַרְכֹּן *Vide ſupra in* א.

דָּרַם *Inuſit. Inde eſt* דָּרוֹם *m.* meridies, auſter, plaga meridionalis: אֶת רוּחַ הַדָּרוֹם ventum meridiei, Ezech. 42. v. 18., *id eſt*, plagam auſtralem: יָם וְדָרוֹם occidentem, & meridiem, Deuter. 33. v. 23., *R. Bechai notat*, Deut. 3. v. 27. *ſic dici quaſi* דָּר רוֹם, *vel* דֹּרֵךְ habitans, *vel* incedens alte, *quod ſol illic* procedat *in altitudine ſua*.

דַּרְמֶשֶׂק Darméſech, *&* *juxta Vulg.*, Damaſcus, 1. Paral. 18. v. 5., 2. Paral. 28. v. 5.

דְּרַע *Chald. m.* Brachium: *Plural. cum affix.* דְּרָעוֹהִי brachia ejus, Dan. 2. v. 32.

אֶדְרַע *m. Idem*: בְּאֶדְרַע cum brachio, Eſdr. 4. v. 23.

דֶּרַע Darà, *nom. propr. filii Zaræ filii Judæ*; 1. Paral. 2. v. 6.

דַּרְקוֹן Darcón, *nom. propr. cujuſdam principis familiæ*, &c., Eſdr. 2. v. 56.

דְּרוֹר *m.* Remiſſio, indulgentia, libertas, Levit. 25. v. 10., Jerem. 34. vv. 8. 15. 17., Ezech. 46. v. 17., מָר־דְּרוֹר, Exod. 30. v. 23., *LXX. eſt* myrrha ἐκλεκτή, *Vulg.* electa; *aliis eſt* myrrha libertatis, *id eſt*, *quæ* ſponte, & ſine inciſione *ex arbore* ſtillat; *quaſi diceretur* flos myrrhæ: *Item* דְּרוֹר *eſt* avis, Pſal. 84. v. 4., Prov. 26. v. 2. *A LXX. autem hujuſmodi* avis *exiſtimatur* τρυγών, & ςρουθὸς, *a Vulg. redditur*, turtur, & paſſer: *Bocharto videtur* palumbus, *ſive* columba agreſtis; *aliis eſt*, hirundo; *ſic dicta*, *quod libertatem habet nidificandi in hominum ædibus*. *Talmudici*, אֵין דְּרוֹר אֶלָּא לָשׁוֹן חֵירוּת non ſignificat דְּרוֹר niſi libertatem, Roſch haſchana fol. 9. 2.

דַּרְדַּר *m.* Carduus, tribulus, Geneſ. 3. v. 18., Hoſe 10. v. 8., *ſic dictus*, *quia* libere, & ſua ſponte *in locis incultis creſcit*.

דָּרַשׁ Quæſivit, inquiſivit, perquiſivit: requiſivit, conſuluit, ſciſcitatus, percunctatus eſt: *Conſtruitur cum Accuſativo*, & *variis Præpoſitionibus*: *ut*, ב, ל, אֶל, עַל, &c. *Præter.* דָּרַשׁ בַּיהוָה requiſivit Dominum, 1. Paralip. 10. v. 14., דָּרַשׁ לַבְּעָלִים requiſivit Bahalimos, 2. Paralip. 17. v. 3. &c. *Infinit. anomalus*, לִדְרְיוֹשׁ ad inquirendum, Eſdr. 10. v. 16. *Niph.* נִדְרַשׁ requiri, conſuli: *Præter.* נִדְרַשְׁתִּי quæſitus, *vel* exquiſitus ſum, Iſai. 65. v. 1., Pſal. 111. v. 2. *Infinit. cum futuro* הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם num conſulendo conſular ab illis, Ezech. 14. v. 3., *cum* א *loco* ה, *facilioris pronunciationis cauſa*.

דְּרְיוֹשׁ *m.* Inquiſitio accuratiſſima, Eſdr. 10. v. 16.

מִדְרָשׁ *m.* Commentarius hiſtoria, *quaſi* inquiſitorium, *vel* repertorium *dicas*: *Conſtr.* בְּמִדְרַשׁ in commentario, 2. Paral. 13. v. 22., 2. Paral. 24. v. 27.

דָּשָׁא Germinavit, herbaſcit: *Præter.* דָּשְׁאוּ herbaſcunt, *LXX. vertunt* βεβλάςηκε, *Vulg.*, & *alii*, germinarunt, Joël. 2. v. 22. *Hiph Futur.* תַּדְשֵׁא herbaſcat, *LXX.* & *Aq. habent*, βλαςησάτω, *Vulg.* & *alii*, germinet; *Sym.* ἐξαγαγέτω educat; *Theod.* ἐξενεγκάτω producat, Geneſ. 1. v. 11. *Vide in* דּוּשׁ.

דֶּשֶׁא *m.* Herba tenera, herbula, Geneſ. 1. v. 11., voluntaria *proprie, & inſativa; unde generaliter de omni terræ* virore *dicitur, juxta R. Salomonem*: עֵשֶׂב *autem quamlibet ſuo nomine appellatam ſignificat. Chald.* בְּדִתְאָא דִי בָרָא in tenera herba agri, Dan. 4. vv. 12. 20., *mutato pro more* ש *in* ת.

רָשָׁה *f* Herbilis, *juxta quoſdam*: כְּעֶגְלָה דָשָׁה ſicut vitula herbilis, Jerem. 50. v. 11., *quæ* herbis *paſcitur, & augeſcit, juxta Kimchium in Comment. R. Salom.* ſicut vitula triturans; *quæ ſcilicet jugiter ex tritura comedit, & pingueſcit, quaſi à* דוש. *Vide in* דוש.

דשן Saginatus, pinguefactus fuit: *Præter.* וְדָשֵׁן & saginabitur, Deuter. 31. v. 20. *Pih.* דִּשֵּׁן *duo ſignificat*: I. pinguefecit: דִּשַּׁנְתָּ pingue, *ſive* delibutum reddis, Pſal. 23. v. 5. *Futur.* תְּדַשֶּׁן pinguefacit, impinguat, impinguabit, Prov. 15. v. 30. *Pih. Futur.* יְדֻשַּׁן, *& in pauſa*, יְדֻשָּׁן impinguabitur, pinguis fiet, reddetur, Prov. 28. v. 25., Iſai. 34. v. 7. *Fœm.* תְּדֻשַּׁן, *& in pauſa*, תְּדֻשָּׁן *idem*, Prov. 11. v. 25., 13. v. 4. *Ex Hoph. & Hithp. compoſitum præter.* הֻדַּשְּׁנָה impinguatus, incraſſatus eſt; *Alii vertunt*, pinguefacta eſt, & ſeipſam pinguefecit, Iſai. 34. v. 6. II. דִּשֵּׁן, *latine*, a cineribus purgavit, cinerem abſtulit, decineravit; *item* in cinerem redegit, incineravit: *Præter. plur.* וְדִשְּׁנוּ & accipient, *ſive* removebunt cineres ejus, Num. 4. v. 13. *Infin.* לְדַשְּׁנוֹ ad accipiendos cineres ejus, *ſive* ad cineres ab eo removendos, Exod. 27. verſ. 3., *Futur.* יְדַשְּׁנֶה *pro* יְדַשֵּׁן, *cum* ה *paragogico præter normam*, Pſal. 20. v. 4., in cinerem redigat, *ut igne e cœlo demiſſo in cineres redegit ſacrificium Abelis*: *Sym. reddit*, πίονα ποιήσῃ pinguefaciat, *hoc eſt, gratum habeat inſtar pinguis victimæ*: *Hieron.*, *& Vulg. habent* pinguefiat.

דָּשֵׁן *m* Pinguis, Iſai. 30. v. 23. *Plural.* דְּשֵׁנִים pingues, Pſal. 92. v. 15. *Conſtr.* דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ pingues terræ, Pſal. 22. v. 30.

דֶּשֶׁן *m.* Pinguedo, Pſalm. 63. v. 9. *Item* cinis, 1. Reg. 13. vv. 3. 5., Jerem. 31. v. 39. *&c.*, *quaſi diceretur* pinguefactio agrorum: *veteres enim* cinere *ad arva, & prata* fructificanda *uſos eſſe, docet Plinius lib.* XVII. *cap.* 9.

דִּשֹׁן, *&* דִּישׁוֹן Diſón, *nom. propr. virorum*, Gen. 36. vv. 21. 25.

דִּישָׁן, דִּישׁוֹן *Vide ſupra in* דוש.

דָּת , *& emphatice*

דָּתָא *f.* Lex edictum , jus , Deuter. 33. v. 2. יוֹדְעֵי דָת noſcentes jus , periti juris , Eſth. 1. v. 13. , כְּדָת ſecundum jus , ex jure , Eſth. 1. v. 8. *Cum affix.* אַחַת דָּתוֹ unum eſt jus ejus , *ſive* de eo , Eſth. 4. v. 11. *Plur. conſtr.* וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ & jura regis , Eſth. 3. v. 8. *Cum affix.* וְדָתֵיהֶם & jura eorum , *ibid. Chald.* דָּת *Idem* , Dan. 7. v. 25. , כְּדָת מָדַי ſecundum jus Medorum , Dan. 6. v. 13. , וְדָתָא נֶפְקַת & ſententia egrediebatur , Dan. 2. v. 13. *Cum affix.* דָּתְכוֹן ſententia veſtra , Dan. 2. v. 9. *Plur. conſtr.* דָּתֵי אֱלָהָךְ leges Dei tui , Eſdr. 7. v. 25.

דִּתְאָא *Chald.* Herba , Dan. 4. vv. 12. 20. , *ex Hebræo* דֶּשֶׁא , *mutato* ש *in* ת .

דְּתָבְרַיָּא *Chald.* Legisperiti , Dan. 3. v. 2. , *R. Saadia* , conſiliarii regii , דְּדָתֵיהֶם בָּרִיא quorum jus purum eſt ; וְדָתָם וַעֲצָתָם בְּרוּרָה & quorum lex , & conſilium illuſtre . *Vulg. ſunt* , tyranni ; optimates .

דָּתֵי . *Vide ſupra in* דָּתָא .

דֹּתָיְנָה , *vide infra in* דֹּתָן .

דָּתְכוֹן *vide ſupra in* דָּתָא

דָּתָן Dathán , *nom. propr. filii Eliab* , Num. 16. v. 1.

דֹּתָן Dothán , *nomen propr. urbis , & loci in Tribu Zabulon* , 2. Reg. 6. v. 13. , *Et in duali* דֹּתַיִן , *unde cum* ה *locali , & in pauſa* ; דֹּתָיְנָה in Dothain , Gen. 37. v. 17.

ה In

ה

ה *In numeris valet quinque. Interdum eſt litera* radicalis, *interdum* ſervilis. *Quoties* ſervilis *eſt*, *inquit Joa. Simon*, *vocibus additur vel* ab initio, *vel* in medio, *vel* in fine. *Ab initio vocum eſt* I. Articulus *reſpondens græco* ὁ, ἡ, τὸ, *vocaturque* ה הַיְּדִיעָה He demonſtrativum; *præfigitur autem* nominibus, pronominibus, & participiis; *ut* הַשָּׂדֶה hic, iſte ager, Gen. 23. vv. 17. 20. II. Pronomen relativum, qui, quæ, quod; & *præfigitur* verbis in præterito, & in participio, *rarius* particulis: *ut* הַנִּמְצְאוּ qui inventi ſunt, 1. Paralipom. 1. verſ. 4., הֶעָלֶיהָ quod ſuper eam, 1. Sam. 9. v. 24. *Quidam arbitrantur*, *hcc in ſenſu etiam* nominibus, & participiis *præfigi*: III. Littera *conſtituens* conjugationes Hiphil, Hophal, & Hithpahel, *ut* & infinitivum, *ac* imperativum *in* Niphal. IV. Particula vocandi ô! *diciturque ab Hebræis* He exclamationis; *ut* הַקָּהָל ô congregatio! Num. 15. v. 15. V. Adverbium interrogandi, an? num? numquid? *Innuit autem vel ſimplicem* interrogationem dubitantis, *aut* ignorantis, *ut* הַאַתָּה an tu ſis? Gen. 27. v. 21., *vel* interrogationem *cum* negatione *ſubintellecta*, *ut* הֲשֹׁמֵר num cuſtos? Gen. 4. v. 9., *vel* interrogationem *cum* affirmatione *ſubintellecta*, *ut* הֲמִן nonne de? Gen. 3. v. 11., *vel* admirationem, *ut* הַלְּבֶן num nato? Gen. 17. v. 17. *Nonnumquam tamen deſideratur* interrogandi particula ה, *ut* אַתָּה tu es? *ſupple* הַאַתָּה num tu? Gen. 27. v. 24. VI. ſuperlativum *efficit*, *ſi* adjectivis *præfigatur*, *ut* הַגָּדוֹל maximus, Gen. 10. v. 21. VII. *Sæpius nihil*

hil addit ſignificationi, & *ad ſolum orationis ornatum adhibetur*, *ut* עַל־הַלֶּחֶם לְבַדּוֹ in pane ſolo, Deut.8. v.3. In medio *vocum* ה ſervilis *meram præſefert* emphaſim, *ut cum ante* ם, & ן *affixo interdum inſeritur*, *ut* כֻּלָּהֶם pro כֻּלָּם omnes illi, 2. Sam. 23. v.6., & לְכֻלָּהֶנָה omnibus illis, 1. Reg. 7. v. 37. *Tandem* in fine *vocum* ; I. *conſtituit* fœmininum *tam* in nominibus, *ut* חָכְמָה ſapientia ; *quum* in verbis, *ut* בָּכְתָה flevit, Deuter. 21. verſ. 13. II. Paragogicus *interdum eſt*, & *adjicitur* infinitivo, imperativo, & futuro, pronominibus *quoque* 2. *perſon. maſc. ſingul.*, & *plur. fœm.*, *ſicuti* & 3. *perſ. plur. utriuſque generis*; *rarius* nominibus, *ut* לַיְלָה. III., *Eſt* particula motum, *vel* quietem *exprimens*, *ut* אַרְצָה in terram, Gen. 19. v. 1. IV. *Efficit* intenſivum *ſubjectum vel* in nominibus, *ut* מָוְתָה mors acerbiſſima, Pſalm. 116. v. 15., *vel* in participiis, *ut* בֹּעֵרָה ardens vehementiſſime, Hoſee 7. v. 4., *id quod etiam*, *etſi raro*, *locum habet* in præteritis 3. *perſ. ſing. fœm.*, & in futuris, *ut quibuſdam placet*, 2. & 3. *perſ. ſing.*, *ut* Iſai. 5. v. 19., Joſ. 6. v. 17.

הֵא En, ecce. Geneſ. 47. v. 23., Ezech. 16. v. 43., *Chald.* הֵא כְּדִי ecce ſicut, perinde ac, Dan. 2. v. 43., & *cum Kametz*, הָא Dan. 3. v. 25.

הֶאָח. *Vide in* אח.

הָאֵל. *Vide in* אֵל.

הָאֲרָרִי Hárarí, & *juxta Vulg.*, Arorites, *nom. propr. loci*, *vel patriæ Aiam*, 2. Sam. 23. v. 33.

הָבֵא, הָבִיא, הֲבֵאתָה, הֲבֵאתוֹ, הֲבִיאֹתִיו, לְהָבִיא. *Vide in* בוא.

הָבָה Agedum! *hortantis*, Gen. 11. v. 3. &c. *Item* da, cedo, *poſtulantis particula* ; Gen. 30. v.1., 1. Sam. 14. v.41., &c.

הַבְהֵב הַבְהָבַי. *Vide in* יָהַב.

הָבַל *Kal*, Evaneſcere, vanum fieri, *vel* effici : *Futur.* וַיֶּהְבָּלוּ & vani effecti ſunt, Jerem. 2. v. 5. תֶּהְבָּלוּ evaneſcatis, Pſal. 62. v. 11. *Hiph. Particip.* מַהְבִּלִים הֵמָּה אֶתְכֶם vanos efficiunt ipſi vos, Jerem. 23. v. 16.

הֶבֶל, & *in pauſa*, הָבֶל *m.* Vapor cito evaneſcens, Pſal. 144. v. 4., Prov. 21. v. 6. *Item* vanitas, res vana, & inanis, Pſal. 39. v. 6., Job 7. v. 16. &c., *ſpecialiter de* idolis *dicitur*, Deut. 32. v. 21., 1. Reg. 16. v. 26. &c., Adverbii *etiam vim habet*, *nempe*, vane, inaniter, fruſtra, Job 9. v. 29.

29., 21. v. 34. *Cum affix.* הֶבְלֶךָ vanitatis tuæ, Eccleſ. 9. v. 9. *Plural.* הֲבֵל הֲבָלִים vanitas vanitatum, Eccleſ. 1. v. 2. *Conſtr.* הַבְלֵי־שָׁוְא vanitates, res nihili, Pſal. 31. v. 7. *Cum affix.* הַבְלֵיהֶם vanitatibus ſuis, Deut. 32. v. 21.

הֶבֶל Abel, *nom. propr. filii Adam*, Gen. 4. v. 2.

הבן *Inuſit. Inde* הָבְנִים *m. plur.*, Ezech. 27. v. 15., *Vulg. ſunt* hebenini (dentes): *juxta Hieron.*, *& Kimchium*, hebena, hebenina. ligna: *Judæi alii a Kimchio Abravanele laudati, quoſque ſequitur Bochartus de animalibus ſacris, interpretantur* hebenum, *vel* ebenum, *in ſingulari*, *licet vox pluralis ſit*; quia, *ut eſt Bocharto animadverſum*, *ligna pretioſiſſima ſæpius eo numero efferuntur in Scriptura*. *Chaldæus*, *R. Salomon*, *& Judæi non pauci* הָבְנִים pavones *interpretantur*.

הבר Obſervare, contemplari: *Particip.* הֹבְרֵי שָׁמַיִם obſervatores cælorum, Iſai. 47. v. 13. *Ab. Eſra*, חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת peritos ſignorum cæleſtium, *id eſt*, aſtrologos, *exponit*. *Vox peregrina videtur*, *unde Kimchi ex Arabico deducit*.

הֵגֵא Egeus, *nom. propr. eunuchi Aſſueri*, Eſth. 2. v. 3.

הֵגַי, *vide paullo poſt*.

הגה, *in genere*, Propulit. protruſit: I. rem ex loco; *ſicque* amovit, removit: II. vocem ex ore; *unde* loquutus eſt, *ſive* enunciavit, Iſai. 59. v. 3., Pſal. 35. v. 28., 37. v. 30., 71. v. 24., Prov. 8. v. 7., Job 27. v. 4., *item* muſſitavit, Iſai. 8. v. 19., *ubi tamen LXX.* וְהַמַּהְגִּים *vertunt*, οἱ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσι qui ex ventre loquuntur; *Vulg.*, qui ſtrident incantationibus ſuis: *item* gemuit, Iſai. 38. v. 14., 59. v. 11. III. vocem ex animo; *unde* cogitavit, meditatus eſt; cogitatio *enim eſt quidam* animi ſermo; Pſal. 1. v. 2., 2. v. 1., 38. v. 13., 63. v. 7., 143. v. 5., Prov. 15. v. 28., 24. v. 2., Iſai. 33. v. 18., 59. v. 13., Jerem. 48. v. 31. IV. הָגָה de columba *eſt* gemuit; de leone rugivit. *Præter.* הָגָה בְּרוּחוֹ aufert vento ſuo, Iſai. 27. v. 8. *Infinit.* הָגוֹ סִיגִים auferre ſcorias, Prov. 25. vv. 4. 5. הֹרוֹ וְהֹגוֹ מִלֵּב concipere, & effari ex animo verba falſa, Iſai. 59. v. 13., *cum Cholem ab initio, loco Kametz*. *Futur.* אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה gemebam ut columba, Iſai. 38. v. 14., כַּאֲשֶׁר יֶהְגֶּה הָאַרְיֵה ſicut rugit leo, Iſai. 31. v. 4. *Pyh. Præterit.* הֹגָה amotus fuit, 2. Sam. 20.

20. v. 13. *pro* הָגָה. *Hiphil Particip. plural.* הַמַּהְגִּים, Iſai. 8. v. 19., *quod ſupra*.

הֶגֶה *m.* Sermo, loquela, gemitus, Job 37. v. 2., Ezech. 2. verſ. 10.

הֲגִי. *Vide* גַּיְא, *& quæ ſequuntur pag.* 161.

הָגִיג *m.* Meditatio: *Cum affix.* הֲגִיגִי meditationem meam, Pſal. 5. v. 2., *per geminationem ſecundæ radicalis*.

הִגָּיוֹן *m. Idem*; *LXX. eſt*, ᾠδὴ ode, canticum; *Sym.* μέλος carmen; Pſalm. 9. v. 17. *Conſtr.* וְהֶגְיוֹן לִבִּי & meditatio cordis mei, Pſal. 19. v. 15.

הָגוּת *f. Idem*; וְהָגוּת לִבִּי & meditatio cordis mei, Pſal. 49. verſ. 4.

הגן הֲגִינָה Recta, Ezech. 42. v. 12., הָגוּן rectum, decens, conveniens, honeſtum, *apud Rabbinos*; *Vulg. ibidem vertit*, ſeparatum (veſtibulum). *Vide etiam ſupra poſt* הָגִיג.

הָגָר Agár, *nom. propr. ancillæ Abrahami*, Gen. 16. v. 1.

הַגְרִי Agarái, *nom. propr. patris Mibahár*, 1. Paralip. 11. v. 38., *item populi, qui ex Agare ortus a Vulgato interprete appellatur* Agareus, 1. Paralip. 27. v. 31. *Hinc plur. inſerto* א *pro* Jod.

הַגְרִאִים Agarei, *populi, qui habitabant prope Damaſcum*, 1. Paralip. 5. vv. 10. 19.

הַדְּבָרַיָּא. *Vide ſupra* דְּבַר.

הֵד *m.* Ezech. 7. v. 7., Echo, celeuſma, vox torcular calcantium, meſſorum, nautarum, hoſtium regionem aliquam invadentium, & ſe ſe invicem adhortantium: *Theod. eſt* δόξα. *Vulg.* gloria; *referebant ad* הוֹד decus, gloria. *Vox hæc quibuſdam derivanda videtur ab* הֵידָד.

הֹדּוּ. *Vide infra in* הוֹד.

הדד *Hebræis inuſit., ſed Arab.* ſonum, *vel* vocem edidit, *proprie* fregit, rupit. *Hinc*

הֵידָד *m.* Celeuſma vox ovantium, & ſe invicem hortantium; *Vulg. habet*, vox calcantium, celeuma, *melius* celeuſma, *inquit Guarin*, *a* κελεύω hortor, adhortor, Iſai. 16. vv. 9. 10. לֹא יִדְרֹךְ הֵידָד non calcabit (cum) celeuſmate, Jer. 48. v. 33., *vide ut ſupra* הֵד.

הֲדַד, *&*, *in pauſa*, הָדָד Adád, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 36. v. 36., 1. Reg. 11. vv. 14. 19.

הֲדַדְעֶזֶר

הֲדַרְעֶזֶר, *vide poſtea* הֲדַדְעֶזֶר.

הֲדַדְרִמּוֹן Adadremmón, *nom. propr. urbis prope Jezraelem in campo Mageddon cis Jordanem*, Zach. 12. v. 11.

הָדָה Immiſit, injecit: *Præter.* יָדוֹ הָדָה manum ſuam injiciet, Iſai. 11. verſ. 8. *Ab. Eſra putat, eſſe pro* יָדָה. *Chaldæus reddit*, אוֹשִׁיט extendet. *Vide in* הוֹד.

הֹדּוּ Hódhu, *& juxta Vulg.*, India, Eſth. 1. v. 1., *nom. propr. regionis ampliſſimæ Aſiæ majoris, quæ nomen ſuum obtinuit ab Indo flumine, quod ad ejus occaſum fluit*.

הִדַּי Heddái, *nom. propr. viri e fortibus Davidis*, 2. Sam. 23. v. 30., *qui* 1. Paralip. 11. v. 32. *dicitur* Hurai.

הָדַךְ Contrivit, contudit: *Imper.* וַהֲדֹךְ רְשָׁעִים & contunde improbos, Job 40. v. 12.

הָדַם *Hebræis inuſit. Arab.* rotundus fuit, in gyrum circuivit; *Hinc, ut arbitratur Joa. Simon*, eſt

הֲדֹם *m.* Scabellum, *proprie, ut idem addit*, rotundum, הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ ſcabellum pedibus tuis, Pſal. 110. v. 1.

הַדָּם *Chald.* Diſcidit, diſcerpſit; *hinc*, הַדָּם membrum, fruſtum: *Plur.* הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן fruſta efficiemini, Dan. 2. verſ. 5.

הָדַס *Hebræis inuſit*: *Chald.* ſaliit; *Syr.* alacris fuit; *Rabbinis*, feſtinavit: *Hinc a* celeri, *&* alacri incremento *eſt*.

הֲדַס *m.* Myrtus: Nehem. 8. v. 15. *Plur.* בֵּין הַהֲדַסִּים inter myrtos, Zach. 1. v. 8.

הֲדַסָּה Ediſsá, *cognomen, vel novum nomen Eſtheræ impoſitum*, Eſth. 2. v. 7.

הָדַף Deturbavit, depulit, expulit, impulit: *Præter.* הֲדָפוֹ depulit eum, Num. 35. v. 22. *Futur* יֶהְדָּפֶנּוּ depulerit eum, Num. 35. v. 20. *cum Chatephkametz ſub Daleth loco Scheva*.

הָדַר Honoravit, honorem habuit, exhibuit, miſertus fuit: *Præter.* וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן & honorem habebis faciei ſenis, Levit. 19. v. 32. *Partic. præt.* הָדוּר honoratus, honorifice ornatus, Iſai. 63 v. 1. *Plur.* הֲדוּרִים *Vide in fine hujus Radicis*. *Futur.* תֶּהְדַּר honorem exhibebis, Levit. 19. v. 15. *Niph. Præter.* נֶהְדָּרוּ honore afficiuntur, Thren. 5. v. 2. *Vulg. ibidem vertit*, erubuerunt. *Hithp. Futur.* תִּתְהַדַּר, Prov. 25. v. 6., decorem, *vel* honorem tibi arrogabis, glorìaberis; *LXX.*

LXX. *vertunt*, ἀλαζονεύῃ ſuperbias, *Vulg.*, glorioſus appareas.

הדר *Chald. idem*: *Pah. præter.* הַדַּרְתְּ honoraſti, glorificaſti, Dan. 5. v. 23., הַדְּרֵת glorificavi, Dan. 4. v. 31. *Partic.* מְהַדַּר glorifico, Dan. 4. v. 34.

הֲדַר Adar, *nom. propr. octavi regis Edom*, Gen. 36. v. 39.

הָדָר *m.* Honor, decus, decor, majeſtas: *Conſtruct.* וּמֵהֲדַר גְּאֹנוֹ & propter decorem excellentiæ ejus, Iſai. 2. v. 10. *Cum affix.* הֲדָרִי decorem meum, Mich. 2. v. 9. *Plural. conſtruct.* בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ in decoris, *ſcil.*, locis ſanctitatis, Pſalm. 110. verſ. 3.

הֲדַר *m. Idem*: *Conſtr.* הֲדַר מַלְכוּת decorem regni, *ſive* regium, Dan. 11. v. 20., *Cum affix.* הַדְרִי וְזִוִי decor meus, & ſplendor meus, Dan. 4. v. 33. *& Chald. cum* א *Emphatico* הַדְרָא, Dan. 5. verſ. 18., *Theod. eſt*, δόξα, *Vulg.*, *& aliis*, gloria, decus, *&c.*

הֲדָרָה *f. Idem*: *Conſtr.* בְּהַדְרַת קֹדֶשׁ in decore ſanctitatis, Pſal. 29. v. 2. *Cum* ל *præfix.* לְהַדְרַת, 2. Paral. 20. v. 21., *LXX. interpretantur*, ἐξομολογεῖσθαι καὶ αἰνεῖν ad confitendum, & laudandum; *Vulg.*, ut laudarent; *Alii*, in decore, *&c.*

הֲדוּרִים *m. plur.*, *unde cum præfix.* וַהֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר, Iſai. 45. v. 2. tortuoſa, inæqualia, reflexa rectificabo; *Joa. Simon vertit*, honorata, honore, *&* gloria conſpicua complanabo, *id eſt*, humiliabo; *Vulgat.* & glorioſos terræ humiliabo, *omnes propterea* הֲדוּרִים *derivant ab* הָדַר, *quod Hebr.*, honoravit, glorificavit; *Chald. autem uſu ſignificat*, rediit, reverſus eſt, circumiit, in ſe reflexus fuit, *&c.*

הֲדוֹרָם, *&* הֲדֹרָם Adorám, *vel* Adurám, *nom. propr. virorum*, Gen. 10. v. 27., 1. Paral. 18. v. 10., 2. Paral. 10. v. 18.

הֲדַרְעֶזֶר Adarézer, *nom. propr. filii Rohob regis Soba*, 1. Paral. 18. vv. 3. 5. 8. *&c. qui* 2. Sam. 8. v. 3. *dicitur* הֲדַדְעֶזֶר Adadézer; *idque mendo graphico, ut Guarin videtur.*

הָהּ Ah, *Vox naturalis dolentis*, *LXX. eſt* ὦ, ὦ, ô, ô; *Vulg.*, væ, væ. Ezech. 30. v. 2. *Aliàs* אֲהָהּ, *ut eſt ſuo loco.*

הוּא *Chal.* Fuit; *vide* הֲוָה.

הוּא *Pronomen tertiæ perſonæ ſingul. maſc.*, ille, ipſe, hic, illud, ipſum, hoc, Gen. 2. v. 13., Exod. 6. v. 27. *&c.* *Sæpe pro verbo ſubſtantivo* ſum, es, eſt, erit, *&c. uſurpatur*, *ut* Exod. 1. v. 16., Levit. 1. vv. 13. 17., *&c. Cum articulo præfix.* הַמָּקוֹם הַהוּא loci illus, Gen. 31. v. 2. *Cum* ה *interrogativo* הַהוּא an ille? Num. 23. v. 19. *Plural.* הֵם ipſi: *&* *cum* ה *paragogico*, הֵמָּה Gen. 6. v. 4. *Chald.* וְהוּא & ipſe, Dan. 2. v. 21. *Plural.* הִמּוֹן Dan. 2. v. 34., *& per apocopam* הִמּוֹ, Dan. 2. v. 21.

הוּא *Pronomen tertiæ perſonæ ſingul. fœm.*, *poſito* ו *loco* Iod. *Vide infra* היא.

הוֹד *m.* Decus, decor, gloria, majeſtas: *Frequenter cum ſuperiore* הָדָר *conjungitur*: *ut*, הוֹד וְהָדָר decus, & majeſtatem, Pſal. 21. v. 6. *Cum affix* הוֹי הֹדֹה heu decus ejus, Jerem. 22. v. 18., *cum* He *loco* Vau: הוֹדְךָ decorem tuum, Pſal. 8. v. 2.

הוֹד Hód, Hódh, *nom. propr. filii Supha filii Helem*, 1. Paralip. 7. v. 37.

הוֹדַוְיָה Odoiá, *&* Oduiá, *nom. prop. virorum*, 1. Paralip. 3. v. 24., 5. v. 24, 9. v. 7., Eſdr. 2. v. 40.

הוֹדְיָה Odaiá, *ſive* Odaias, *vel* Odeviá, *nom. propr. ſororis Naham*, 1. Paralip. 4. v. 19., *Item nom. propr. Levitæ*, Nehem. 9. v. 5., 10. vv. 10 12. *&c.*

הוָה Fuit: *Particip.* וְאַתָּה הֹוֶה, Nehem. 6. v. 6., & tu exiſtens, futurus; *ſæpe participia tempus futurum exprimunt*: מַה הֹוֶה quid eſt, *vel* ſupereſt, Eccl. 2. v. 22. *Imperat.* הֱוֵה גְבִר eſto herus, *vel* dominus, Gen. 27. v. 29. *Et cum* א *loco* ה *ex forma Chaldaica*; הֱוֵא־אָרֶץ eſto terræ, *id eſt*, in terra, *vel*, ſuper terram, Job 37. v. 6., הֱוִי סֵתֶר eſto latibulum, Iſai. 16. v. 4. *Futur.* יְהוּא erit, Eccl. 11. v. 3., *planè irregulariter pro* יֶהֱוֶא: *Sed Joa. Simon arbitratur, dictionem hanc eſſe potius nomen, referendum ad rad. inuſit.* יהא.

הֲוָה, *&* הֲוָא *Chald. ſignificat idem*, Dan. 4. verſ. 25., *&c.* Eſdr. 5. v. 11., *&c. Præter. fœm.* הֲוָת, *&* הֲוַת erat, fuit, Dan. 2. v. 35., 7. v. 19., Eſdr. 4. v. 24., 5. verſ. 5. הֲוַיְתָ fuiſti, Dan. 2. v. 31. הֲוֵית eram, Dan. 4. v. 1., הֲווֹ fuerunt, Eſdr. 4. v. 20. *Infinit.* לֶהֱוֵה, Dan. 4. v. 22. *&*

cum

cum א , לֶהֱוָא , Dan. 2. v. 20., Eſdr. 4. verſ. 12., *&c.* ; ad eſſendum, ad eſſe, *id eſt*, ut ſit : *Cum* ן *paragog.* , לֶהֱוֹן *contracte pro* לֶהֱוְיוֹן ut ſint ipſi, Dan. 2. v. 43., *&c.* *Fœm.* לָךְ לֶהֱוְיָן tibi ut ſint ipſæ, *vel* ipſa, *id eſt*, tua ſint, *ſive* ſunt, *pro* לֶהֱוְיָן, Dan. 5. v. 17. *Imper.* הֱוֺו eſtote, Eſdr. 4. v. 22. *Futur.* תֶּהֱוֵה erit, Dan. 4. v. 24., *&* *in Aleph* תֶּהֱוֵא ſit, Eſdr. 6. v. 8. *Vide ſupra in* הָוָה *Hebr.*

הוָה *f.* Accidens, caſus, qui accidit, *ſpecialiter* caſus adverſus, ærumna, pravitas, Ezech. 7. v. 26., Iſai. 47. v. 11.

הַוָּה *f. Idem*, Job 6. v. 2., 30. v. 13., Pſal. 57. v. 2., 91. v. 3., Prov. 19. v. 13. *Sed* Pſal. 52. v. 9., Prov. 10. v. 3., הַוָּה *eſt Joa. Simoni, aliiſque* ſubſtantia, *id videl.*, *quod homini ex labore ſuo reliquum* exiſtit, *&* remanet, *quaſi* exiſtentiam *dicas, ut Græci* ὀυσίαν *vocant* : *Denique* Prov. 10. v. 3., 11. v. 6., Mich. 7. v. 3., *quibuſdam aliis Interpretibus* הַוָּה *eſt* deſiderium, *idque* pravum : *Conſtr.* הַוַּת : וְהַוַּת בּוֹגְדִים & ſubſtantiam perfidorum, Prov. 10. v. 3., *Chaldæus*, וְקִנְיָנָא דְרַשִׁיעֵי & poſſeſſionem impiorum : וּבְהַוַּת & ærumna ſua, Prov. 11. v. 6., *pro* בְּהַוָּתָם, *ut R. Levi complet, adjuncto affixo*, *&* *ſic Chaldæus*, וּבְרַשְׁעֵיה & in impietate ſua : *Conferatur etiam præcedens verſus* : *Cum affix.* בְּהַוָּתוֹ in ſubſtantia ſua, Pſal. 52. v. 9. וְהַיָּתִי & ærumnam meam, Job 6. v. 2., *ſcritum cum* י, *legendum per* ו, הַוָּתִי. *Sic* Job 30. v. 13. *Plur.* עַד יַעֲבֹר הַוּוֹת donec tranſeat ærumnæ, Pſal. 57. v. 2. *id eſt*, omnis, & quæque ærumna : *Verbum* תְּהוֹתְתוּ, *quod hic adducunt*, *vide infra in* התת.

יְהוָֹה *Græcis eſt* Κύριος, Δεσπότης, Θεὸς, *&* *ſervata voce Hebraica* Ἀδωναὶ, *Vulg.* Adonai, Dominus, Deus. *Itaque* יְהוָֹה *nomen Dei proprium, ut tradit Ab. Eſra*, Iſai. 42. v. 8., *ipſum ab eſſentia ſua denominans*, *q. d.*, ens, exiſtens ab æterno, *&* in æternum. *Interpres ejus fidus eſt* D. Johannes *in principio* Apocalypſeos, *ſcribens* εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, pax à qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt, cap. 1. v. 4. *Idem iſtud* Deus *innuere voluit nomine* אֶהְיֶה, *cum dicere Moſen juſſit*, Ehjeh miſit me ad vos, Exod. 3. v. 14., *&* אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה Sum qui ſum, ero qui ſum. *Hæc paraphraſtice redduntur in Schemoth rabba*, Exod. 3. Paraſcha 3. Dixit Deus benedictus Moſi : dic eis, אני

שהייתי

שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא : Ego qui fui, & ego idem nunc, & ego idem in futurum, &c. *Ob hanc cauſam apud priſcos Hebræos in majori reverentia, longeque ſanctius habitum fuit, quam reliqua Dei nomina, quæ partim ab* effectis, *partim ab* attributis *ejus petita ſunt; & pio quodam ſtudio ab eo pronunciando abſtinuerunt, ne quotidiano uſu vileſceret, & in vanum ſumeretur, ut ea, quæ ſubinde in ore ſunt. Appellatum fuit* שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת nomen filius quatuor literarum, *vel* שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, *vel conciſius*, שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע, *nempe* conſtans ex quatuor, *ſcilicet literis*, Jod, He, Vau, He. *Sic & Græcis τετραγράμματον dictum. Hæc autem appellatio ſynecdochica eſt per excellentiam: Nam &* ארני *quatuor literis ſcribitur, nec tamen vocatur* tetragrammaton. *Item* שְׁמָא רַבָּא nomen magnum: שֵׁם הַנִּכְבָּד nomen glorioſum: שֵׁם הַמְיוּחָד nomen appropriatum: שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ nomen ſeparatum, *vel* explicatum: הַשֵּׁם nomen illud, *per ſynecdochen generis. Hoc poſtremum deſumunt ex illo* Levitici: וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם & execratus eſt filius mulieris iſtius Iſraelitidis nomen, τὸ ὄνομα, cap. 24. v. 11. *quod Jonathan reddit* שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא nomen magnum & glorioſum: *Abſtinentes ergo ab ejus pronunciatione, legerunt pro eo* אֲדֹנָי Adonai, *cujus puncta vocalia nomini* יהוה *adjecta fuere, niſi quod pro* Chatephpathach *poſitum ſit* Scheva *ſimplex ſub* י. *At ipſo nomine* אֲדֹנָי *continuo* (*ſine interjecto accentu diſtinguente, ut* Pſal. 16. verſ. 2.) *antecedente, vel ſequente, legerunt pro eo* אֱלֹהִים Elohim, *ejuſque puncta vocalia ipſi ſubjecta ſunt: ut*, אֲדֹנָי יֱהוִֹה, *quod lectum* Adonai Elohim: *alioquin enim bis legendum fuiſſet* Adonai Adonai.

הוֹהָם Oham, *nom. propr. regis Hebron*, Joſ. 10. v. 3.

הוֹי *Particula eſt, inquit Joa. Simon, vel* exclamantis, heus! eheu! *ut* Iſai. 1. v. 4., 17. v. 12., 55. v. 1., Jerem. 47. v. 6., Zachar. 2. v. 10., *vel* dolentis, ah! heu!, *ut* 1. Reg. 13. v. 30., Jerem. 22. v. 18., 30. v. 7., 34. v. 5., *vel* comminantis, *&* exſecrantis, væ! Iſai. 5. vv. 8. 11. 18. 20. 21. 22., 10. v. 1., Jerem. 22. v. 13., 23. v. 1. *&c. Pro eo per aphæreſin dicitur* הו, Amos 5. verſ. 16., *quod Vulg., aliiſque eſt*, væ.

הוך *Chald.* Proficiſci, ire, pervenire; *idem quod Hebraice* הָלַךְ. *Infinit.* לִמְהָךְ ad proficiſcendum, Eſdr. 7. v. 13. *Futur.* עַד יְהָךְ donec veniret, Eſdr. 5. v. 5., וִיהָךְ & perveniat, Eſdr. 6. v. 5.

הום Divexavit, turbavit: *Præter.* וְהָמַם & divexabit eos, Deut. 7. v. 23. *LXX. ibidem habent*, καὶ ἀπολέσει αὐτοὺς & perdet eos; *Aq.*, καὶ φαγεδαινώσει αὐτοὺς & morbo edacitatis affliget eos; *Sym.* καὶ ταράξει αὐτοὺς & turbabit eos; *Vulg.* & interficiet eos. *Niph.* נָהוֹם turbari, perſtrepere, tumultuari: *Futur.* וַתֵּהֹם הַקִּרְיָה & tumultuata eſt civitas, 1. Reg. 1. v. 45. *LXX. ibidem* וַתֵּהֹם *eſt*, καὶ ἤχησεν, *Vulg.*, & perſonuit, & inſonuit. *Hiph. Futur.* וְאָהִימָה & perſtrepam, Pſalm. 55. v. 3. *LXX. ibidem vertunt*, καὶ ἐταράχθην, *Vulg.*, *atque Hieron.*, & conturbatus ſum; *Sym. habet*, καὶ συνεχύθην, & confuſus ſum: תְּהִימֶנָה מֵאָדָם perſtrepent præ hominibus, Mich. 2. v. 12. *LXX*, καὶ ἐξαλοῦνται auferentur; *Vulg.*, tumultuabuntur. *Vide in* הָמָה, *&* הָמַם,

מְהוּמָה *f.* Divexatio, turbatio, ſtrepitus, tumultuatio, 1. Sam. 5. v. 9., יוֹם מְהוּמָה dies turbationis, *vel* divexationis, Iſai. 22. v. 5., *Conſtr.* מְהוּמַת־מָוֶת vexatio mortis, *vel* lethalis, 1. Sam. 5. v. 11. *Plur.* מְהוּמוֹת vexationes, 2. Paral. 15. v. 5.

הוֹמָם Homám, *nom. propr. filii Lotan*, 1. Paralip. 1. v. 39., *qui* Gen. 36. v. 22. *dicitur* הֵימָם.

הון *m.* Subſtantia, opes: הוֹן יָקָר ſubſtantiam pretioſam, Prov. 1. v. 13. ſufficientia, Prov. 30. v. 15., לְהוֹן ad ſubſtantiam, Prov. 28. v. 22. *Cum affix.* מֵהוֹנֶךָ de ſubſtantia tua, Prov. 3. v. 9. *Plural. cum affix.* בְּרֹב הוֹנַיִךְ multitudine opum tuarum, Ezech. 27. v. 33.

הֹוַת, הַוֹּת, הַוַּיִת *&c. Vide in* הָוָה.

הזה Stertere, ſomnolentum eſſe: *Particip. Plur.* הֹזִים ſtertentes, Iſai. 56. v. 10. *LXX. vertunt*, ἐνυπνιαζόμενοι ſomniantes; *Aq.*, *Theod.*, φανταζόμενοι imaginantes, ſomniantes; *Vulgat.*, videntes; *legebat* חֹזִים *ab* חָזָה vidit; *Joa. Simon*, delirantes.

הִי Heu, væ, *juxta quoſdam*, Ezech. 2. v. 10. *Hebræi volunt idem eſſe, quod* נְהִי, *vide* נָהָה.

היא *f.* Illa, iſta, ea. *Undecies tantum ſic ſcribitur in Moſe: alias* הִוא, *cum* ו. *Sic & in aliis libris utroque modo* legi-

legitur. Aſſumit ה *ab initio*, הַהִיא : *Plural.* הֵן ipſæ, לָהֶן ipſis, אֲלֵיהֶן ad ipſas, Exod. 1. vv. 18. 19. *Cum* ה *utrinque*, הָהֵנָּה iſtas, 1. Sam. 17. v. 28., בָּהֵנָּה in eis, Jerem. 5. v. 17., הֲלָהֵן an eos, Ruth. 1. v. 13., *juxta quoſdam, quaſi ſit fœmininum pro maſculino; Alii*, an propterea.

הֵיכַל *Chaldaicum vide infra in* יכל.

הָיָה Fuit : *Præter.* הָיִיתָ fuiſti : *& ejecto altero* י, וְהָיִתָ & eris, 2. Sam. 15. v. 33. *Cum* ה *paragogico*, וְהָיִתָה & eris, 2. Sam. 10. v. 11. *Fœmin.*, *cum* י *redundante in fine*, וְלֹא־הָיִיתִי & non fuiſti, Ezech. 16. v. 31. הָוְתִי *vide in* הָוָה *Part. fœm.* הוֹיָה eſt, Exod. 9. v. 3. *Infin. formæ Chaldaicæ in Tzere*, הֱיֵה eſſe, Ezech. 21. v. 15., הִי *vide ſupra pag.* 226. *Futur.* אֶהְיֶה ero. *Cum Apocopa*, וָאֱהִי & fui, Pſal. 69. v. 12. יְהִי אוֹר eſto lux, Gen. 1. v. 3. *Niph.* נִהְיָה fieri, effici : *& quaſi contraria ſignificatione*, confici, *quaſi* defieri *dicas* : *ut*; נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי confectus fui, & ægrotavi, Dan. 8. v. 27., *ſic*, וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה & ſomnus ejus confectus fuit ipſi, *id eſt*, fractus, interruptus, excuſſus, Dan. 2. v. 1. *Partic. Fœm.* תַּאֲוָה נִהְיָה deſiderium effectum, Prov. 13. v. 19.

הַיָּה *f.* Calamitas, *vide ſupra in* הָוָה.

אֶהְיֶה Ehjeh, ero, ſum; *uſurpatum ut proprium nomen Dei, ab æterna ejus eſſentia*, Exod. 3. v. 14.

הֵיךְ Quomodo, *idem quod* אֵיךְ, *commutatis* א *&* ה, 1. Paralip. 13. v. 12., Dan. 10. v. 17.

הֵיכָל, *vide mox in* הכל.

הֵךְ *Chald. Vide paulo ante in* הוך.

הים *inuſit*; הֵימָה *&c. vide in* הום.

הִין *Hiph.* הֵהִין Paratus fuit, paratum ſe obtulit, ultro, prompte voluit : *Futur.* וַתָּהִינוּ לַעֲלֹת & parati fuiſtis, voluiſtis aſcendere, Deut. 1. v. 41. *Deducunt Hebræi ab* הֵן ecce, *eo ſenſu, quo, qui ſe promptum, & paratum offert, dicit*, הִנְנִי ecce me, הִנְנוּ ecce nos. *Vide* הִיא.

הִין Hin, *menſura liquidorum, quæ continebat duodecim* Logos : Logus *autem ſex* ova, *Menachoth* fol. 89. c. 1.

הֲוִיתִי *Chaldaicum vide in* אֲתָא; הָוְתִי *vide in* הָוָה.

הכל הֵיכָל *m.* Palatium, regia, templum : *Conſtr.* בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ in palatio regis, Dan. 1. v. 4. *Cum affix.* בְּהֵיכָלוֹ in templo ejus, Pſal. 27. v. 4. *Plur. conſtr.* מֵהֵיכְלֵי שֵׁן è templis

 ebur-

eburneis, Pſal. 45. v. 9. *Cum affix.* לְהֵֽכְלֵיכֶם in templa veſtra, Joel. 3. v. 5., *& forma fœm.* הֵיכָלוֹת templa, Hoſ. 8. v. 14.

הכר Obfirmavit ſe: *Futur.* תַּהְכְּרוּ־לִי obfirmabitis vos mihi aut, contra me, Job 19. v. 3.

הַכָּרָה *f.* Obfirmatio, obduratio: *Conſtr.* הַכָּרַת פְּנֵיהֶם obfirmatio faciei ipſorum, Iſai. 3. v. 9. *Quidam*, agnitio, faciei ipſorum, *& ita eſt a* נָכַר.

הַל *Particula* interrogandi, an? num? *Unde* הַל יְהוָה num Domino...? Deut. 32. v. 6.

הלא Abſceſſit, receſſit, ſe elongavit. *Niph. particip. fœm.* וְהַנַּהֲלָאָה, Mich. 4. v. 7., & elongata, procul remota, pulſa, disjecta; *LXX. vertunt*, ἐ' ἀπωσμένη, & abjecta, & rejecta; *Vulg.*, & quæ laboraverat; *referebat ad* לָאָה laborare, defatigari.

הָלְאָ *m.* Diſſitum, remotum: *Cum* ה *paragog.*, *ſive locali in particulam abit*, הָלְאָה, *& in pauſa*, הָלְאָה ultra, ulterius, porro: *eſtque vel* loci, *ut* Geneſ. 19. v. 9., 1. Sam. 10. v. 3., *&c.*, *vel* temporis, *ut* Levit. 22. v. 26., *&c.*

הֲלֹה Annon? nonne? *Vide in* לֹא non.

הַלָּז, הַלָּזֶה. *Vide in* זֶה, לָז, לוּז.

הַלּוֹחֵשׁ Alohés, *nom. propr. patris Sellum*, Nehem. 3. v. 12.

הָלַךְ Ambulavit, ivit, inceſſit: *Cum* אֶל *conſtructum*, adivit, acceſſit: *Cum* מִן, abivit, tranſiit: *Cum* לִפְנֵי, præceſſit: *Cum* אַחַר, ſecutus eſt. *Præter. cum* א *paragogico*, הָֽהָלְכוּא qui venerant, Joſ. 10. verſ. 24. *Secunda fœmin. cum* י *redundante*, הָלַכְתִּי ivisti, Jerem. 31. v. 21. *Particip. fœm.* מַדּוּעַ אַתִּי הֹלַכְתִּי quare itura es, 2. Reg. 4. verſ. 23., *cum* י *utrobique redundante*, *juxta Maſorethas*: *Infinit.* הָלוֹךְ וְחָסוֹר eundo, & deficiendo, Gen. 8. v. 5. *Imper. plur.* הִלְכוּ abite, Jerem. 51. verſ. 50. *Futur.* יַהֲלֹךְ abit, Job 16. v. 6. *Et alia forma*, תְּהֲלַךְ ambulabit, Pſal. 73. v. 9., Exod. 9. v. 23., *ad formam* תִּשְׁכַּב. *Niph. præter.* נֶהֱלָכְתִּי abire, *id eſt*, evaneſcere cogor, Pſal. 109. v. 23. *Pih. Præter.* הִלְּכוּ ire faciunt, *vel* cogunt, Job 24. v. 10. *Futur.* אֲהַלֵּךְ deduco, Prov. 8. v. 20., יְהַלֵּךְ præire faciet, Pſal. 85. v. 14. *Significat etiam ſimpliciter ut in Kal. Chald. Partic.* מְהַלֵּךְ obambulans, Dan. 4. v. 26. *Plur. ex Aphel*, מַהְלְכִין ambulantes, Dan. 3. v. 25., *&* 4. v. 24. *Hithp.* הִתְהַלֵּךְ itavit, obambulavit,

lavit, continenter, indeſinenter ivit: *Præter.* הִתְהַלֵּךְ שָׁם itaverat eo, *vel* illuc, 1. Sam. 30. v. 31.

הֵלֶךְ *m.* Itio, ambulatio: *item* viator, *pro* אִישׁ הֵלֶךְ vir itionis, 2. Sam. 12. v. 4. Fluxus; הֵלֶךְ דְּבַשׁ fluxus mellis, 2. Sam. 14. v. 26. *Quædam exemplaria in utroque loco habent duplex* Sægol.

הֲלָךְ *Chald.* Vectigal, *vel, ut Aben Eſra ſcribit,* מִס הַהֹלְכִים tributum tranſeuntium, Eſdr. 4. v. 13.

הֲלִיךְ *m.* Ambulatio, inceſſus, greſſus: *Plur. cum affix.* הֲלִיכַי greſſus meos, veſtigia greſſuum meorum, Job 29. v. 6.

הֲלִיכָה *f. Idem*: *cum affix.* בַּהֲלִכוֹתָם in ambulatione ſua, Nah. 2. v. 6., *quod juxta Maſſorethas ſcribitur cum* ו *redundante*: *Plur.* הֲלִיכוֹת אֵלִי inceſſus Dei mei, Pſal. 68. v. 25. *Cum affix.* רָאוּ הֲלִיכוֹתֶיךָ viderunt inceſſus tuos, *Ibid.*

מַהֲלָךְ *m.* Iter, profectio: *Conſtr.* מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד itinere diei unius, Jon. 3. v. 4. *Item,* ambulacrum, Ezech. 42. v. 4. *Cum affix.* מַהֲלָכְךָ iter tuum, Nehem. 2. v. 6.

מַהְלְכִים *m. p.* Viæ, ambulandi *loca*, Zach. 3. v. 7.

תַּהֲלֻכוֹת *f. p.* Progreſſiones, Nehem. 12. v. 31.

הָלַל Gloriatus eſt; *proprie autem* ſplenduit, ſplendidum ſe exhibuit. *Et quia* gloriatio, *ſive* laus propria, *pro* ſtultitia *recte habetur*; *hinc* הלל *ad* ſtultitiam *refertur*, *niſi potius hæc ſignificatio petita ſit ab inuſit.* יהל, *quod Arabibus eſt*, erravit, *ita Joa. Simon*. *Itaque* הָלַל inſanivit, ſtolide gloriatus eſt: *Partic. plur.* הוֹלְלִים, Pſal. 5. v. 6., inſanientes, inſani, ſtolide gloriantes; *LXX. eſt*, ἄνομοι, παράνομοι, παρανομοῦντες, *Vulg. Latin.*, injuſti, iniqui, inique agentes, *Cum præfix.* בַּהוֹלְלִים in iniquos, ſuper iniquos, Pſalm. 73. v. 3., לַהוֹלְלִים, iniquis, Pſal. 75. v. 5. *Futur. plur.* אַל־תָּהֹלּוּ, Pſal. 75. v. 5., ne inſaniatis, ne gloriemini, *Vulgat. vertit*, nolite inique agere. *Niphal. particip.* וּבְכֹל הַנַּהֲלֹלִים Iſai. 7. v. 19., *Ab. Eſra*, in domibus, *vel* locis laudatis; *Alii*, in ſtultis, *id eſt*, vilibus & ingloriis arboribus, ac lignis; *Chald.*, & in omnibus domibus laudis, *hoc eſt*, locis laudatis; *LXX.* ἐν ἐις πᾶσαν ῥαγάδα, & *in* omnem fiſſuram *Vulg.*, & in univerſis foraminibus. *Pih. in duplici occurrit forma*: I. הִלֵּל laudavit, laudibus extulit, celebravit; & *ita conſtruitur cum Accuſativo*; *item cum præpoſitio-*

 ne

ne על , אל , ל , ב : II. הולל ſtolidum , *ſive* inſanum reddidit, infatuavit: *Ex qua forma eſt futur.* יְהוֹלֵל inſanos, *vel* ſtultos reddit, *juxta Vulg.*, in ſtuporem adducit, *&* *juxta LXX.*, *Sym. Theod.*, mente excedere facit, Job 12. v. 17; *Eadem dictio apud* Eccl. 7. v. 7. *redditur a LXX.*, περιφέρει decipit; *ab Aq.*, πλανήσει decipiet, errare faciet; *a Sym.* θορυβήσει turbabit; *a Vulg.*, conturbat; *rurſum apud* Iſai. 44. v. 25., יְהוֹלֵל *Vulg. eſt*, in furorem vertens: *Alii ubique vertunt*, *ut ſupra apud* Job 12. v. 17. *In priori forma praeterit.* הִלֵּל laudavit, Pſal. 10. v. 3. *Particip.* מְהַלְלִים לְשֵׁם laudes dicentes nomini, 1. Paralip. 29. v. 13. *Infin.* הַלֵּל laudare, laudando, 1. Paralip. 16. v. 36., *Imper. fœm.* הַלְלִי lauda, Pſal. 146. v. 1., *& in plur.* הַלְלוּ־יָהּ laudate Dominum, Pſal. 104. v. 35., *& cum* ה *paragogico* אֲהַלְלָה Pſal. 69. v. 31. *Pyh. praeter.* הוּלָּלוּ laudatae fuerunt, Pſal. 78. v. 63., הָעִיר הַהֻלָּלָה civitas laudatiſſima, Ezech. 26. v. 17. *Particip.* מְהֻלָּל laudatus, Pſal. 18. v. 4. *Et ex ſecunda ſignificatione*, מְהוֹלָל inſanus, ad inſaniam adactus, Eccl. 2. v. 2. *Plural.* מְהוֹלָלַי inſanientes contra me, Pſal. 102. v. 9. *LXX. ibidem vertunt*, ἐπαινοῦντές με laudantes me; *Vulg.*, qui laudabant me. *Futur.* יְהֻלָּל laudabitur, Prov. 12. v. 8. *Hiph.* ſplendere, lucere, ſplendere facere: *Infin. irregularis*, בְּהִלּוֹ dum efficit, ut ſplendeat, Job 29. v. 3., *pro* בְּהַהִלּוֹ. *Futur.* יָהֵל ſplendebit, Job 31. v. 26., *& cum Epentheſi*, וְלֹא יַאֲהִיל, & non ſplenderet, Job 25. v. 5., *vel* א *eſt loco* ה *characteriſticae conjugationis*, *levioris pronunciationis cauſa*: תָּהֵל ſplendet, Job 41. v. 10., יָהֵלּוּ faciet, ut ſplendeat, Iſai. 13. v. 10. *Hithp. ex prima ſignificatione* הִתְהַלֵּל laudavit, jactavit ſe, laudibus ſe extulit: *Particip.* מִתְהַלֵּל ſe jactans, glorians, Jerem. 9. v. 23., Prov. 25. v. 14. *Plur.* מִתְהַלְלִים ſe jactantes, gloriantes, Pſal. 97. v. 7. *Infin.* הִתְהַלֵּל gloriari, Pſal. 106. verſ. 5. *Futur.* תִּתְהַלֵּל, *&* תִּתְהַלֵּל glorіaris, glorieris, Pſal. 52. v. 3., Prov. 27. v. 1., Iſai. 41. v. 16., יִתְהַלֵּל gloriatur, Prov. 20. v. 14. *Hithp. ex altera ſignificatione* הִתְהוֹלֵל inſanivit, inſanum ſe geſſit; *Praet. plur. in pauſa*, וְהִתְהֹלָלוּ & inſanos ſe gerent, Jerem. 25. verſ. 16. *Imper. plur.*, וְהִתְהֹלְלוּ, Jerem. 46. v. 9., & inſanite, inſanos vos gerite; *id eſt*, inſano impetu ferimini, *vel* agitamini; *Vulgat.* *vertit*,

vertit, & exultate: *Futur.* וַיִּתְהֹלֵל, 1. Sam. 21. v. 14., & inſanum ſe geſſit; *Vulg. autem interpretatur*, & collabebatur (*ſicut epilepticus*); *Syriaca verſio habet*, finxit ſe furere: *Plur.* יִתְהֹלְלוּ inſanient, inſanos ſe gerent, *Vulg.*, commotæ ſunt, Jerem. 51. v. 7., יִתְהֹלְלוּ *idem*, & *juxta Vulg.*, conturbati ſunt, Nahum 2. v. 5., & *in pauſa*, יִתְהֹלָלוּ inſane agunt, *vel* gloriantur, *ut habet Vulg.*, Jerem. 50. v. 38.

הַל, *vide pag.* 228.

הִלֵּל Illél, *nom. propr. patris Abdon judicis in Iſrael*, Jud. 12. v. 13.

הֵילֵל *m.* Lucifer, ſtella matutina, Iſai. 14. v. 12.

הִלּוּל *maſcul.* Laus, laudatio, laudativum carmen: *Plur.* קֹדֶשׁ הִלּוּלִים ſanctitas, res ſancta laudum, *quæ ſcil. in* laudem *ipſius ipſi conſecretur*, *vel offeratur*, Levit. 19. v. 24., וַיַּעֲשׂוּ הִלּוּלִים & fecerunt laudationes, hymnos, *vel* laudativa carmina, Jud. 9. v. 27. *Kimchi*, lætitias, hilaria; & *inde*, בֵּית הִלּוּלָא domus lætitiæ: *Chaldæus*, חִנְגִּין tripudia.

הוֹלֵלָה *f.* Inſania, *LXX.*, *Sym.*, *Aq.*, *Vulg.*, *aliiſque eſt*. error, hallucinatio, audacia, procacitas, parabola. *Plural.* הוֹלֵלוֹת inſaniæ, omnimoda inſania, Eccleſ. 1. v. 17., & 2. v. 12., & 7. v. 25.

הוֹלֵלוּת *f.* Inſania; Eccl. 10. v. 13.

הַלְלוּיָהּ Hallelujah: *Vox compoſita ex Imperativo Pihel* הַלְלוּ, & *nomine divino* יָהּ, & *valet*, laudate Dominum.

מַהֲלָל *m.* Laus, *Cum affix.* לְפִי מַהֲלָלוֹ juxta laudem ſuam, Proverb. 27. v. 21.

תָּהֳלָה *m.* Job 4. v. 18., Lux, ſplendor, *juxta R. Levi*; *Sed LXX. eſt*, σκολιόν τι aliquid perverſum; *Chaldeo*, עִילָא; *Vulg.*, pravitas; *Aben Eſræ*, *aliiſque eſt*, ſtultitia, inſania.

תְּהִלָּה *f.* Laus, laudatio: עִיר תְּהִלָּה civitas laudis; Jerem. 49. v. 25., *ubi quædam exemplaria habent* תְּהִלַּת *quaſi conſtructum ſit pro abſoluto*. *Conſtr.* תְּהִלַּת Jerem. 48. v. 2. *Cum affix.* תְּהִלָּתוֹ laus ejus, Hab. 3. v. 3. *Plur.* תְּהִלּוֹת laudes, Pſal. 78. v. 4. *Rabbini utuntur etiam forma maſculina*: *unde* Pſalmi Davidis *inſcribuntur* סֵפֶר תְּהִלִּים liber laudum, & *per Syncopam* תִּלִּים.

הָלַם Contudit, obtudit. *Metaphorice* hebetavit, languidum fecit, vires fregit. *Præter.* אָז הָלְמוּ tunc obtuderunt, *vel*, obtuſæ fuerunt, *juxta quoſdam*, Jud. 5. v. 22., וְהָלְמָה

סִיסְרָא & obtudit Siſeram, Jud. 5. verſ. 26. *Plur. cum affix.* הֲלָמוּנִי contuderunt, *ſive* percuſſerunt me, Prov. 23. v. 35. *Pahul plur. in regim.* הֲלוּמֵי יָיִן obtuſi, hebetati, enervati vino, Iſai. 28. v. 1., *eadem locutio, inquit Joa. Simon Pat cum Lat.* vino ſauciatus *apud Livium*, mero ſaucius *apud Martialem*, & *ſimpliciter* ſaucius *pro* ebrio *apud eundem*: *Futur. cum affix.* יֶהֶלְמֵנִי obtundat, corripiat me, Pſalm. 141. v. 5. *Plur. cum* Nun *paragogico*, & *in pauſa* יַהֲלֹמוּן contundunt, *Vulg.* dejecerunt, Pſal. 74. v. 6.

הֶלֶם Hélem, *nomen propr. patris Supha &c.*, 1. Paralip. 7. verſ. 35.

הוֹלֵם *m.* Tuſio: *LXX. eſt*, ἐλαύνων ducens, *hoc eſt*, opus ductile faciens; *Vulg. vertit*, qui cudebat: אֶת־הוֹלֶם פָּעַם tuſionem incudis, *vel*, ſuper incude, Iſai. 41. v. 7.

הֲלֹם Huc, hic, Gen. 16. v. 13., Jud. 20. v. 7. *Duodecim ſcribuntur ſine* ו, *ut* Gen. 16. v. 13. *in Maſora*.

הַלְמוּת *f.* Malleus, tudes, Jud. 5. v. 26.

יַהֲלֹם, *LXX. eſt*, ἴασπις, σμάραγδος, *Vulg.* jaſpis, ſmaragdus; *aliis eſt* Adamas, *lapis pretioſus*, *quia contundit*, *ac confringit omnes alios lapides*, Exod. 28. v. 18.

מַהֲלֻמוֹת *f. p.* Contuſiones, Prov. 18. v. 6., & 19. v. 29.

הֵם *Pronomen, vide in* הוּא: & הִמּוֹ *pronomen Chaldaicum, vide ibidem.*

הַמְּדָתָא Hamdátha, & *juxta Vulg.*, Amadathi, *nom. propr. patris Aman*, Eſth. 3. v. 1.

הָמָה Tumultuatus fuit, ſtrepuit, perſtrepuit, fremuit: *Præt.* הָמוּ גוֹיִם fremuerunt gentes, Pſalm. 46. v. 7. *Particip. fœmin.* הֹמִיָּה ſtrepera, Prov. 7. v. 11., *ubi* י *eſt loco tertiæ radicalis* ה, *LXX. ibidem vertunt*, ἀνεπτερωμένη vaga; *Aqu.* σχολάζουσα otians, otioſa; *Vulg.* quietis impatiens. *Plural.* בְּרֹאשׁ הֹמִיּוֹת in capite tumultuantium, Prov. 1. v. 21., *id eſt*, turbarum, *quæ* ſtreperæ, & tumultuoſæ *eſſe ſolent*.: *Infinit. conſtr. cum præfix.*, כַּהֲמוֹת, Iſai. 17. v. 12., ſicut ſtrepit, perſtrepit, fremit; *Vulg. habet*, ut multitudo, *legiſſe videtur* כַּהֲמוֹן: *Futur.* אֶהֱמֶה ſtrepam, fremam, ingemiſcam, Pſalm. 55. v. 18., & *cum* ה *paragogico, mutata tertia radicali* ה *in* Jod, אֶהֱמָיָה, Pſalm. 77. verſ. 4. *Fœm.* תֶּהֱמִי commoveris cum ſtrepitu, perſtrepis, Pſal. 42.

vv. 6.

vv. 6. 12. *Plural.* יֶהֱמוּ ſtrepent, frement, fremunt, Pſal. 46. v. 4., Pſal. 59. vv. 7. 15., *& cum* Nun *paragogico in pauſa, mutata tertia radic.* ה *in* Jod, יֶהֱמָיוּן *idem*, Pſalm. 39. v. 7., Pſal. 83. v. 3., Iſai. 17. v. 12., נֶהֱמֶה frememus, fremimus, rugiemus, Iſai. 59. v. 11., הָמוּ conturbata, commota ſunt, Jerem. 31. v. 20. *Vide* הום, *&* המם, *&c.*

הֵמָּה Illi, *vide ſupra in* הֵם.

הִמּוֹ *Chald. pronomen tertiæ perſonæ plur. maſc.*, *eſtque pro* הִמּוֹן, ipſi, illi, *&c. vide in* הוא.

הֶמְיָה *f. Unde conſtr.* הֶמְיַת נְבָלֶיךָ ſtrepitus nabliorum tuorum, Iſai. 14. v. 11., *Sed ab LXX. dictio hæc* הֶמְיַת *adjective accipitur, redditurque*, πολλή multa (lætitia tua); *a Vulg. autem verbaliter, nempe*, concidit; *legiſſe videtur* הֵמִית *a* מות interfecit, perdidit.

הֶמְהֶם, *vide paullopoſt* הֵמִים.

הָמוֹן *m.* I. *eſt* commotio magna, *cum* ſtrepitu *conjuncta*, Iſai. 63. v. 15. II. ſtrepitus, ſonitus, tumultus magnus, Pſal. 65. v. 8., Amos 5. v. 23. III. turba, copia, *proprie* hominum, magnum ſtrepitum *faciens*, 2. Paral. 13. v. 8., 20. v. 2., Job 31. v. 34., *&c.* IV. copia facultatum, Pſal. 37. v. 16., Eccleſ. 5. v. 9., 1. Paralip. 29. v. 16. V. copia imbris, *cum* ſtrepitu *decidentis*, 1. Reg. 18. v. 41. *Semel cum* א *ab initio loco* ה, הָאָמוֹן multitudo, vulgus, Jerem. 52. verſ. 15. *Conſtr.* הֲמוֹן גּוֹיִם multitudinis gentium, Gen. 18. v. 4. *Cum affix.* וְאֶל־הֲמֹנוֹ & ad multitudinem ejus, Ezech. 31. v. 2. *& cum* ה *loco* Vau, הֲמוֹנֹה multitudo ejus, Ezech. 31. v. 18. *Plur.* הֲמוֹנִים multitudines, Joel. 3. v. 14. *Cum affix.* וְכָל־הֲמוֹנֶיהָ & omnes copias ejus, Ezech. 32. verſ. 20.

הֵמִים *m. plur.* Streperi, thraſones, *juxta quoſdam*: *Unde defectivum*, וְלֹא מֶהֱמֵהֶם neque ex thraſonibus ipſorum, Ezech. 7. v. 11., *pro* מֵהֲמִיהֶם. *Hebræi putant eſſe ex geminato Pronomine* הֵם, *quaſi* וְלֹא מֵהֶם אֲשֶׁר מֵהֶם neque ex illis, qui ab ipſis ſunt, *id eſt*, liberis, poſteris. *Sic Chaldæus*, וְלָא מִבְּנֵיהוֹן neque ex liberis ipſorum, *LXX. vertunt* μετὰ σπουδῆς cum feſtinatione; *Vulg.*, ex ſonitu eorum; *Joa. Simon*, cum ſtrepitu, cum tumultuationibus eorum; *ab verbo* הָמָה.

הֲמִית *f.* Strepitus, ſonitus, *juxta quoſdam*; *Unde cum affix.*

וְאֶל

וְאֶל הֲמִיתוֹ & ad ſtrepitum, *vel* ſonitum ejus, Proverb. 19. v. 18. *id eſt*, dum clamore, & fletu tibi obſtrepit filius, ne condonet animus tuus, ne parcito eum caſtigare: *LXX. ibidem vertunt*, εἰς δὲ ὕβριν ad contumeliam autem, *neglecto pronomine*; *hoc eſt*, eum vero ne contumelioſe afficias; *Aq.*, & πρὸς τὸ θανατῶσαι αὐτὸν & ad eum interficiendum; *Vulg.*, ad interfectionem autem ejus (ne ponas animam tuam); *referebant ad* מות mori; *& in Hiphil* הֵמִית interfecit; *unde infinit. cum affix.* הֲמִיתוֹ interficere eum. *Vide etiam* מות *in Hiphil*.

המל הֲמוּלָּה הֲמֻלָּה *f.* Tumultus, ſtrepitus: לְקוֹל הֲמוּלָּה ad vocem tumultus, Jerem. 11. verſ. 16. *Sed* הֲמוּלָּה *eſt LXX.*, περιτομὴ circumciſio; *referebant ad* מול, *vel* נָמַל circumcidere, *& prius* ה *ut articulum ſpectabant*; *Vulg. autem eſt*, loquela, *a* מָלַל loquutus eſt. *Eadem dictio, ſed cum* Kibbutz *pro* Schurek, *occurrit* Ezech. 1. v. 24., הֲמֻלָּה; *atque a Vulg. redditur*, multitudo; *ab aliis*, ſonitus, ſtrepitus, commotio. *Eſt formæ* גְּדֻלָּה.

הַמֶּלֶךְ Amélech, *nom. propr. patris Joas*, 1. Reg. 22. v. 26., 2. Paralip. 18. v. 25., *item nom. propr. patris Melchiæ*, Jerem. 38. v. 6.

המם Conturbavit, profligavit, quaſſavit, contrivit: *Præter.* וְהָמַם & quaſſavit, Iſai. 28. v. 28., וְהַמֹּתִי אֶת־כָּל־הָעָם & conteram omnem populum, Exod. 23. v. 27., *ubi ſecundum literam eſt*, הֲמָמָנוּ contrivit nos: *Cum præfix.*, *& in forma imperf.*, וְהַמֹּתִי & exturbabo, & conteram, Exod. 23. v. 27. *Infinit. conſtr. cum affix.*, *& præfix.* לְהֻמָּם ad quaſſandos, ad conterendos eos, Deut. 2. v. 15., Eſth. 9. v. 24. *Futur.* תָּהֹם; *cum affix.* וּתְהֻמֵּם & conteres, & conturbabis eos, Pſal. 144. v. 6., וַיָּהָם אֶת מַחֲנֵה & profligavit, & contrivit caſtra; Exod. 14. v. 24. *Cum affix.* וַיְּהֻמֵּם, 2. Sam. 22. v. 15., *&* וַיְהֻמֵּם, Joſ. 10. v. 10., 1. Sam. 7. v. 10., Pſalm. 18. v. 15., conturbavit, & contrivit eos: *Maſſorethæ priori loco, nempe*, 2. Sam. 22. v. 15., *legendum monent in ſingulari abſque affix.*, *videl.* וַיָּהֹם & turbavit. *Verum contra ſunt arbitrati LXX.*, *verterunt enim*, καὶ ἐξέστησεν αὐτοὺς & in ſtuporem vertit eos; *Vulg.*, & conſumſit eos. *Vide ſupra in*, הוּם חָמָה.

הוֹמָם

הוֹמָם Homám, *nom. propr. filii Lotan*, 1. Paralip. 1. v. 39.

הֵימָם Hemám, *idem ac* Homám, Gen. 36. v. 22.

הָמוֹן Multiplicari : *Infinit.* יַעַן הֲמָנְכֶם propter multiplicari vos, *vel potius*, multiplicare, *id eſt*, eo quod multiplicaveritis, Ezech. 5. v. 7. *Non eſt, inquit Kimchi, ab* הָמוֹן, *quia iſtius formæ nomina* Cholem *cum affix. retinent*. *Sed Paraphraſtes Chaldæus dictionem hanc reddidit*, eo quod peccaſtis, *ſive* deliquiſtis, *a qua explicatione, inquit Joa. Simon, utpote & antiquiſſima, & contextui convenientiſſima, non eſt quod recedamus. Receſſerunt tamen multi : Nam, ut notat Guarin, LXX. ſunt interpretati*, ἡ ἀφορμὴ ὑμῶν occaſio veſtra; *Aq., Hieron. teſte, vertit*, numerati eſtis; *Sym.*, multitudo veſtra; *ſic recentiores*; *Vulg.* ſuperaſtis. *Varia interpretatio, quia non omnino eadem apud omnes ſententia de radice, a qua dictio illa ſit derivanda. Vide* הָמָה, *&, quod ſequitur*, הָמוֹן.

הָמָן Amán, *nom. propr. filii Amadathi*, Eſth. 3. v. 1.

הֵימָן Hemán, & Hemám, *nom. propr. virorum*, 1. Reg. 5. v. 11., 1. Paralip. 6. v. 18., 15. v. 17., 16. v. 41.

הֲמוֹנָה Amoná, Ezech. 39. v. 16., *nom. propr. civitatis propheticæ, & futuræ* in valle viatorum, ad orientem maris, *in qua ſepeliendus eſt Gog cum ejus exercitu*, Ezech. 39. v. 11., *unde a LXX. vertitur*, πολυάνδριον cœmeterium.

הַמּוּנְכָא. *Vide in* מְנַךְ.

הָמָס *m.* Stramen, *vel* caulis fractus, *id eſt* ſtipula, feſtuca; *in ſingul inuſit. Plur.* הֲמָסִים cremia, ſtipulæ, feſtucæ, Iſai. 64. v. 1. *R. Salomon* res liquidas *exponit, quæ facile ad ignem liqueſcunt, & conſumuntur, & ita eſſet à* מָסַס. *LXX. verbaliter acceperunt*, τήκεται liqueſcit (cera); *Sym.* ἐτάκη tabuit (mare); *Vulg.* liqueſcerent (montes). *Referebant ad* מָסַס liqueſcere, liquefieri. *Hebræi, inquit Hieron. comment. in hunc locum*, amaſim *non* conſumtionem, & tabem, *ut ceteri interpretati ſunt, ſed* iniquos *intelligi volunt. Hi Hebræi, addit Guarin, legebant* חֲמָסִים *ab* חָמָס.

הַמֹּצָה Amosá, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, Joſ. 18. v. 26.

הַמְּתֹאָר Hammethoar, & *juxta Vulg.*, Amthár, *nom. propr. civitatis in finibus Tribus Zabulon*, Joſ. 19. v. 13.

המר *Radix Hebræis inuſit. Arab.* fluxit aqua; *inde, ut quibuſdam videtur, eſt*

מַהֲמוֹרָה *f.* Foſſa, *per quam aqua fluit. Plural. cum præfix.* בְּמַהֲמֹרוֹת, Pſal. 140. v. 11., *quod Sym., & Theod. interpretantur, εἰς βοθύνους, Hieron., & plerique alii*, in foveas: *LXX. vero, ἐν ταλαιπωρίαις, Vulg.* in miſeriis.

הנן *Radix inuſit. Sed Joa. Simoni videtur, ſignificare,* paratum, præſto eſſe, adeſſe; *Inde autem ſunt*

הֵן *Varios particularum ſenſus præſefert*: I. en, ecce, *ut* Gen. 3. v. 22., Num. 23. v. 24., *&c.* II. an?, utrum? *ut* Jerem. 2. v. 10., Eſdr. 5. v. 17., Job 41. v. 1. III. annon? nonne? *ut* Dan. 3. v. 17. IV. certe, Prov. 24. v. 12. V. forte, fortaſſis, Exod. 4. v. 1., Dan. 4. v. 24. VI. quandoquidem, Levit. 25. v. 20., Iſai. 50. v. 11. VII. ſi, quod ſi; הֵן נִזְבַּח quod ſi ſacrificemus, Exod. 8. v. 22., הֵן יְשַׁלַּח ſi dimiſerit, Jerem. 3. v. 1. הֵן הָיְתָה כָּזֹאת an fuerit hujuſmodi, Jerem. 2. v. 10.

הֵן *Chald.* Si, Dan. 3. v. 15. דִּי הֵן quod ſi, Eſdr. 4. v. 13. *In continuata ſententia repetitum, eſt* ſive: הֵן אִיתַי ſive futurum eſt, וְהֵן לָא ſive non, Dan. 3. vv. 17. 18.

הֵן *Pronomen, vide ſupra in* הִיא.

לָהֵן *Chaldaicum, vide ſuo loco.*

הִנֵּה Ecce: *Cum affix.* הִנּוֹ ecce eum, הִנְּךָ, *vel* הִנְּכָה ecce tu, 2. Reg. 7. v. 2., הִנְנִי, *&* הִנֵּנִי ecce ego. *Sic cum Segol, & utroque* נ *dageſſato,* הִנֶּנִּי בְנִי ecce ego fili mi, Gen. 22. v. 3., v. 7. *&* 27. v. 1. הִנֵּנוּ, *vel* הִנֶּנּוּ ecce nos, וְהִנֵּהוּ, Jerem. 18. *ubi Maſſorethæ diviſim legendum docent, videl.,* וְהִנֵּה־הוּא & ipſe.

הֵנָּה Hic; וְעַתָּה הִשָּׁבְעָה לִּי בֵאלֹהִים הֵנָּה itaque jura mihi per Deum hic, Gen. 21. v. 23. Hinc, inde; אֶחָד הֵנָּה לִשְׂפַת הַיְאֹר וְאֶחָד הֵנָּה unus hinc juxta ripam fluvii, & alter inde, Dan. 12. v. 5. Hac verſus; הִנֵּה הַחִצִּים מִמְּךָ וָהֵנָּה ecce, ſagittæ ſunt cis te, & hac verſus, 1. Sam. 20. v. 21. Huc, הֵנָּה וָהֵנָּה huc & illuc, Joſ. 8. v. 20., עַד־הֵנָּה uſque huc, hucuſque, 1. Sam. 7. v. 12. *Hinc contractum,* עֲדֶנָּה hucuſque, Eccl. 4. v. 2., *& inde cum Apocopa,* עֲדֶן Eccl. 4. v. 3., *Item* הֵנָּה *ſonat*, ſunt, fuerunt, *ut* Gen. 6. v. 2., Levit. 17. v. 17. *Alium ſenſum conſule in* הִיא.

הִנֹּם Ennóm. *nom. propr. viri, in cujus valle prope Jeruſalem Judæi*

Judæi idololatræ filios ſuos igni exuſtos, aut ſaltem luſtratos Molocho Ammonitarum idolo devovebant, vel immolabant, Jerem. 7. v. 31.

הֵנַע Aná, *nom. propr. loci, aut civitatis, vel, ſecundum alios, idoli in Samaria*, 2. Reg. 18. v. 34.

הַנָּתֹן Anathón, *nom. propr. urbis in Tribu Zabulon ad Septentrionem*, Joſ. 19. v. 14.

הסה *Pih.* Silere: *Imper. per Apocopam*, הַס ſile, Zach. 2. v. 13., *pro* הַסֵּה: *Plur.* הַסּוּ ſilete, Nehem. 8. v. 11. *Hiph. Futur. per Apocopam*, וַיַּהַס & ſilere fecit, compeſcuit, Num. 31. v. 30., *pro* וַיַּהְסֶה.

הַסִּינִי Haſſiní, *& juxta Vulg.*, Sinæus, *nom. propr. filii Chanaan*, Gen. 10. v. 17., 1. Paralip. 1. v. 15.

הַסְּנָאָה Aſnaá, *nom. propr. viri, cujus filii ſeu poſteri ædificaverunt portam piſcium Jeroſolymis*, Nehem. 3. v. 3.

הַסְּנֻאָה Aſaná, *nom. propr. patris Odvia*, 1. Paralip. 9. v. 7.

הָעַי Hái, *nom. propr. regiæ civitatis Amorrhæorum, ad orientem Bethel in Tribu Benjamin*, Gen. 12. v. 8., Joſ. 7. v. 2. *&c.*

הַפְּגוּרֹת *vide in* פגר.

הָפַךְ Vertit, Evertit, convertit, invertit, obvertit, ſubvertit, mutavit, commutavit, immutavit: *& interdum*, convertit ſe, verſus, mutatus fuit: *Præter.* הָפַךְ לָבָן verſus fuit albus, *id eſt*, mutatus in album, Levit. 13. v. 3. *Cum affix.* הֲפָכָם ſubvertit eos, Job 9. verſ. 5. *Præter.* הָפְכוּ verterunt ſe, Pſal. 78. v. 9. *Partic. cum* י *paragogico*, הַהֹפְכִי qui convertit, Pſal. 114. v. 8. *Futur.* וַתַּהֲפֹךְ וַתֵּלֶךְ & vertit ſe, *id eſt*, reverſa eſt, & abiit, 2. Paralip. 9. v. 12. *Niph. Partic.* נֶהְפָּךְ verſus fuit, Exod. 7. v. 15., *& in Cholem*, וְנַהֲפוֹךְ זֹאת & converſum fuit illud, *id eſt, ut reddit Vulg.*, verſa vice, Eſth. 9. v. 1., *ſimile vide in* הָחֵם *in Niph. Partic. f. in pauſa*, נֶהְפָּכֶת ſubverſa, Jon. 3. v. 4. *Futur.* וְלֹא־תֵהָפֵךְ & non vertes te, Ezech. 4. v. 8. *Hoph. Præter.* הָהְפַּךְ converſum eſt, Job 30. v. 15., *Vulg. ibidem habet*, redactus ſum in nihilum; *pro* הָהְפַּךְ *legebat* הֹהְפַּךְ, *vel* הָהֳפַךְ, *& pro* עָלַי adverſum me, *legebat* עֲלֵי ſuper, in, *&* בַּלָּהוֹת *interpretabatur* nihilum, *quem ſenſum ei etiam ferę tribuunt Græci interpretes, ita Guarin. Hithp. Particip.* מִתְהַפֵּךְ obvertebat ſe, Jud. 7. v. 13. *Fœm.* הַחֶרֶב מִתְהַפֶּכֶת gladii ſeſe ver-

vertentis, *id eſt* vibrantis, *vel* verſatilis, Gen. 3. verſ. 24. *Futur.* תִּתְהַפֵּךְ mutabitur, vertetur, *&* *juxta Vulg.*, reſtituetur, Job 38. v. 14.

הֶפֶךְ *m.* Diverſum, contrarium: הֶפֶךְ מִן הַנָּשִׁים contrarium ab iſtis mulieribus, Ezech. 16. v. 34., לְהֶפֶךְ in contrarium.

הֹפֶךְ *m.* Perverſio, perverſitas; *unde cum affix.* הַפְכְּכֶם perverſitas veſtra, *&* *juxta Vulg.*, perverſa eſt, Iſai. 26. v. 16.

הֲפֵכָה *f.* Subverſio, Gen. 19. v. 29.

הֲפַכְפַּךְ *m.* Volubilis, verſatilis, Prov. 21. v. 8. *LXX. ibidem vertunt*, σκολιὰ, *Vulg.*, *&* *alii*, perverſa, tortuoſa.

מַהְפֵּכָה *f.* Subverſio: *Conſtr.* כְּמַהְפֵּכַת סְדֹם ſicut ſubverſio Sodomæ, Deut. 29. v. 22.

מַהְפֶּכֶת *f.* Cippus, *ſic dictus ab* evertendo, *&* contorquendo *ſontium corpore*; *LXX. eſt*, ἀπόκμησμα carcer; *item LXX.*, *&* *Theod. eſt*, καταῤῥάκτης cataracta; *Sym. vero eſt*. βασανιστήριον, *vel* στρεβλωτήριον tormentum, *aut* tormenti locus, *vel* inſtrumentum cruciandi; *Vulgat.*, nervus, Jerem. 20. v. 2. 3., 29. v. 26., 2. Paralip. 16. v. 10.

תַּהְפֻּכָה *f.* Perverſitas, *Plur.* דּוֹר תַּהְפֻּכֹת generatio perverſitatum, *id eſt*, ſumme perverſa, Deuteron. 32. v. 20.

הַפִּצֵּץ Aphsés, *nom. propr. Sacerdotis*, 1. Paralip. 35. v. 15.

הַפָּרָה Aphará, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, Joſ. 18. v. 23.

הֻצַּב, Nahum 2. v. 8., *LXX. eſt* ἡ ὑπόστασις ſtatio militum; *Vulg.*, miles; *Aliis*, præſidium; *Aliis*, *nom. propr. reginæ Aſſyriorum*; *Aliis*, *urbs* Niſibis.

הַצְּבָיִים Hatzevaiim, *&* *juxta Vulg.*, Asbaím, *&* Aſebaím, *nom. propr. filii Ami*, *vel Amon*, Eſdr. 2. v. 57., Nehem. 7. v. 59.

הַצִּדִּים Aſſedím, *nomen propr. civitatis in Tribu Nephthali*, Joſ. 19. v. 35.

הַצָּלָה. *Vide in* נָצַל.

הַצְלֶלְפּוֹנִי Aſalelphúni, *nom. propr. filiæ Etam*, 1. Paralip. 4. verſ. 3.

הֹצֶן *m.* Currus falcatus, Ezech. 23. v. 24., currus bellici genus fuit, *juxta Kimchium*.

הַקּוֹץ Accós, *vel* Hacús, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 24. v. 10., Eſdr. 2. v. 61., Nehem. 3. v. 21.

הַקָּטָן

הַקָּטָן Eccetán, *nom. propr. patris Johanan.*, Eſdr. 8. v. 12.

הַקֹּין Accáin, *nomen propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſue 15. verſ. 57.

הֹר Hór, *nom. propr. montis in finibus terræ Edom, ubi fuit trigeſima quarta manſio filiorum Iſrael*, Num. 20. verſ. 22., 33. v. 38.

הָרָא Ará, *nom. propr. urbis Aſſyrorum*, 1. Paralip. 5. v. 26., *Hiron. putat, eſſe* Rages *Medorum civitatem, de qua* Tob. 1. v. 16. *Aliis eſt* Haran, *ſive* Charan.

הַרְאֵל *Vide* אֲרִיאֵל *pag.* 63.

הָרַבָּה Arebbá, *nomen propr. civitatis Tribus Juda, ad occidentem*, Joſ. 15. v. 60.

הָרַג Occidit, interfecit: *Præter.* הָרַג אוֹתָם occidit eos, Judic. 9. v. 24. *Cum affix.* וַהֲרָגָנִי & interficiet me, 1. Sam. 16. v. 2., הֲרָגוֹ interfecit eum, Gen. 4. v. 25., הֲרָגָם occideret eos, Pſal. 78. v. 34. *Fœm.* הָרְגָה interfecit, *& cum affix.*, ה *in* ת *mutato*, הֲרָגַתְהוּ interfecit eum, Judic. 9. v. 54., וַהֲרָגָתַם & interficeret eos, Amos 9. v. 4.; וַהֲרַגְנוּם & occidemus eos, Nehem. 4. v. 5. *Niph. Infin.* בֵּהָרֵג quum interficietur, Ezech. 26. v. 15., *pro* בְּהֵהָרֵג, *&* Sægol *eſt propter ſequentem gutturalem affectam* Kametz: *ſimile vide in* עָטַף. *Pyh. præter.* הֹרַג interfectus eſt, Iſai. 27. v. 7.

הֶרֶג *m.* Occiſio, interfectio, cædes: בְּיוֹם הֶרֶג רָב tempore cædis magnæ, Iſai. 30. v. 25.

הֲרֵגָה *f. Idem*: צֹאן הַהֲרֵגָה pecus occiſionis, Zach. 11. v. 4., *Legitur etiam* Jerem. 7. v. 32., *&* 19. v. 6.

הָרָה Concepit: *metaphorice*, cogitavit, meditatus eſt, *quaſi diceretur*, mente concepit: *Præter.* וְהָרָה עָמָל concecepit laborem, Pſal. 7. v. 15., *Fœm. in pauſa* הָרָתָה concepit, Gen. 16. v. 5., וְהָרִית & concipies, Jud. 13. verſ. 3., הָרִיתִי concepi, Num. 11. v. 12., *Plur.* הָרִינוּ concepimus, Iſai. 26. v. 18. *Infin.* הֹרוֹ וְהֹגוֹ concipere, & loqui, Iſai. 59. v. 13., *cum* ו *loco* ה, *&* Cholem *ab initio eſt loco* Kametz. *Futur.* וַתַּהַר לוֹ & concepit ea illi, *id eſt*, ex illo, Geneſ. 38. v. 18., וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם & concepit Mirjamum, *id eſt*, conceptum peperit, 1. Paralip. 4. v. 17. *Plur.* תַּהֲרוּ concipietis, Iſai. 33. v. 11. *Fœmin.* וַתַּהֲרֶיןָ & conceperunt, Gen. 19. v. 36. *Pyh. Præt.* הֹרָה גָבֶר conceptus eſt vir, Job

3. v. 2., id eſt, natus, in lucem editus.

הוֹרֶה *f.* Genitor, *quaſi*, faciens concipere: *Plural. cum affix.* עַל בִּרְכוֹת הוֹרַי benedictionibus progenitorum meorum, Geneſ. 49. v. 26.

הוֹרָה *f.* Genitrix: *cum affix.* הוֹרָתָם genitrix eorum, Hoſ. 2. verſ. 5.

הָרָה *f.* Gravida, prægnans, Gen. 38. v. 24. *Conſtr.* הֲרַת עוֹלָם ut gravidæ perpetuo, Jerem. 20. v. 17. *Plur.* הָרוֹת Amos 1. v. 13. *Cum affix.* וְהָרוֹתֵיהֶם & gravidas eorum, 2. Reg. 8. verſ. 12.

הָרִיָּה *f. Idem*: *Plur. cum affix.* וְהָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ & prægnantes ejus diffindentur, Hoſ. 14. v. 1.

הוֹרָם Horám, *nom. propr. regis Gazer*, Joſ. 10. v. 33.

הָרוּם, *vel* הָרֻם Arum, *nom. propr. patris Aharehel*, 1. Paralip. 4. v. 8.

הָרְמָה Aramá, & Hormá, *nom. propr. civitatum, unius in Tribu Aſer*, Joſ. 19. v. 29. *alterius in Tribu Nephthali*, Joſ. 19. v. 36.

הַרְמוֹן; *unde* ה *articulo, &* ה *locali in fine* הַהַרְמוֹנָה, Amos 4. v. 3., *quibuſdam eſt nom. propr. loci*; *quare Vulg. tranſtulit* in Armon; *Hieron. vertit*; in locis Armeniæ; *Sym.*, in Armenia; *addit autem idem S. Doctor, quod LXX.* Montem Remman, *Aquila* Montem Armona, *Theod.* Montem Mona, *quinta autem editio* Excelſum Montem tranſtulerunt. *Aliis tamen eſt nomen appellativum*, ad palatium, ad arcem, *&c. ita ut idem ſit atque* אַרְמוֹן, *quod vide ſupra pag.* 66.

הָרָן Arán, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 11. v. 26., 1. Paralip. 23. verſ. 9.

הֵרוֹן, & הֵרֹן *m.* Conceptus: *Cum affix.* וְהֵרֹנֵךְ & conceptum tuum, Gen. 3. v. 16.

הֵרָיוֹן *m. Idem*, Ruth. 4. v. 12.

הַרְהֵר *Chald.* Cogitavit, *unde nomen plural.* הַרְהֹרִין cogitationes, Dan. 4. verſ. 2. *In Targum ſæpius occurrit. Rabbini dicunt*, אֵין לְהַרְהֵר אַחַר מַעֲשֵׂי הַשֵּׁם non eſt ſpeculandum poſt opera Dei.

הָרַס Diruit, deſtruxit, demolitus eſt: ſubvertit, perrupit. *Præter.* וְעָרָיו הָרָס & urbes ejus deſtruebat, Iſai. 14. v. 17. *Partic. præſ.* הֹרֵס deſtruens, Jerem. 45. v. 4. *Pahul* הָרוּס dirutum, deſtructum, 1. Reg. 18. v. 30. *Infin. conſtr.* וְלַהֲרוֹס ad deſtruendum, ad diruendum, Jerem. 1. v. 10. *Imperat.* הֲרֹס, *cum accentu* Makkaph הֲרָס־ deſtrue, Pſalm. 58. v. 7., *cum affix.* הָרְסָהּ deſtrue eam, 2. Sam. 11. v. 25; *Futur.* אֶהֱרֹס deſtruam, Jerem. 42. v. 6. *Plural.* פֶּן־יֶהֶרְסוּ, Exod. 19. v. 21., ne deſtruant, evellant, *ſive*, *ut habet Vulg.*, ne forte velit tranſcendere terminos; *ſic fere ibidem* verſ. 24., *& in pauſa*, יַהֲרֹסוּ deſtruent, deſtruxerunt; 2. Reg. 3. verſ. 25. *Niph Præter.* נֶהֶרְסוּ deſtruantur, Jerem. 50. v. 15. *Futur.* וְלֹא יֵהָרֵס & non deſtruetur, Jerem. 31. v. 40. *Plural. cum* Nun *paragogico*, *& in pauſa*, יֵהָרֵסוּן deſtruentur, Pſal. 11. v. 3. *Pih. Partic.* מְהָרְסַיִךְ deſtruentes te, Iſai. 49. v. 17. *Infinit.* הָרֵס תְּהָרְסֵם demoliendo demolitor eos, Exod. 23. v. 24. *Futur. cum affix.* תְּהָרְסֵם dirues, deſtrues eos, Exod. 23. v. 24.

הֶרֶס *m.* Deſtructio: עִיר הַהֶרֶס, Iſai. 19. v. 18., *quibuſdam eſt*, urbs deſtructionis, *hoc eſt*, deſtruenda; *LXX.*, πόλις Ἀχερὲς urbs Acheres; *Aq.*, *& Theod.*, πόλις Ἀρὲς urbs Ares; *Sym.*, πόλις ἡλίου, *Vulg.*, urbs ſolis.

הֲרִיסוּת *f.* *Idem*: *Cum affix.* הֲרִיסֻתֵךְ deſtructionis tuæ, Iſai. 49. v. 19. *Plural. cum affix.* וַהֲרִיסֹתָיו & demolitiones ejus, Amos 9. v. 11.

הָרָפָה Araphá, *nom. comm. Gigantibus*, *qui ſic dicti ſunt*, *quod ſua proceritate*, *& robore ceteros homines terrerent*, *eorumque animos quaſi diſſolverent*, *a rad.* רָפָה *in Piel*, 2. Sam. 21. v. 16.

הָרַקּוֹן Arecón, *nom. prop. civitatis Tribus Dan*; *ad ſeptentrionem*, Joſ. 19. v. 46.

הָרַר, *Chald.*, *& Syr.*, moleſtus fuit; *inde*, *ut quibuſdam placet*, *eſt* הָרָר, *&* הֶרֶר *m.* Mons, *ita ab* aſcenſus moleſtia *dictus*: *Alii* הרר montem *derivant ab* הָרָה concepit, intumuit: *Cum affix.* הֲרָרִי בַּשָּׂדֶה montem meum cum agro, Jerem. 17. v. 3. *Vulg. ibidem habet*, ſacrificantes in agro; *Guarin autem videtur*, *vocem* ſacrificantes *fuiſſe a Vulg. additam*, *prætermiſſa dictione* הֲרָרִי: לַהֲרָרִי in monte

 meo,

meo, Pſal. 30. v. 5., בְּהַרְרָם in monte ſuo, Gen. 14. v. 6. *Plural. conſtr.* הַרְרֵי קֶדֶם montium antiquitatis, *id eſt*, antiquiſſimorum, Deuter. 33. v. 15. *Cum affix.* וּמֵהֲרָרֶיהָ & a montibus ejus, Deut. 8. v. 9.

הַר *m.* Mons, montana loca: *Cum articulo* ה *notatur cum* Kametz, *abſque eo, cum* Pathach, *quaſi illa ſit forma abſoluta, hæc conſtructa*: עַל הָהָר הַזֶּה ſuper montem hunc, Exod. 3. v. 12. *Cum* ה *locali*, הָהָרָה in montem, Gen. 12. v. 8., הַר־אֱלֹהִים mons Dei, Pſal. 68. v. 16. *Cum affix.* נוּדִי הַרְכֶם emigra e monte veſtro, Pſal. 11. v. 1., *&* *deeſt præpoſitio* מִן: *Plural.* הָרִים montes, Gen. 7. v. 20., *&* Kametz *eſt loco ejecti* Dageſch *ex* Reſch; *nam eſt ex defectivis ſecunda radicali*: *Eſt &* הָרֵי *pro* הָרִים, Zach. 14. v. 5., *cui ſimile vide infra in* חָלַל *in nomine* חַלּוֹן: *Conſtr.* הָרֵי, Ezech. 6. v. 2. *Cum affix.* אֶת הָרָיו montes ejus, Ezech. 35. v. 8.

הֲרָרִי *m.* Montanus, *juxta quoſdam*: *Aliis* י *eſt affixum Pronomen, ut in initio Radicis poſitum*: *Aliis eſt nom. prop. aut familiæ, aut eorum, quorum majores in montibus vixerant*: *Unde Vulg. vertit*, Arari, Ararites, *&* Arorites, 1. Paralipom. 11. vv. 34. 35., *&c.*

הָשֵׁם Aſſém, 1. Paralip. 11. v. 34., *nom. propr. viri, qui* 2. Sam. 23. v. 32. *dicitur* יָשֵׁן Jaſſén.

הוֹשָׁמָע Hóſcamá, *& juxta Vulg.*, Samá, *nom. propr. filii Jechoniæ*, 1. Paralip. 3. v. 18.

הוֹשֵׁעַ Oſée, *nom. propr. filii Nun*, Num. 13. v. 9., *qui ibidem* v. 17. Joſue *cognominatur a Moyſe*; *item nom. prophetæ filii Beeri*, Oſee 1. v. 1., *& aliorum virorum*, 2. Reg. 15. v. 30., 1. Paralip. 27. v. 20.

הוֹשַׁעְיָה Oſaias, *nom. propr. virorum*, Nehem. 12. v. 32., Jerem. 42. v. 1.

הָשְׁפוֹת. *Vide ſupra* אַשְׁפּוֹת.

הֵתָיוּ. *Vide in* אָתָה.

הִתּוּךְ *m. Vide in* נָתַךְ.

הֲתָךְ Athách, *nom. propr. Eunuchi Eſtheræ*, Eſth. 4. v. 5.

הָתַל *Pih.* Ludificavit, deluſit, illuſit, *& irregulariter ſic dicitur, pro* הִתֵּל, *cui non abſimile in* פָּקַד *in Hithp. Conſtruitur cum Præpoſitione* ב: *Præter.* הֵתֶל בִּי illuſit mihi, Gen. 31. v. 7. *Infinit. cum Futur.* כְּהָתֵל בֶּאֱנוֹשׁ תְּהָתֵלּוּ בוֹ

ſecun-

°ſecundum illudere, *vel*, ſicut illuditis homini, illudetis ei? Job 13. v. 9. *Regularis forma*, וַיְהַתֵּל בָּהֶם illudebat eis, 1. Reg. 18. v. 27. *Pyh. Præter.* לֵב הוּתַל animus illuſus, Iſai. 44. v. 20.

הֲתֻלִּים *m. p.* Ludificationes, illuſiones, Job 17. verſ. 2. *Vulg. habet*; non peccavi: *ſenſum*, *non verba reddidit*.

מַהֲתַלּוֹת *f. plur.* *Idem*, Iſai. 30. v. 10.

הוֹתִיר Othír, *nom. propr. filii*, *aut unius e poſteris Heman*, 1. Paralip. 25. v. 4.

הַתִּרְשָׁתָא Athersátha, *nom. propr.*, *vel potius cognomen Nehemiæ*, Nehem. 8. v. 9., 10. v. 1.

הָתַת : *Pih.* הוֹתֵת prava moliri, inſidiari, machinari. *Futur.* תְּהוֹתְתוּ prava, *vel*, aerumnas machinabimini, Pſal. 62. v. 4., *LXX. vertunt*, ἐπιτίθεσθε imponitis; *Aq.*, ἐπιβουλεύετε inſidiamini; *Sym.*, ματαιοπονήσετε vane laboratis, *aut* laborabitis; *Vulg.*, irruitis. *Ab.Eſra*, & *R.Salomon deducunt a nomine plurali* הַוּוֹת, *de quo in* הַוָּה, *ita ut* ת *ſervile tranſeat in Radicale*. *Sic & Kimchi*, תחשבו הוות cogitabitis prava.

ו

ו *In numeris valet Sex. Litera eſt, ut plurimum, ſervilis, atque hanc ipſam ſive ab initio, ſive in fine Hebrææ dictiones omnes patiuntur. Et ab initio quidem dictioni præfixa, ſicuti variæ eſt obnoxia* punctationi, *de qua conſulendi Grammatici, ita multiplicem, variumque præſefert ſenſum*

I. *Exprimit diverſas* conjunctiones, *videlicet*; copulativam, &, etiam, *quæ eſt omnium uſitatiſſima*: Disjunctivam, aut, vel, ſive, *ut*, וּמְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ מוֹת יוּמָת porro maledicens patri ſuo, aut matri ſuæ morte morietur, Exod. 21. v. 17., *&c.* Conditionalem, ſi, ſi quando, quod ſi, cum, quandoquidem, וּדְפָקוּם ſi impulerint eos, Gen. 33. v. 13. וְיֵשׁ יְהוָה עִמָּנוּ ſi eſt Dominus nobiſcum, Judic. 6. v. 13., *ita* Ruth 2. v. 9., Adverſativam, *qua orationis partes ratione tantum ſegregantur*, ſed, tamen, verum, veruntamen, *ut* וּמֵעֵץ הַדַּעַת verum de ligno ſcientiæ, Gen. 2. v. 17., *ita*, Exod. 1. v. 12., Pſal. 5. v. 8., *&c.* Cauſalem, *qua rei præcedentis cauſa redditur*, quia, quod, quoniam, nam, enim, etenim, Gen. 6. v. 17., Exod. 3. v. 22., *item*, ut, ita ut, *maxime ante futura, & poſt verbum* היה; וְשָׁמְרוּ דֶּרֶךְ יְהוָה; ut cuſtodiant viam Domini, Gen. 18. verſ. 19., שַׁלַּח אֶת־בְּנִי וְיַעַבְדֵנִי dimitte filium meum, ut ſerviat mihi, Exod. 4. verſ. 23., לֹא אִישׁ אֵל וִיכַזֵּב וּבֶן־אָדָם וְיִתְנֶחָם non quaſi homo (*eſt*) Deus, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur, Numer. 23. verſ. 19., *&c.* Concluſivam, *qua videlicet ex antecedente conſequens certa ratione* *infer-*

inſertur, quare, quamobrem, quapropter, ergo, ideo, itaque; וַיְכֻלּוּ הַשָּׁמַיִם igitur perfecti ſunt cæli, Geneſ. 2. verſ. 1., *&c.*

II. *Non ſolum copulat, ſed etiam ſæpiſſime mutat præteritum in ſignificationem futuri, & , vice verſa, futurum in ſignificationem præteriti; unde &* ו converſivum *appellatur. Itaque litera* ו *præterito præfixa convertit illud in futurum, dummodo non præceſſerit aliud præteritum, aut futurum pro præterito poſitum:* וְעָבַר יְהוָה, & tranſibit Dominus, Exod. 12. v. 23., וַעֲבַדְתֶּם, & ſervietis, Exod. 23. v. 25., וּפָחַד, & expaveſcet, Iſai. 19. v. 16. *Contra* ו *futuro præfixum, atque notatum* Pathac, *ſequente* Daghes, (*quod tamen ex litera, quæ* Sceva *afficitur, ſæpius; & ex* Iod, *tertiæ perſonæ futuri charactere, fere ſemper excidit*), *aut notatum* Kametz, *ante gutturalem* א, *convertit illud in præteritum, ut,* וַיִּקֹּד הָעָם וַיִּשְׁתַּחֲווּ & inclinavit ſe populus, & adoravit. Exod. 12. v. 27., וָאֶבְנֶה הַבַּיִת & ædificavi domum, 1. Reg. 8. v. 20. *Duo excipiuntur, inquit Guarin, in quibus* ו *illud ante* א *afficitur litera* Pathach, *videlicet*, 2. Sam. 1. v. 10., Ezech. 16. v. 10. *Interdum tamen* ו *illud copulat tantum, & non convertit, ut* Iſai. 5. v. 15., *&c. &, contra, in præterito, atque futuro convertit ſolum, non vero copulat, ut* Gen. 22. v. 4., Exod. 12. v. 15., *&c.*

III. *Exprimit* adverbia: (1) Ordinis, præterea, inſuper, Num. 8. v. 1., 1. Sam. 28. v. 19. (2) Negandi, *poſt aliam* negationem, neque; לֹא־תַעֲשֶׂה־לְךָ פֶסֶל וְכָל־תְּמוּנָה non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, Exod. 20. v. 4. (3) Temporis, tum, tunc; וְרָאִיתִי אֶת־הַדָּם וּפָסַחְתִּי עֲלֵכֶם ſi videro ſanguinem, tunc tranſibo vos, Exod. 12. verſ. 13. *Item*, donec, quum, quando; וְשָׁכַבְתִּי עִם־אֲבֹתַי וּנְשָׂאתַנִי מִמִּצְרַיִם quum dormiero cum patribus meis, tunc tolles me ex Ægypto, Geneſ. 47. verſ. 30. (4) Similitudinis, *atque* comparationis, ſic, ita, ut; וְהָיְתָה יַד־יְהוָה בָּכֶם וּבַאֲבֹתֵיכֶם tunc erit manus Domini ſuper vos, ut (*fuit*) ſuper patres veſtros, 1. Sam. 12. verſ. 15., כַּעֲבוֹר סוּפָה וְאֵין רָשָׁע ſicut tranſit turbo; ita non (*eſt*) impius, Proverb. 10. verſ. 25., *&c.*, *item*, maxime, præſertim, potiſſimum; לְכוּ רְאוּ אֶת־הָאָרֶץ וְאֶת־יְרִיחוֹ ite, conſiderate

terram, & Jericho, *hoc eſt*, potiſſimum Jericho, Joſ. 2. v. 1., וַיַּעֲבִירוּ קוֹל בְּכָל־עָרֵיהֶם וּבִירוּשָׁלַםִ ut prædicent in universis urbibus, & in Jeruſalem, *hoc eſt*, præſertim in Jeruſalem, Nehem. 8. v. 15., *&c.* (5) Corrigendi, quin, imo, Prov. 6. v. 16.; 30. vv. 15. 18., *&c.*, *&* Optandi, imo, 2. Sam. 24. v. 3. (6) Declarandi, clariuſque explanandi, nempe, nimirum, ideſt; *ut*, וַיִּקְבְּרֻהוּ בָרָמָה וּבְעִירוֹ & ſepelierunt eum in Rama, ideſt, in civitate ſua, 1. Sam. 28. v. 3., *item*, inquam; *ut* לְכוּ שִׁבְרוּ וֶאֱכֹלוּ וּלְכוּ שִׁבְרוּ בְּלוֹא־כֶסֶף properate, emite, & comedite, properate, inquam, emite abſque argento, Iſa. 55. v. 1.

IV. Præpoſitionem, cum, una cum: וַיִּסַּע יִשְׂרָאֵל וְכָל אֲשֶׁר־לוֹ profectus eſt itaque Iſrael cum omnibus, quæ ei, *id eſt*, quæ habebat, Gen. 46. v. 1., כִּי־הָיָה אֲרוֹן הָאֱלֹהִים בַּיּוֹם הַהוּא וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל quia erat arca Dei in die illa cum filiis Iſrael, 1. Sam. 14. v. 18.

V. *Pronomen* relativum, *quando nempe, inquit Joa. Simon, litera* ו *extat inter verba* finita *diverſorum temporum, quorum poſterioris ſubjectum reticetur: ut*, וַיְשַׁלְּחֶהָ וַתֵּלֶךְ וַתֵּתַע בְּמִדְבַּר & dimiſit eam. Quæ abiit, & erravit in ſolitudine, *&c.*, Gen. 21. v. 14.

VI. *Deſignat* diverſitatem, *ſive* varietatem, *nec non* diſtributionem, *quando inter duo ſubſtantiva repetita poſitum eſt* (*addit idem Simon*): *ut* בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ in corde, & corde, *id eſt* diverſo corde loquuti ſunt, Pſal. 12. v. 3., לְעִיר וָעִיר per urbem, & urbem, *id eſt*, per ſingulas urbes, 2. Paral. 19. v. 5. *Præterea ſi* ו *duo nomina, vel verba copulat, quandoque eſt omittendum, ita ut poſterius nomen per* Genitivum, *verbum autem per* Infinitivum *reddatur: ut*, וַיֹּסֶף אַבְרָהָם וַיִּקַּח אִשָּׁה & addidit Abraham, & duxit uxorem, *id eſt*, addidit ducere, *vel* iterum duxit, Gen. 25. v. 1.

VII. ו *interdum* deficit, *quod quidem ex orationis ſenſu, atque nexu facile dignoſcitur*; *interdum* abundat, *potiſſimum in initiis librorum* Exodi, Levitici, Joſue, Judicum, Ruth., 1. *&* 2. Samuelis, 1. *&* 2. Regum, 2 Paralip., Eſdræ, Eſther, Ezech., *&* Jonæ. *Vulgo etiam narrationes hiſtoricæ incipiunt ab* וַיְהִי & fuit.

In fine dictionis ו affixum *tertiæ perſonæ ſingulari maſculinæ*

linæ quandoque pluralem numerum *in verbis conſtituit*. *Nonnumquam tandem eſt* Paragog., *additurque in fine cum nominibus, tum verbis ob ſolam* euphoniam.

וָו *m.* Paxillus, uncinus, uncus, *a cujus forma litera* ו *&* *figuram, & nomen habet. Tales ſunt* unci, *in quibus janua verſatur. Plural.* וָוִים, Exod. 38. verſ. 28., *LXX. ſunt*, ἀγκύλαι anſæ, κρίκοι annuli, κεφαλίδες, *Vulg.* capitella. *Aliis vero ſunt*, paxilli, unci, uncini. *Conſtr.* וָוֵי הָעַמֻּדִים unci columnarum, Exod. 27. v. 10. *Cum affix.* וָוֵיהֶם unci eorum, Exod. 26. v. 37.

וָהֵב, Num. 21. v. 14., *juxta R. Davidem in lib. Radicum eſt nom. propr. loci; quibuſdam eſt nomen lapidis; alii vertunt*, אֶת־וָהֵב quod dedit, *quaſi à* יָהַב dare; *alii*, molem, onus *interpretantur; Hieronymus transfert*, ſicut fecit.

וַנְיָה Vaniá, *nom. propr. viri e poſteris Bani*, Eſdr. 10. v. 36.

וָפְסִי Vapsí, *nom. propr. patris Nababi*, Num. 13. v. 15.

וַשְׁנִי Vaſſení, *nom. propr. primogeniti Samuelis*, 1. Paralip. 6. verſ. 28.

וַשְׁתִּי Vaſthí, *nom. propr. uxoris Aſſueri*, Eſth. 1. v. 9.

ז

ז *In numeris valet ſeptem, atque litera ſemper eſt radicalis.*

זְאֵב *m.* Lupus, Gen. 49. v. 27. *Plural.* כִּזְאֵבִים ſicuti lupi, Ezech. 22. v. 27. *Conſtr.* זְאֵבֵי עֶרֶב lupi veſperæ, *ideſt*, veſpertini, Soph. 3. v. 3.

זְאֵב Zéb, *nom. propr. unius e principibus Madianitarum, quem interfecerunt Ephraimitæ*, Judic. 7. v. 25., Pſal. 83. v. 12.

זַאֲוָן *Vide infra in* זוע.

זאת *Pronomen fœmininum, vide infra in* זֶה.

זבב *Radix Hebræis inuſit. Sed Syr., & Arab.* incertis ſedibus devagatus eſt, nec in uno loco conſtitit; *Hinc ab* inconſtantia ſedis, *ut quibuſdam videtur*, *eſt*

זְבוּב *m.* Muſca, Iſai 7. v. 28. *Plural. Conſtr.* זְבוּבֵי מָוֶת muſcæ mortis, Eccl. 10. v. 1.

בַּעַל זְבוּב Baalzebub, *vide ſupra pag.* 120.

זבד Dotavit, donavit: *Præter.* זְבָדַנִי אֱלֹהִים donavit me Deus, *LXX. vertunt*, δεδώρηταί μοι dedit, donavit mihi: *Vulgat., atque recentiores habent*, dotavit me, Gen. 30. v. 20.

זֶבֶד *m.* Dos, donum, donatio: זֶבֶד טוֹב donatione bona, Gen. 30. v. 20.

זָבָד Zabád, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 2. v. 36., 7. v. 20., 11. v. 41., 2. Paralip. 24. v. 26.

זָבוּד Zabúd, *nomen propr. filii Nathan Sacerdotis*, 1. Reg. 4. verſ. 5.

זְבוּדָה Zevudá, & *juxta Vulgat.*, Zebidá, *nom. propr. matris Joakim*, 2. Reg. 23. v. 36.

זַבְדִּי Zabdí, & Zebedæus, *nom. propr. virorum*, Joſ. 7. v. 1., 1. Paralip. 8. v. 19., Nehem. 11. v 17.

זָבָה *Vide in* זוב.

זַבְדִּיאֵל Zabdiél, *nom. propr. patris Jesboam*, 1. Paral. 27. v. 2.

זְבַדְיָה Zabadiás, & Zebediá, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 8. vv. 15. 17., 27. v. 7., Eſdr. 8. v. 8.

זָבַח Mactavit, ſacrificavit. *Priore ſignificatione extat*, Gen. 31. v. 54., 1. Sam. 28. v. 24., 1. Reg. 13. v. 2., 19. v. 21., *Pih. Præter.* זִבַּח ſacrificavit, 2. Paralip. 33. v. 22. *Particip.* מְזַבֵּחַ ſacrificabat, 1. Reg. 3. v. 3.

זֶבַח *m.* Sacrificium, ſacrificatio, victima, Hoſ. 6. v. 6., mactatio, mactatilia animalia: זֶבַח גָּדוֹל mactationem magnam, Ezech. 39. v. 17. *Cum affix.* עַל־זִבְחִי ad mactationem meam, *ibid. Plural.* וַיִּזְבַּח זְבָחִים & ſacrificavit ſacrificia, Gen. 46. verſ. 1. *Conſtr.* לְזִבְחֵי אֱלֹהֵיהֶן ad ſacrificia deorum ſuorum, Num. 25. v. 2. *Cum affix.* וְדַם־זְבָחֶיךָ & ſanguis ſacrificiorum tuorum, Deuter. 12. v. 27.

זֶבַח Zebée, *nom. propr. regis Madianitarum*, Judic. 8. v. 5., Pſalm. 83. v. 12.

זִבְחָה *f.* Sacrificatio: *Plural. cum affix.* מִזִּבְחוֹתָם propter ſacrificationes ſuas, Hoſ. 4. v. 19.

מִזְבֵּחַ *m.* Altare, *quaſi* ſacrificatorium: *Conſtr.* מִזְבַּח אֲדָמָה altare terræ, *hoc eſt*, terreum, Exod. 20. verſ. 24. *Cum affix.* אֶת־מִזְבְּחוֹ altare ejus, Judic. 6. v. 32. *Plural.* שִׁבְעָה מִזְבְּחֹת ſeptem altaria, Num. 23. v. 1. *Cum affix.* אֶת־מִזְבְּחֹתֶיךָ altaria tua, 1. Reg. 19. v. 10.

זַבַּי Zabbái, *nom. propr. unius e poſteris Bebai*, Eſdr. 10. v. 28.

זָבַל Habitavit, cohabitavit: *Futur.* יִזְבְּלֵנִי habitabit mecum, Gen. 30. v. 20., *pro* יִזְבּוֹל עִמִּי.

זְבוּל, זְבֻל *m.* Habitaculum, 1. Reg. 8. v. 13., *de* Templo *Salomonis*. *Inde & de* Cœlo *dicitur, quod eſt proprium habitaculum Dei*, Iſai 63. v. 15., & ſtellarum, Habac. 3. v. 11.

זְבֻל Zebúl, *nom. propr. ſervi Abimelech filii Gedeonis*, Judic. 9. v. 28.

זְבוּלָה *f.* Habitaculum, Habac. 3. v. 11. *R. Salomon tamen*, ה *in fine, vult, eſſe loco* ל *in principio, quod locum denotare ſolet pro* לִזְבוּל, *vel* בִּזְבוּל in habitatione.

זְבֻלוּן Zabulón, *nom. propr. decimi filii Jacobi ex Lia ejus uxore*,

re, a quo nomen eſt ſortita Tribus Zabulon, Gen. 30. v. 20.

זְבוּלֹנִי Zabulonita, Zabulonites, *nom. comm. Iſraelitis ex Tribu Zabulon oriundis*, Judic. 12. v. 11.

זבן *Chald.* Emit, redemit: *Partic. Plural.* זָבְנִין redimentes eſtis, redimitis. Dan. 2 v. 8.

זֶבֶת *Vide in* זוב.

זְבִינָא Zabina, *nom. propr. viri de filiis Nebo*, Eſdr. 10. v. 43.

זג *m.* Cortex, cutis exterior uvarum: מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג ab acinis, *vel* acinorum nucleis uſque ad cutem, Num. 6. v. 4., *ſic R. Salom. Ab. Eſr. notat, quoſdam ſapientum dicere* חַרְצַנִּים *eſſe* exterius, *&* זָג interius *uvarum; alios contrarium ſentire. Hoc petitum ex* Codice Talmudico Nazir, cap. 6. fol. 34. *Jonatan paraphraſta ſequitur priorem interpretationem: vertit enim*, מִקְּלוּפִין וְעַד זְגִין גּוָאִין דְעִנְבָא a corticibus uſque ad acinos interiores uvæ, *ab LXX. dictio* זָג *redditur*, γίγαρτον acini vinacei nucleus; *& ab Vulgat.*, acinus.

אַזְדָּא. *Vide in* אזד.

זָדָה *Vide in* זוד.

זָדוֹן, זְדוֹן, *&* זֵדוֹן. *Vide infra poſt* זוד.

זה *m.* Hic, iſte, hoc, iſtud: *cum* ה *ab initio*, הַזֶּה: *cum* ב *ſit* adverbium; בָּזֶה in hoc, *ſcil.* loco, *id eſt*, hic, Num. 22. v. 19. *ſic*, מִזֶּה ex hoc, *ſcil.* loco, *id eſt*, hinc. *Geminatum in eadem ſententia, eſt*, hinc, inde: *ut*, מִזֶּה אֶחָד וּמִזֶּה אֶחָד hinc unus, & illinc alter, Exod. 17. v. 12. *Deficit quandoque Præpoſitio: ut*, עֲלוּ זֶה aſcendite hàc, Num. 13. v. 18., *id eſt*, בְּזֶה הַדֶּרֶךְ per hanc viam: *Item*, כָּזֹאת juxta hoc, Judic. 18. verſ. 3., לָזֶה huic, 1. Sam. 21. v. 12., 25. v. 21. *Aliud eſt* לָזֶה *pronomen integrum, quod vide ſub radic.* לזה. *Quandoque per* Jam *exponi poteſt, vide* Num. 14. v. 22., *&* 22. v. 23. *Per Ellipſin Pronominis* אֲשֶׁר *exponenda ſunt hæc, & ſimilia*; וְזֶה אָהַבְתִּי & hic (*pro* hi, quos) dilexi, Job 19. v. 19., אֶל־מְקוֹם זֶה ad locum hunc, *vel* iſtum, (quem) fundaſti ipſis, Pſalm. 140. v. 8. *Vide &* Prov. 23. v. 22.

זֹה *f.* Hæc, iſta, hoc, iſtud: מַה זֹּה עָשָׂה ecquid iſta facit? Eccl. 2. v. 2., כָּזֹה וְכָזֶה ſecundum hoc, & ſecundum hunc, *id eſt*, hæc, & talia mihi fecit, Judic. 18. v. 4.

זו ,זו *Idem eſt, quod præcedens, & Vau eſt loco He*: זו וְעֵדֹתִי & teſtimonium meum hoc, Pſalm. 132. v. 12. *Dicitur & זוּ, utroque genere: Maſcul.* עַם־זוּ populum hunc, Iſai. 43. v. 21., *Fœmin.* Pſal. 10. v. 2.

זאת ,זאות Hæc, hoc, iſta, iſtud, *cum* א *in medio, loco* ה: זאת הָאָרֶץ hæc terra, Deut. 34. v. 4., כָּזֹאת וְכָזֹאת ſicut hoc, & ſicut hoc, *id eſt*, hæc, & talia mecum locuta eſt, 2. Reg. 5. v. 8. הֲזֹאת num hoc? הזאתה hæc, Jerem. 26. v. 6., *cum* ה *abundante in fine, ſecundum Maſſorethas.*

זָהָב *maſc.* Aurum: *metonymicè*, aureus nummus: *ut* וְשֵׁשֶׁת אֲלָפִים זָהָב & ſex millia auri, *id eſt*, aureorum, 2. Reg. 5. v. 5. *Metaphoricè*, ſerenitas, ſerenum, aureſcens lux, *ut Varro dixit*, aureſcit aër, *de* L. L. lib. 6.; מִצָּפוֹן זָהָב יֶאֱתֶה ab aquilone venit aurea lux, Job 37. v. 22. *id eſt*, ſerenitas puriſſima: *nam venti aquilonares diſpellunt nubes*: *Aben Eſra*, זוהר הַשָּׁמַיִם ſplendor cœli, *qui ſimilis eſt colori* auri: *Item*, limpidus, aureus liquor: מַה־שְּׁתֵּי שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים אֲשֶׁר בְּיַד שְׁנֵי צַנְתְּרוֹת הַזָּהָב הַמְרִיקִים מֵעֲלֵיהֶם הַזָּהָב: quid ſunt duæ ſpicæ olivarum, quæ ſunt juxta duo roſtra aurea (*ſive duas ampullas aureas*), quæ (*olivæ*) evacuant ex ſe aurum, *id eſt*, *oleum inſtar* auri *purum*; & *juxta Vulg.*, in quibus ſunt ſuffuſoria auri, Zach. 4. v. 12. *Conſtr.* וּזֲהַב הָאָרֶץ & aurum terræ, Gen. 2. v. 12. *Cum affix.* זְהָבוֹ auri ſui, Iſai. 2. verſ. 20.

זָהַם *In Kal Hebræis inuſit., Chald.* Fœtuit; *Arab.* ſorduit: *Unde Pih.* זִהֵם faſtidivit, deteſtatus eſt, *tanquam* ſordidum, & immundum: *Præter. fœmin. cum affix.* וְזִהֲמַתּוּ חַיָּתוֹ לָחֶם, *pro* וְזִהֲמַתְהוּ, *cum Pleonaſmo affixi more Syrorum*, & faſtidivit eum, *ſcil.* panem, vita ejus panem, Job 33. v. 20. *In Targum eſt* polluere, inquinare: polluta abominabilia ſunt.

זַהַם Záham, & *juxta Vulg.*, Zóom, *nom. prop. filii Roboam ex Abihail*, 2. Paral. 11. v. 19.

זָהַר *In Kal inuſit. Inde Niph.* נִזְהַר, *quod LXX.*, & *Aq. eſt*, cuſtodivit, obſervavit, attendit, cavit; *Sym.*, præcavit; *aliis vero*, monitus, admonitus, commonefactus fuit; *Partic.* נִזְהָר בָּהֶם, Pſal. 19. v. 12., cuſtodit ea, *ita vertunt LXX.*, *Arab.*, & *Vulg.*, *Aliis eſt*, admonitus, commonefactus

factus per ea: *Eadem dictio* נִזְהָר, *quæ apud* Ezech. 33. vv. 4. 5. 6., *ab Vulg.*, *aliisque redditur*, ſe obſervaverit, ſe obſervavit, ſe cuſtodierit; *Alii vertunt*, admonitus, *&c.* *Infinit. cum præfix.* לְהִזָּהֵר, Eccl. 4. v. 13., præcavere, admoneri: *Imper.* הִזָּהֵר, Eccl. 12. v. 12., *varie redditur*; *a Vulg.*, ne requiras, *id eſt*, (& amplius his fili mi) cave, ne requiras; *ab aliis*, admonitus eſto, *id eſt*, (quod reliquum eſt, ex his) admonitus eſto; *ſive* (ex his abunde, ſatis ſuperque) informeris. *Hiph.* הִזְהִיר ſplenduit, fulſit: *metaphoricè*, monuit, admonuit, præmonuit, commonefecit; *qui enim* admonetur, illuſtratur. *Præt.* וְהִזְהִיר אֶת־הָעָם & monuit populum, Ezech. 33. v. 3. *Cum affix.* וְהִזְהִירֹה, 2. Reg. 6. v. 10., & monuerat, commonefecerat eum; *Vulg. vertit*, & præoccupavit eum: הִזְהַרְתָּ, Ezech. 3. v. 17., 33. v. 9., *& cum* ה *paragogico*, וְהִזְהַרְתָּה, Exod. 18. v. 20., admonebis, commonefacies, oſtendes: *Cum affix.* הִזְהַרְתּוֹ monueris eum, Ezech. 3. vv. 18. 20. *Infin. cum præfix.* לְהַזְהִיר ad monendum, *Vulgat.*, ut ſe cuſtodiat, Ezech. 33. v. 8. *Futur.* יַזְהִרוּ כְּזֹהַר ſplendebunt ſicut ſplendor, Dan. 12. verſ. 3.

זֹהַר *m.* Splendor, Dan. 12. v. 3., Ezech. 8. v. 2.

זְהִירִין *Chald. m. pl.* Moniti, cauti: וּזְהִירִין הֱוֹו cauti eſtote, Eſdr. 4. v. 22.

זו, זוּ, זוֹ, *vide paulo ante in* זֶה. זוּ *vide in* זוּז.

זוּב Fluxit, effluxit, profluxit: *propriæ de* fluxu humoris *dicitur*, *ut de* aqua, Pſalm. 78. v. 20., 105. v. 41., Iſai. 48. v. 21., *metonymice autem dicitur* de illis rebus, in quibus aliquid fluit; *ut de* terra Canaan *lacte*, *& melle* fluente; *de* valle; *ſpecialiter etiam de* fluxu *ſeminis in viro*, *& ſanguinis menſtrui in muliere*: *Particip.* זָב fluens, fluxu laborans, Levit. 15. v. 2. זָב עִמְקֵךְ fluens eſt, *vel*, fluit vallis tua, Jerem. 49. v. 4. *Fœmin.* זָבָה fluens, profluvio affecta, Levit. 15. v. 19. *Conſtr.* זָבַת חָלָב fluens lacte, Exod. 3. v. 8. *Futur.* יָזוּב fluxerit, profluxerit, Levit. 15. v. 25.

זוֹב *m.* Fluxus, profluvium, Levit. 15. v. 25. *Cum affix.* מִזּוֹבוֹ è profluvio ſuo, Levit. 15. v. 13.

זוד Superbivit, ſuperbe, arroganter egit: *Præter. Fœm.*, זָדָה ſuperbivit, Jerem. 50. v. 29. *Plural.* זָדוּ ſuperbe egerunt, Exod. 18. v. 11. *Hiph. Præter.* הֵזִידוּ ſuperbiverunt, ſuperbe egerunt, Neh. 9. v. 10. *Chald. Infin.* לַהֲזָדָה ad ſuperbe agendum, Dan. 5. v. 20. *Futur.* יָזִד, Exod. 21. v. 14., & יָזִיד, Deuter. 18. v. 20., ſuperbe egerit, auſus fuerit, *ſive* ſuperbia elatus fuerit: *Sed* וַיָּזֶד, Gen. 25. v. 29., *eſt*, & coxit: *Plur.* וַתָּזִידוּ & ſuperbe egiſtis, Deut. 1. v. 43., *cum Nun paragogico*, יְזִידוּן ſuperbiant, ſuperbe agent, Deuter. 17. v. 13.

זֵד *m.* Superbus, arrogans, Prov. 21. v. 24. *Plur.* זֵדִים ſuperbi, Iſai. 13. v. 11. & *ſubſtantive*, ſuperbiæ, ſuperba facta: מִזֵּדִים a ſuperbiis, *id eſt*, ſuperbè factis, contumaciis, Pſal. 19. v. 14. *Sed ibidem LXX.*, & *Vulg. vertunt*; ab alienis, alienigenis.

זֵידוֹנִים *m. pl.* Superbi: מַיִם הַזֵּידוֹנִים aquæ ſuperbæ, Pſal. 124. v. 5., *a LXX. redditur*, ἀνυπόστατον, *a Vulg.*, intolerabilis (aqua).

זָדוֹן *m.* Superbia, Prov. 11. v. 12. *Conſtr.* זְדוֹן לִבֶּךָ ſuperbia cordis tui, Jerem. 49. v. 16. *Cum affix.* יָדַעְתִּי אֶת־זְדֹנְךָ novi ſuperbiam tuam, 1. Sam. 17. v. 28.

זוה, *vel* זָוָה *Radix Hebræis inuſit. Arab.* abdidit, collegit, congeſſit; & *intranſitive*, ſe collegit *ad aliquid*, *id eſt*, tendit, vergit *ad aliquid*: *In ſeptima autem Conjugat.* prope acceſſit. *Inde, auctore Joa. Simone, ſunt*

זֶה, זֹה, זוֹ, זוּ, זֹאת, *quæ vide ſupra pag.* 250. 251.

זָוִית *f.* Angulus, *ad quem murus, vel paries utrinque* ſe colligit, *ſeu* contrahit, *ad quem paries utrinque* tendit, & vergit; *unde plur. cum præfix.* כְּזָוִיֹּת, Pſalm. 144. v. 12., *LXX. vertunt*, κεκαλλωπισμέναι, *Vulg.*, compoſitæ, *ita Syr.*, & *Arab. verſ.*, *Aq.*, ὡς ἐπιγώνια, *Hieron.*, *alii que*, ſicut anguli, *hoc eſt*, lapides angulares, *exteriores ſcil. in ædificio, quorum æquabilis erat proportio*, & *conſpicua elegantia; quique tunc temporis forſan ligneis cælaturis &c. ornati erant*: כְּזָוִיֹּת, Zach. 9. v. 15., *juxta Vulg.*, quaſi cornua; *juxta alios*, quaſi anguli.

מְזָוִים *m. p. Idem*: & *metonymice*, Cellæ, promptuaria, penuaria angulorum: *Cum affix.* מְזָוֵינוּ promptuaria noſtra, Pſal. 144. v. 13.

זון *Radix Hebræis inuſit. Chald.* ſe movere, moveri. *Inde ſunt*

מְזוּזָה *f.* Poſtis, *in qua valvæ januæ* ſe movent, Exod. 21. v. 6. *Conſtruſt.* אֶל־מְזוּזַת הַבַּיִת ſuper poſtem domus, Ezech. 45. v. 19. *Cum affix.* וּמְזוּזָתָם אֵצֶל מְזוּזָתִי & poſtis eorum juxta poſtem meum, Ezech. 43. v. 8. *Plur.* עַל מְזֻזוֹת ſuper poſtes, Deut. 6. v. 9. *Recentioribus Judæis* מְזוּזָה *eſt etiam* membrana, *in qua duas legis pericopas deſcribunt, quamque convolutam, & in calamo incluſam januæ poſti ad ingredientis dexteram ſito affigunt, aut in eum introducunt; cujus deſcriptionem, atque figuram vide apud Guarin in Grammatica Hebr. &c, tom. 2. pag. 531. &c.*

זִיז *m.* Splendor, radians, ac movens ſe, Iſai. 66. verſ. 11., *apud Rabbinos*, זוז moveri, movere ſe. *Vide infra* זיז.

זול Vile eſſe, vilipendere: prodigere, profundere: *Partic. plural.* הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס vilipendentes aurum de crumena, *id eſt*, tanquam vile prodigentes, *& juxta LXX.* συμβαλλόμενοι conferentes, *ſive*, *ut habet Vulg.*, qui confertis (aurum de ſacculo), Iſai. 46. v. 6. *Futur.* תֵּזְלִי, Jerem. 2. v. 36., *quod LXX. vertunt*, κατεφρόνησας contempſiſti; *Vulg.*, vilis facta es, *Alii* vilipendis te; *Alii*, ibis, abibis, *ab* אזל, *quod vide. Hiph. Præter.* הִזִּילוּהָ vilipendunt eam, Thren. 1. v. 8., *cum* Dageſch *præter normam*, *pro* הֵזִילוּהָ: *Simile vide in* לוז *in Hiphil. Vide in* זלל.

זוּלָה *f.* Neglectio, remotio, ſeparatio: *in particulam abit*, *ſignificans*, præter, *quaſi diceretur*, *inquit Joa. Simon*, neglecto, remoto, ſeparato, excepto. *Semper occurrit in regim.*, זוּלַת, *quod cum variis affixis vide infra in* זלת.

זֻלּוּת *f.*, Pſal. 12. v. 9., *ubi alia exemplaria habent* זִלּוֹת *in plur.*. *Varii ſunt interpretes*: *Aq.*, ἐυωνιασμένοι; *Sym.*, εὐτελῶς viles; *Hieron.*, viliſſimi; *Alii*, vilia, vilitates; *LXX. autem vertunt*, ἐπολυώρησας multa cura dignatus es; *Vulg.* multiplicaſti; *atque ideo legiſſe videntur* זִלּוֹתָ *a* זָלַל, *vel* זול. *LXX. autem*, *& Vulg. interpretatio*, *quæ involuta prima ſpecie*, *nec ſacro textui conſentanea videtur*, *optima eſt*, *ſi in hunc ſenſum accipiatur*: In circuitu impii ambulant: at tu, pro tua altitudine, tuos exaltare ſoles, ac curam geris filiorum hominum, *hoc eſt*, miſerorum, *ſive* abjectorum, *quales*

quales pii eſſe ſolent.

זוֹלֵל *m.* Vilis: *Fœmin.* זוֹלֵלָה כִּי הָיִיתִי quod ſim vilis, Thren. 1. v. 11. *Aliam ſignificationem vide in* זָלַל.

זון *Chald.* Alere, paſcere, ſuſtentare. *Futur. Itph.* יִתְּזִין aletur, Dan. 4. v. 9.

זַן *m.* Alimentum, *juxta quoſdam*: *Aliis eſt*, ſpecies *a* זָנָה miſcuit, *vel* variavit: מְפִיקִים מִזַּן אֶל־זַן proferentes de alimento in alimentum, Pſal. 144. v. 13. *id eſt*, omnis generis alimentum. *Sed LXX. vertunt*, ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, *Arab.*, *Syr.*, *Vulg.*, *Hieron.*, ex hoc in illud, *id eſt*, (eructantia, *vel* redundantia) ex hoc promptuario in illud, ex hac parte in aliam; *q. d.*, undique redundant, & diffluunt; *legiſſe videntur*, מִזּוֹ אֶל־זוֹ; *ſed licet non literam, ſenſum tamen ſunt aſſequuti*: *Alii interpretantur*, (exeuntes, *vel* redundantes) de ſpecie ad, *vel*, in ſpeciem, *q. d.*, præ frugum copia miſcent ſe ſpecies, quæ juxta ſe fuerint. *Vide infra* זַן *ſuo loco proprio.*

זוֹנָה *f.* Caupona, hoſpita, *quaſi* cibatrix *dicta*, *eſtque ſicut* טוֹבָה *a* טוֹב bonum eſſe: בֵּית אִשָּׁה זוֹנָה in domum mulieris cauponæ, Joſ. 2. v. 1. *Targum*, אִתְּתָא פּוּנְדְּקִיתָא mulieris hoſpitæ. *R. Salomon*, מוֹכֶרֶת מִינֵי מְזוֹנוֹת vendens ſpecies ciborum: *Sic & Kimchi, etſi etiam aliam interpretationem adducat, de qua in* זנה. *Sed Vulg.*, *Joa. Simon*, *aliique*, *& maxime Patres*, זוֹנָה, *quæ apud* Joſ. 2. verſ. 1., meretricem *interpretantur*. *Vide amplius in* זָנָה.

מָזוֹן *m.* Alimentum, commeatus, eſca, cibus: לֶחֶם וּמָזוֹן panem, & commeatum, Gen. 45. v. 23., מָזוֹן לָרֹב commeatum copioſum, 2. Paralip. 11. v. 23. *Chald.* וּמָזוֹן לְכֹלָּא בֵהּ & cibus erat pro omnibus in ea, Dan. 4. v. 9.

מוּזָנִים *m. p.* bene-paſti, Jerem. 5. v. 8. *Sic Kimchi*, *& alii*. *Vulg. pro* bene paſtis, *ſive* ſaginatis *poſuit* amatores, *effectum nempe pro cauſa*, *ſeu occaſione*; *ſagina enim libidinem concitat*. *Maſorethæ legunt* מְיֻזָּנִים armati, *ſcilicet*, membro genitali, *ut R. Salomon explicat*, *a* יָזַן, *quod idem cum* זִין armare, *de quo infra*.

זוע Movere, commovere ſe, *timore*, *aut debilitate*; *hinc Theod.*, τρέμω tremo, contremiſco: *Particip.* וְלֹא זָע neque movebat ſe, Eſth. 5. v. 9. *Futur.* שֶׁיָּזוּעַ quo commove-

movebunt ſe, Eccl. 12. v. 3. *Chald.* tremere: *Partic.* זָאֲעִין trementes, Dan. 5. v. 19., *quod legendum juxta Maſorethas* זָיְעִין, *cui ſimile in* דּוּן. *Pih. Partic. ex geminatis literis*, מְזַעְזְעֶיךָ commoventes, exagitantes te, *& juxta Vulg.*, lacerantes te, Hab. 2. v. 7.

זַוְעָה *f.* Commotio, Iſai. 28. verſ. 19., *& literis transpoſitis*, לִזַעֲוָה in commotionem, Deut. 28. v. 5.

זוּר Alienari, abalienare ſe: *Item*, premere, comprimere; comprimi, exprimi: *Item* ſanari, curari, *& juxta Vulg.*, circumligari; *dicitur autem de vulneribus, quæ alligantur, ut curentur*: *Item* ſternutavit, *quia, cum quis ſternutat, ſe comprimit. Præter.* זָרָה (ſpiritus, halitus meus) alienus factus eſt, alienatus eſt, Job 19. v. 17. *Plur.* זָרוּ alienati ſunt, *ſive* quaſi alieni receſſerunt, Job 19. v. 13., Pſal. 78. v. 30. *Et cum* Cholem, זֹרוּ abalienant ſe, alienati ſunt, Pſal. 58. v. 4., לֹא זֹרוּ non comprimuntur, *vel* exprimuntur, *ut ſcil. chirurgi vulnera hiantia* comprimere, *vel* exprimere *ſolent, pus ex iis* abalienando, *quæ poſſent etiam eſſe ex Pyhal. Vulg. autem vertit*, non eſt circumligata, Iſai. 1. v. 6., *Particip. præter.*, *ſive paul* ; וְהַזּוּרֶה, *in* Sægol *loco* Kametz, Iſai. 59. v. 5., & quod compreſſum eſt, *Aq.*, *& Theod. vertunt* ἐκ τὸ θαλφθὲν & fotum; *Sym.*, τὸ δὲ συνεσραμμένον quod autem convolutum; *Vulgat.*, & quod confotum eſt: *quidam a* זָרָה *deducunt*; *vide illic. Futur.* וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה & compreſſit vellus, Jud. 6. v. 38., *vel* aſperſerat, *à* זָרָה. *Cum affix.* תְּזוּרֶהָ comprimet illud, Job 39. v. 15. *Niph. Præt.* נָזֹרוּ abalienarunt ſe, receſſerunt, Iſai. 1. v. 4., Ezech. 14. v. 5. *Pih.* זוֹרֵר ſternutare: *Futur.* וַיְזוֹרֵר & ſternutavit, *& juxta Vulg.*, oſcitavit, 2. Reg. 4. v. 35. *Hoph. Partic.* מוּזָר alienus factus ſum, Pſal. 69. v. 9.

זָר *m.* Alienus, extraneus, Levit. 22. v. 10. *Plural.* זָרִים alieni, Jerem. 2. v. 25. *Fæmin.* זָרָה aliena, *Vulg.*, *& aliis eſt*, meretrix, Proverb. 5. v. 3. *Plural.* פִּי זָרוֹת os alienarum, Prov. 22. v. 14. *Aben Eſræ*, Exod. 21. v. 8. זָר *dicitur, qui non eſt de familia ejuſdem tribus*.

זֵר *Vide infra in* זרה.

זָרָא *m.* Faſtidium, nauſea, ejectamentum; *quod tanquam alienum faſtidimus, aut cum faſtidio ejicimus*, Num. 11. v. 20.,

cum

cum א *loco* ה, *cui ſimile in* חגג.

מְזָר *m.*, *unde plur. cum præfix.* וּמִמְּזָרִים, Job 37. v. 9.; *variant hic Interpretes: nonnulli vertunt*, ab extraneis, ex locis diſſitis, *qualis eſt uterque polus*; *Vulg.*, & ab Arcturo; *quidam arbitrantur*, *mendum irrepſiſſe*, *atque Vulgat. ſcripſiſſe*, ab Arcto; *ea enim pars* auſtro, *cujus in ſuperioribus*, *ut quibuſdam videtur*, *fit ſermo*, *directe opponitur*; *Alii habent*, a diſperſoribus, *vel* diſpergentibus, *ventis nempe Aquilonaribus*, *ita dictis*, *quia nubes diſſipant*, *& aerem ventilant*, *purumque reddunt*.

מָזוֹר *m.* Vulnus, ulcus, plaga, *ſecundum quoſdam*: *item* compreſſio, *qualis fit in curandis* vulneribus, *ad* exprimendam, *ſcilic. ſaniem*: *item* ſanitas, curatio vulneris. *Cum præfix.* לְמָזוֹר Jerem. 30. v. 13., ad ſanitatem, ad curationem, ad exprimendam ſaniem, *& juxta Vulg.*, ad alligandum, *id eſt*, ad medendum; alligare *enim* vulnera, *ea eſt* curare: *Cum affix.* אֶת־מְזוֹרוֹ, Hoſe. 5. v. 13., vulnus, ulcus ſuum, *vel* plagam ſuam, *quæ opus habebat* compreſſione, *&* obligatione: *ideo Aq. vertit*, alligationem; *Vulg.*, vinculum ſuum: *Sed* מָזוֹר *apud* Abd. 1. v. 7., *Joa. Simoni eſt*, faſtidium, *ſive* abalienatio animi; *Aliis eſt*, vulnus, apoſtema, *ſeu* latens ulcus; *LXX.*, ἔνεδρον, *Vulg.*, inſidiæ.

מְמַזֵּר *Quod hic adducunt*, *vide in* מזר.

זִיזָא Zizá, *nom. propr. filii Jonathan*, 1. Paralip. 2. v. 33.

זָחַח *in Kal inuſit. Inde Niph.* נִזַּח tolli, attolli, extolli, efferri, auferri. *Futur.* וְלֹא יִזַּח neque attollitor, auſertor, removetor; *Vulg. vertit*, & a ſe invicem nequeat ſeparari; *Aliis eſt*, non dimoveatur, Exod. 28. v. 28., *ſic* 39. verſ. 21.

זָחַל Timuit, veritus fuit: *Præter.* זָחַלְתִּי, Job 32. v. 6., veritus ſum; *LXX. eſt* ἡσύχασα quievi, quieſco; *Vulg.* demiſſo (*ſum*) capite; *aliis* cunctatus ſum. *Hinc Chaldæi dicunt* דְּחַל. *Item* tardo eſſe inceſſu, lente procedere, cunctari; *hinc*, *a* tardo motu, repere, reptare, ſerpere, *Partic. f.* עִם אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת, 1. Reg. 1. v. 9., *LXX.*, *Vulg.*, *aliiſque eſt nom. propr.*, *vertunt enim* cum lapide, *vel* juxta lapidem Zoeleth; *qui vicinus erat fonti Rogel*, *prope Jeruſalem ad Orientem*; *quique*, *inquit Guarin*, *ſic dictus eſt*, *ut*

 volunt,

volunt, ob ſerpentum multitudinem. Alii tamen appellative *accipiunt, videl.*, juxta lapidem magnum; *vel* juxta lapidem decurſus aquarum. *Lapis hic fuit, addit Matth. Poli, ſuper quem, e pannis in vicino fonte (Rogel) lotis, fullones fuſtibus* aquas guttatim ſtillantes *exprimebant. In Talmudicis ſane* מַיִם זוֹחֲלִים *ſunt* aquæ ſenſim fluentes. *Plur. m. conſtr.* כְּזֹחֲלֵי אֶרֶץ ſicut reptilia terræ, Mich. 7. v. 17., זֹחֲלֵי עָפָר ſerpentum pulveris, Deuter. 32. v. 24. *Chald.* דְּזָחֲלִין בְּעַפְרָא quæ reptant in terra, *&* *nomen* זָחִיל tinea, *in Targum*, Job 13. v. 28.

זוֹחֵת Zohéth, *nom. propr. filii Jeſi*, 1. Paralip. 4. v. 20.

זֵידוֹן *Vide ſupra pag.* 253.

זִיו *Chald.* Splendor: *Vulg. eſt*, figura, intuitus, facies, vultus: *Cum affix.* זִיוִי ſplendor meus, Dan. 4. v. 33., וְזִיוֵהּ & ſplendor ejus, Dan. 2. v. 31. *Plur.* זִיוָךְ ſplendores tui, Dan. 5. v. 10., זִיוֹהִי ſplendores ejus, Dan. 5. verſ. 6., זִיוַי ſplendores mei, Dan. 7. v. 28.

זו, *defective pro* זִיו *m.* Ziv, *& juxta Vulgat.*, Zio, *nomen menſis octavi in anno civili, ſecundi autem in anno ſacro, atque reſpondet partim Aprili, partim Majo*, 1. Reg. 6. vv. 1. 37. *Quibuſdam videtur menſis iſte ſic dictus a voce Chaldaica* זִיו ſplendor, amœnitas, *quod ſit in eo* זִיוָא לְאִילָנִים ſplendor arboribus. *Tyriorum, vel Sidoniorum vocabulum eſſe exiſtimant, ſicut &* Bul, *&* Ethanim, *quæ in eodem libro occurrunt, ut ſuis locis dictum.*

זִיז *m. Eſt* I. beſtia, *proprie* fera: vox זיז, *inquit Kimchius in* Pſalm. 50., univerſalis eſt ad omnes beſtias agreſtes heremicolas. *R. Salomon* reptile *interpretatur a* זוז movere ſe; *Aben Eſra*, aves, volatilia; *Chaldæus*, gallus ſylveſtris, *cujus tali pedum in terra ſtant, & caput in cœlum uſque pertingit. Inde* avis, *de qua multa nugantur Talmudiſtæ in* Bava bathra *fol.* 73. 2., וְזִיז שָׂדַי עִמָּדִי, Pſal. 50. v. 11., & beſtia agri apud me, *vel* mecum (*eſt*), *id eſt*, in mea poteſtate; *Sed hoc loco* זִיז *eſt LXX.*, ὡραιότης, *Vulg.*, pulchritudo; *nec immerito prorſus: nam τὸ* זִיז Iſai. 66. v. 11., *R. David Kimchi, R. Nathan, Pagninus, aliique* ſplendorem *vertunt.* וְזִיז שָׂדַי יִרְעֶנָּה, Pſal. 80. v. 14., & beſtia fera depaſta eſt eum; *Hic LXX.* זִיז *eſt*, μονιὸς ſingularis, *vel*

ſoli-

ſolitarius, *hoc eſt*, aper; *Vulg.*, ſingularis ferus: II. זִיז; *quibuſdam eſt*; ſplendor; *Theod.* πλῆθος multitudo; *Aq.*, παντοδαπὸν; *Vulg.* omnimoda: *Hinc cum præfix.* מִזִּיז כְּבוֹדָהּ a ſplendore, a multitudine, ab omnimoda gloria ejus. *Vide ſupra in* זוז *pag.* 254.

זִיזָא Zizá, *nom. prop. filii Sephei*, 1. Paralip. 4. v. 37.

זין *Chald.* armatura, arma. הַזַּיִן, מְזַיִּן, *&c. vide ſupra in* אָזַן *pag.* 19. *Vide etiam in* זון.

זִינָא Ziná, *LXX. habent*, Ζιζὰ, *Vulg.* Zizá, *nom. propr. filii Semei*, 1. Paralip. 23. v. 10.

זִיעַ Ziá, *Vulg.*, Zié, *nom. propr. viri e Tribu Gad*, 1. Paralip. 5. v. 13.

זִיף Ziph, *nom. propr. unius, vel, ſecundum alios, duarum civitatum in Tribu Juda; quarum altera nomen dedit vicinæ ſolitudini*, Joſ. 15. v. 22. 55., 1. Sam. 23. v. 14., 1. Paralip. 2. v. 42., *eſt etiam nom. propr. filii Jaleleel*, 1. Paralip. 4. v. 16.

זִיפָא Ziphá, *nom. propr. unius e filiis Jaleleel*, 1. Paralip. 4. verſ. 16.

זיק *m. Inuſit.* זִיקָה *f.* ſcintilla, flamma; *unde plur.* מְאַזְּרֵי זִיקוֹת accingitis ſcintillas, Iſai. 50. v. 11., וּבְזִיקוֹת & in flammis, *ibid. Vide &* זקק.

זית *c.* Olea, oliva, olivetum: Geneſ. 8. verſ. 11. *Conſt.* אֶרֶץ־זֵית שֶׁמֶן terram oleæ olei, *id eſt*, oleoſam, Deuter. 8. v. 8. *Cum affix.* זֵיתְךָ oleam tuam, Deut. 24. v. 20. *Plural.* זֵיתִים oleæ, Deut. 28. verſ. 40. *Cum affix.* זֵיתֵיהֶם oleas eorum, Nehem. 5. v. 11.

זכה Purus, mundus fuit: purum habuit, *ſeu* pronuntiavit. *Futur.* הַאֶזְכֶּה num purum habebo? Mich. 6. verſ. 11. *Vulg. ibidem vertit*, numquid juſtificabo? *Joa. Simon*, num purus fuero (ego, & quivis alius)? תִּזְכֶּה, Pſalm. 51. v. 6., purus, mundus ſis; *LXX.*, *Sym.*, *Theod.*, *Aq.*, *Vulg.*, *atque Hieron. vertunt*, & vincas; יִזְכֶּה, Job 15. v. 14., 25. v. 4., mundus, purus, immaculatus ſit. *Pih.* זִכָּה purum fecit, mundavit: *Præter.* זִכִּיתִי לְבָבִי purificavi cor meum, Pſalm. 73. v. 13. *Futur.* יְזַכֶּה־נַּעַר purificabit puer, Pſalm. 119. v. 9. *Hithp. Imper.* הִזַּכּוּ (*pro* הִתְזַכּוּ) purificate vos, Iſai. 1. v. 16. *Vide* זָכַךְ.

זַכָּה *f. Vide paullopoſt in* זַךְ.

זָכוּ *f. Chald.*, Puritas, Dan. 6. v. 22. *per Apocopam uſitatam literæ* ת, *pro* זָכוּת, Dan. 6. v. 23., puritas, jus, juſta cauſa; *Theod. eſt*, *εὐθύτης* rectitudo, integritas; *Vulg.*, juſtitia.

זַכַּי Zachai, *nom. propr. viri patrisfamilias &c.*, Eſdr. 2. v. 9.

זָכַךְ Purus, mundus fuit. *Præter.* זַכּוּ puri ſunt, Job 15. v. 15. *Hiph. præter.* וַהֲזִכּוֹתִי & emundavero, Job 9. verſ. 30.

זַךְ *m.* Mundus, purus, Levit. 24. v. 2., *ubi cum Kametz: &* Prov. 16. v. 2. *eſt cum Pathach. Fœmin.* זַכָּה, וּלְבֹנָה זַכָּה & thus purum, Exod. 30. v. 34.

זְכוּכִית *f.* Gemma nitidiſſima, Job 28. v. 17. *Aben Eſræ eſt*, lapis pretioſus nitidus: *Rabbinis*, vitrum, *a* puritate. *LXX.*, *κὴ ὕαλος*; *Vulg.*, & vitrum, & cryſtallus; *Sym.*, *κὴ κρύσταλλος διαφανὸς*, & cryſtallus pellucidus.

זָכַר Recordatus fuit, meminit, memor fuit: odoratus fuit, *quando de ſacrificiis uſurpatur. Conſtruitur communiter cum Accuſativo tam conjuncto, quam disjuncto: quandoque cum Dativo: Præter. cum affix.* זְכָרָנוּ recordatus eſt noſtri, Pſal. 115. v. 12., זְכַרְתַּנִי recordaris mei: Gen. 40. v. 14. זְכַרְתִּי לָךְ recordor tui, Jerem. 2. v. 2., זְכַרְתָּם recordatus es eorum, Pſal. 88. v. 6. *Infinit.* זָכוֹר, *&* זְכֹר recordari, recordando, Gen. 9. v. 16., Jerem. 17. v. 2., *Cum præfix.* כִּזְכֹּר ſecundum recordari, cum recordati fuerint, Jerem. 17. v. 2., לִזְכֹּר ad recordandum, Ezech. 23. v. 19. *Cum præfix. & affix.* בְּזָכְרֵנוּ in recordando nos, dum recordamur, *aut* recordaremur; Pſal. 137. v. 1. *Imper.* זְכֹר, זָכוֹר, *& ſequente* Makaph, זְכָר־ recordare, Exod. 13. v. 3., 32. v. 13., 2. Reg. 20. v. 3., *&c. Et cum* ה *paragogico*, זָכְרָה recordare, 2. Paralip. 6. v. 42., *Cum affix.* זָכְרֵנִי recordare mei, Jud. 16. v. 28. *Futur. cum* ה *paragogico* אֶזְכְּרָה recordabor, Pſal. 42. v. 5., *Cum affix. more Chald. & Poetico* אֶזְכְּרֵכִי recordabor tui, Pſalm. 137. v. 6., *&c.*, לֹא־אֶזְכְּרֶנּוּ non recordabor ejus, Jerem. 20. v. 9., וְתִזְכְּרֵנִי & recorderis mei, Job 14. v. 13., וַיִּזְכְּרֶהָ & recordatus eſt ejus, 1. Sam. 1. v. 19., יִזְכֹּר כָּל־מִנְחֹתֶךָ odoretur omnia ſacrificia tua, *& juxta Vulg.*, *alioſque*, memor ſit omnis ſacrificii tui, Pſal.

20. v. 4. *Niph.* נִזְכַּר memorari, commemorari, in memoria eſſe, memoriam fieri: *Item*, maſculum naſci, *ex nomine derivato*. *Præter.* וְנִזְכַּרְתֶּם & memoria veſtri fiet, & memorabimini, & in memoriam revocabimini, Num. 10. v. 9. *Futur.* וְלֹא יִזָּכֵר & non memorabitur, Pſalm. 83. verſ. 5. *Et ſecundum aliam ſignificationem*, כָּל־מִקְנְךָ תִּזָּכָר omne pecus tuum, quod maſculum naſcetur, Exod. 34. verſ. 19. *Plural. f.* תִּזָּכַרְנָה, Iſai. 65. v. 17., Ezech. 18. v. 24., *& ſine* ה, תִּזָּכַרְןָ, Ezech. 3. v. 20., commemorabuntur. *Infinit. cum affix.* הִזָּכֶרְכֶם in memoriam revocari vos, Ezech. 21. v. 24. *Hiph.* הִזְכִּיר recordari fecit, memoravit, commemoravit, memoriam conſtituit, in memoriam revocavit, memoriam celebravit. *Ad ſacrificia relatum quandoque per* adolere *redditur*: *Præter.* הִזְכַּרְתַּנִי אֶל פַּרְעֹה memoriam facias mei apud Pharaonem, Gen. 40. v. 14. *Partic.* מַזְכִּיר לְבֹנָה adolens thus, Iſai. 66. v. 3., מַזְכִּיר monens, à memoria, à commentariis, actis publicis, libellis, *ſive* annalibus regni præfectus, ſecretarius, cancellarius, *dignitas in aula regia, quemadmodum in Imperio Romano aderat* magiſter ſcriniorum, *vel* magiſter memoriæ, 2. Sam. 8. v. 16. *&c.*, *Infinit.* יַעַן הַזְכַּרְכֶם eò quòd in memoriam revocatis, Ezech. 21. v. 24. *Imperat.* הַזְכִּרֵנִי fac me recordari, in memoriam mihi revoca, Iſai. 43. v. 26. *Futur. cum* ה *paragogico* אַזְכִּירָה commemorabo, Pſal. 45. v. 18. *Plural. cum* ה *paragog.* נַזְכִּירָה recordabimur, commemorabimus, Cant. 1. v. 4.

זָכָר *m.* Mas, maſculus, *quaſi patris, & paternæ familiæ* memoriale, *&* monimentum; *Nam per* זָכָר maſculum *conſervatur familiæ* memoria, *& Hebræi nonniſi per* maſculos *genealogias contexunt ſuas*; מִשְׁפַּחַת אֵם אֵינָהּ קְרוּיָה מִשְׁפָּחָה familia matris non vocatur familia. *Aut* maſculus *dictus* זָכָר *a* memoria; *nam ea magis valet, & ingenii eſt præſtantioris, quam mulier*. *Plur.* הַזְּכָרִים maſculi, Exod. 13. v. 12.

זֵכֶר, זֶכֶר *m* Memoria, recordatio: *Metonymice* memoriale; recordationis *medium, inquit Joa. Simon, cujus beneficio alicujus rei* recordamur: *quo ſenſu nomen Dei dicitur* memoriale *ejus*, Exod. 3. v. 15., *&c.* *Item* זֵכֶר, *eſt, ut quibuſdam videtur*, odor, *cum de ſacrificiis agitur, ut* Hoſee 14. verſ. 8. *Cum affix.* זִכְרוֹ אָבַד memoria ejus periit, Job 18.

verſ. 17., זִכְרָם memoria eorum, Deuteron. 32. verſ. 26.

זֶכֶר Zécher, *& juxta Vulg.*, Zácher, *nom. propr. filii Abigabaon*, 1. Paralip. 8. v. 31., *qui ibidem* cap. 9. v. 37. *dicitur* Zacharias.

זָכוּר *m.* Mas, maſculinum, *quaſi* maſculatum *dicas*: *Cum affix.* כָּל־זְכוּרְךָ omne maſculinum tuum, omnis mas tuus, Exod. 23. verſ. 17., כָּל־זְכוּרָהּ omnem marem ejus, Deuter. 20. verſ. 13.

חָבַשׁ Ligavit, alligavit, obligavit. *In ſpecie autem, inquit Joa. Simon, uſurpatur*: I. *de* obligatione, *ſive* circumligatione tiaræ ad caput, *& etiam* veſtis, Exod. 29. v. 5., Levit. 8. v. 13., Ezech. 16. v. 10., 24. v. 17., *&c.*, *unde* חָבַשׁ *latine eſt* cinxit, circumligavit, ſuperimpoſuit: II. *de* imperio *in alios, quod principes ſubditos ſuos legibus, quaſi vinculis* obligent; *unde* dominatus eſt, coercuit, continuit, retinuit: III. *de* obligatione, curatione vulneris, *ſuper quod videl. emplaſtra* imponuntur, & obligantur; *unde* alligare, circumligare vulnus, *eſt illud* fovere, mederi, ſanare, Pſal. 147. v. 3., Iſai. 30. v. 26., *&c.* IV. *de* ephippiis *equo, aut mulo imponendis, & quibus in eorum ſtratu* obligantur, *quod Latinis eſt*, ſtravit, inſtravit *jumentum*, Geneſ. 22. v. 3., Num. 22. v. 21., *&c. Præter.* וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם & alligabis eis, Exod. 29. v. 9. *Partic.* לֹא אֶהְיֶה חֹבֵשׁ non ero obligans, *ſcil.* vulnera veſtra, *Vulg. habet*, non ſum medicus, Iſai. 3. v. 7. *Infinit. cum præfix.*, *& affix.*, לְחָבְשָׁה ad obligandum, ad ſanandum illud (brachium), *Vulg.*, ut ligaretur, Ezech. 30. v. 21. *Futur.* אֶחְבְּשָׁה־לִּי הַחֲמוֹר ſternam mihi aſinum, 2. Sam. 19. v. 27., וָאֶחְבָּשֵׁךְ & accinxi te, Ezech. 16. v. 10., יַחֲבוֹשׁ obligaret, *ſcil.*, vulnus, *id eſt*, mederetur, medelam faceret, Job 34. v. 17. *Cum præfix.*, *& affix.*, וְיַחְבְּשֵׁנוּ, Hoſe. 6. v. 1., & obligabit, & curabit nos. *Pih.* חִבֵּשׁ, Job 28. verſ. 11., obligat, *LXX. vertunt*, ἀνε-

ἀνεκάλυψεν retexit, revelavit; *Aq.*, & *Theod.*, ἐξερεύνησεν, *Vulg.*, ſcrutatus eſt. *Partic.* וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם & obligans, ligans, *hoc eſt*, & ſanans, & curans dolores eorum, Pſalm. 147. v. 3. *Pyhal*, חֻבַּשׁ LXX. *eſt*, καταδέομαι; *Sym.* ἐπιδέομαι; *Vulgat.*, & *aliis*, ligor, obvolvor: *Præter.* וְלֹא חֻבָּשׁוּ & non alligantur, Iſai. 1. v. 6., לֹא חֻבָּשָׁה, Ezechiel. 30. v. 21., non obligabitur; *Vulg.*, & *alii vertunt*, non obvolutum, ligatum, involutum eſt.

חָבַת *Radix inuſit.*, *quæ Joa. Simoni videtur habuiſſe ſenſum* coquendi, & frigendi; *inde*

חֲבִית *m.* Coctio, frixio; *Aliis eſt*, craticula, ſartago, frixionis *medium*: *Plural. m.* חֲבִתִּים ſartagines, *vel* cacabi, 1. Paralip. 9. v. 31. *Alii ponunt in* חָבַת.

מַחֲבַת *f.* Sartago, Levit. 6. v. 14., & 7. v. 9.

חָגָא *Vide ſtatim poſt* חָגָב *pag.* 286.

חָגַב *Arabibus eſt*, texit, velavit; *Inde*, *ut Joa. Simon arbitratur*, *eſt*

חָגָב *m.* Cicada; LXX. ἀκρίς; *Vulgat.*, *aliiſque eſt*, locuſtæ *ſpecies*, Levit. 11. v. 22., 2. Paralip. 7. v. 17., *ita autem appellatur*, *quod Solem*, & *terræ ſuperficiem* tegat. *Sed metaphorice* חָגָב *eſt* ſpina dorſi, *ſive*, *ut alii habent*, caput coxæ, *vel* extremitas femoris, Eccleſ. 12. v. 5., *a Vulgat. ibi etiam redditur*, locuſta: *Plur.* כַּחֲגָבִים quaſi cicadæ, *vel* locuſtæ, Num. 13. v. 34., Iſai. 40. v. 22.

חָגָב Hagáb, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 46.

חֲגָבָה Hagabá, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 45.

חָגַג Feſtum celebravit, feriatus eſt: tripudiavit, ſaltavit, *quod hoc diebus feſtis agerent*: *catachreſticè*, turbatus eſt, titubavit, *more ebriorum*. *Præter.* וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג, & celebrabitis ipſum feſtum, Exod. 12. v. 14. *Part.* הָמוֹן חוֹגֵג multitudo ferians, Pſal. 42. v. 5. *Plural.* וְחוֹגְגִים & diem feſtum celebrantes, tripudiantes, 1. Sam. 30. v. 16. *Infin. cum præfix.* לָחֹג ad celebrandum, Zach. 14. v. 18. *Imper.* חָגִּי celebra, Nah. 2. v. 1. *Futur. plur. cum affix.* תְּחָגֻּהוּ celebrabitis eum, Exod. 12. v. 14., יָחוֹגּוּ, titubabunt; *Vulg.*, turbati ſunt, Pſal. 107. v. 27. *Cum præfix.* וְיָחֹגּוּ, Exod. 5. v. 1., & feſtum celebrabunt, *Vulg.*, ut ſacrificet.

חַג, & *in pauſa*, חָג *m.* Feſtum, dies feſtus, feſtivitas: *Item*

Item metonymice, ſacrificium feſtivum, victima, hoſtia, *quæ in die feſto offerebatur*, Exod. 23. v. 18., Malach. 2. v. 3., *&*, *ſecundum quoſdam*, Pſalm. 118. v. 27. *Cum affix.* וְשָׂמַחְתָּ בְּחַגֶּךָ & lætaberis in die feſto tuo, Deut. 16. v. 14., חַגֵּנוּ, feſtum noſtrum, Pſal. 81. v. 4., *Cum præfix.* בֶּחָג in feſto, 1. Reg. 8. v. 2., *&c.*, כֶּחָג ſicut feſtum, 1. Reg. 12. v. 32. *Plural.* חַגִּים יִנְקֹפוּ ſacrificia feſti jugulent, *& juxta Vulg.*, ſolemnitates evolutæ ſunt, Iſai. 29. v. 1. *Vide etiam de eo in* נָקַף: *Cum affix.* חַגֵּיכֶם feſtivitates veſtras, Amos 5. verſ. 21.

חָגָּא *m.* Titubatio, commotio, trepidatio, Iſai. 19. v. 17. *cum* א *loco* ה. *Simile in* יָשֵׁן.

חָגָה *Radix Hebræis inuſit.*, *Arab.*, fidit; *Inde*, *mutata tertia rad.* ה *in* ו, *eſt*

חֲגָוִים *m. p.* Foramina, cavernæ, fiſſuræ: *Conſtr.* בְּחַגְוֵי הַסֶּלַע in fiſſuris petræ, Cant. 2. v. 14., Jerem. 49. v. 16.

חַגַּי Hhaggí, *& juxta Vulg.*, Aggæus, *nom. propr. prophetæ inter minores decimi*, Agg. 1. v. 1.

חַגִּי Haggí, *&* Aggí, *nom. propr. filii Gad*, Gen. 46. v. 16. *Ab eo dicta eſt familia Aggitarum*, Num. 26. v. 15.

חַגִּיָּה Higgia, *nom. propr. filii Merari*, 1. Paralip. 6. v. 16.

חַגִּית Haggíth, *&* Aggíth; *nom. propr. matris Adoniæ filii David*, 2. Sam. 3. v. 4., 1. Paralip. 3. v. 2.

חָגְלָה Heglá, *nom. propr, filiæ Salphaad*, Num. 26. v. 33.

חָגַר Cinxit, accinxit, accinctus fuit, *Præter.* וְחָגַרְתָּ אֹתָם & cinges eos, Exod. 29. v. 9., וְחָגְרוּ שַׂקִּים & accingent ſaccos, *vel* cilicia, Ezech. 7. verſ. 18. *Futur. cum affix.* יַחְגְּרֶהָ, Pſal. 109. v. 19., præcinget ſe ea, qua præcingitur: *Plur.* וְיַחְגְּרוּ 2. Sam. 22. v. 46., & accingent ſe, *vel* accincti excurrent; *Joa. Simon vertit*, & prodibunt; *Vulg.*, & contrahentur. *Vide infra* חָרַג.

חָגוּר *m.* Accinctus. *Fœm. conſtr.* חֲגֻרַת accincta, Joel. 1. v. 8., *Plural. conſtruct.* חֲגוֹרֵי אֵזוֹר accincti cingulo, Ezech. 23. verſ. 15.

חֲגוֹר, *&* חֲגֹר *m.* Cingulum, zona, perizoma, cinctura, balteus, Prov. 31. v. 24. *Cum affix.* וְעַד־חֲגֹרוֹ uſque ad cingulum ſuum, 1. Sam. 18. v. 4.

חֲגוֹרָה *f. Idem*, Iſai. 3. v. 24. *Cum affix.* בַּחֲגֹרָתוֹ in zona ſua,

1. Reg.

1. Reg. 2. v. 5. *Plural.* חֲגֹרוֹת cinctoriæ, ſubligacula, Gen. 3. verſ. 7.

מַחֲגֹרֶת *f.* Cinctus, cinctura: מַחֲגֹרֶת שָׂק cinctus ſacci, *vel*, cilicii, Iſai. 3. v. 24.

חַד, חֲדָא, חֲדָה *Chald.*, *vide in* אֶחָד. חַדְיָא *vide infra in* חֲדִי.

חדד Acui, exacui, acutum eſſe: *Item* celerem, velociorem eſſe; *vocabula enim* acuminis, *inquit Joa. Simon*, *ſenſum quoque habent* celeritatis: *Præter.* וְחַדּוּ & acuti erunt, *Vulg.*, & velociores ſunt, Abac. 1. v. 8. *Futur. anomalum*, יָחַד acuit, *vel* acuitur. Prov. 27. v. 17., *quod ſignificatione huc pertinet, at formam habet a* חָדָה *per apocopam*, *pro* יֶחֱדֶה, Kamets *autem eſt propter pauſam. Hoph. Præter. fœm.* חֶרֶב הוּחַדָּה gladius exacutus eſt, Ezech. 21. v. 14. *Vide in* חרה, & חוד.

חֲדַד Hadad, *nom. propr. filii Iſmaelis*, 1. Paralip. 1. v. 30.

חַדָּה *f.* Acutum: וַיָּשֶׂם פִּי כְּחֶרֶב חַדָּה & poſuit os meum ſicut gladium acutum, Iſai. 49. v. 2. *Vide ſupra* חַד.

חַדּוּדִים *m. p.* Acumina: *Conſtr.* חַדּוּדֵי חָרֶשׂ, Job 41. v. 22., acumina teſtæ, *ſeu* teſtacea; *Sed ab LXX.* חַדּוּדֵי *redditur*, ὀβελίσκοι obeliſci; *ab Aq.*, *quem ſequuntur recentiores*, ὀξυντῆρες acumina; *a Theod.*, σιδήριον ferramentum (fabri); *a Vulg.*, radii (ſolis), *pro* חֶרֶשׂ *legebat* חֶרֶס.

חָדִיד Hadíd, *nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin*, Nehem. 7. v. 37., 11. v. 34.

חדה Lætari, gaudere: *Chaldæum proprie eſt*: *Futur.* יִחַדְּ, Job 3. v. 6., *per apocopam pro* יֶחֱדֶה gaviſa fuiſſet; *Sym. vertit*, σύναφθείη conjungatur; *Vulg.*, computetur; *Quidam habent*, uniatur (*ab* אֶחָד unus); *Alii*, lætetur, lætabitur; וַיִּחַדְּ & lætatus eſt, Exod. 18. v. 9. *Pih. Futur.* תְּחַדֵּהוּ exhilaraſti eum, Pſalm. 21. v. 7. *Vide ſupra in* חָדַר.

חֶדְוָה *f.* Lætitia, 1. Paralip. 16. v. 27. *Conſtr.* חֶדְוַת יְהוָה gaudium Domini, Nehem. 8. v. 10. *Chald.* בְּחֶדְוָה cum gaudio, Eſdr. 6. v. 16., כְּחַדָּה *vide in* יחד. חַדָּה *vide in* אֶחָד.

חֲדִי, חַדְיָא *Chald.* Pectus: *Cum affix.* חֲדוֹהִי pectus ejus, Dan. 2. v. 32. *Eſt pro Hebræo* חָזֶה, *literis* ז, & ד *permutatis*.

חדל Ceſſavit, deſiit, deſtitit, abſtinuit: *Præter. ex duplici terminatione*: הֶחָדֵל יֶחְדָּל qui deſtiturus eſt, deſiſtat, Ezech. 3. v. 27., חָדַל לִסְפֹּר deſiit numerare, Gen. 41. v. 49.

v. 49. , הֶחֳדַלְתִּי, Jud. 9. vv. 9. 11. 13. ; *LXX. vertunt*, num derelinquens? *Sym.*, num ceſſabo? *Theod.*, num dimittens? *Vulg.*, numquid deſerere poſſum? *Aliis videtur ex Hiph.*, *&* *Hoph. compoſitum*; *& vertitur*, deſiſtere coactus fuit; *ita ut*, cogerer ne deſiſtere? *Plur.* חָדְלוּ רֹגֶז ceſſarunt *a* commotione, Job 3. v. 17. *Sed* 1. Sam. 2. v. 5. חָדֵלּוּ *a Sym. redditur*, ἀνενδεεῖς ἐγένοντο non egentes facti ſunt; *a Vulg.*, ſaturati ſunt; *& recte quidem*, *inquit Guarin*; *nam hic* deſierunt (*eſurire*) *idem eſt ac* cibo repleti ſunt. *Imperat.* חדל ממנו deſiſte a nobis, Exod. 14. verſ. 12. *Futur. cum* ה *paragog.* וְאֶחְדְּלָה & deſiſtam, Job 16. v. 6. *Plur. cum* Nun *paragog.*, *& in pauſa*, יֶחְדָּלוּן ceſſabunt, deſinent, deſinant, Exod. 9. verſ. 29.

חָדֵל *m.* Ceſſans, deſiſtens, deſinens: מֶה חָדֵל אָנִי quam deſinens ſim, quam citò deſinam eſſe, quam parum durem, Pſal. 39. v. 5. *Conſtruct.* נִבְזֶה וַחֲדַל אִישִׁים contemptus, & deſitus virorum, Iſai. 53. v. 3., *id eſt*, qui minus quam homo eſt, qui hominum abjectiſſimus eſt, a quo omnes homines ceſſant.

חֶדֶל *m.* Mundus, tempus: ſeculum deſinens, *&* inſtabile: עִם־יוֹשְׁבֵי חָדֶל cum habitatoribus mundi, Iſai. 38. v. 11., *alias ſemper dicitur* חֶלֶד. *Vide illic.*

חַדְלַי, *& in pauſa*, חַדְלָי Hadalí, *vel* Adalí, *nom. propr. patris Amaſæ*, 2. Paralip. 28. v. 12.

אֲחִירָן, *vide in* חור.

חדק Radix Hebræis inuſit., *Arab.* Circumdedit, circumvallavit; *Inde*

חֵדֶק *m.* Spinæ *genus*, *quo* ſepimenta *fieri*, *hortique*, *& agri* circumdari, & circumvallari *quaſi ſolebant*: *Cum præfix.* כְּחֵדֶק, Mich. 7. v. 4., *LXX. eſt*, ὡς σὴς ἐκτρώγων quaſi tinea corrodens; *Vulg.*, quaſi paliurus; *Aliis eſt*, ſpina.

חֵדֶק *m.*, *unde in pauſa* חֵדֶק *m.* ſpina, Prov. 15. v. 19.

חִדֶּקֶל Hhiddekel, *& juxta Vulg.*, Tigris, Geneſ. 2. v. 14., *nom. propr. fluvii Aſiæ celeberrimi*, *qui e montibus Armeniæ ortus ad meridiem Aſſyriæ fluit*.

חדר *Radix Hebræis inuſit.*, *ſed Ætiop.*, *auctore Joa. Simone*, *eſt*, habitavit, commoratus eſt, requievit, manſit; *Arab. vero*, ſubſiſtit; *item*, poſt velamentum cuſtoditus

tus eſt, *ſive* latuit; *& in 6. Conjugat.* abditus, occultatus eſt; *item, ut ſcribit Guarin*, ſtupefecit, obſtupefecit; *Hinc Hebr.*

חֶדֶר *m.* Cubiculum, conclave, *in quo quis* commoratur, *&* habitat, penetrale, promptuarium, cella penuaria: *Metaphorice*, plaga cæli auſtralis, meridies, *ſive* polus antarcticus, *qui ad ſeptentrionem habitantibus* ſecretus eſt, *&* abſconditus: intimum ventris, *hoc eſt*, cor, animus, Prov. 18. v. 8., 20. vv. 27. 30., 26. v. 22.: *item* ſepulchrum, *ſive* cœtus mortuorum: חֶדֶר בְּחָדֶר conclave in conclavi, *id eſt*, in intimum conclave, 1. Reg. 20. v. 30., *&* 22. v. 25., מִן־הַחֶדֶר e penetrali, Job 37. v. 9., *ſcil.* auſtri, *ut loquitur* cap. 9. v. 9., הֶחָדְרָה in cubiculum, Judic. 15. v. 1., *cum* ה *locali* הַחַדְרָה Gen. 43. v. 30. *Cum affix.* מֵחֶדְרוֹ de conclavi ſuo, Joel. 2. v. 16. *Plural. vide in ſequenti.*

חָדָר *m. Idem*: *Conſtruct.* בַּחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ in conclavi cubilis tui, 2. Reg. 6. v. 12., בַּחֲדַר הַמְּקֵרָה in conclavi æſtivo, Judic. 3. v. 24. *Plur.*, (*quod competit tam huic, quam præcedenti formæ*), חֲדָרִים penetralia, *Vulg. ſunt* cellaria, Prov. 24. v. 4., *Conſtruct.* אֶל־חַדְרֵי־מָוֶת ad penetralia mortis, Prov. 7. v. 27., וְחַדְרֵי תֵמָן, Job 9. v. 9., *ubi Maſſorethæ legendum monent* תֵּימָן *pro* תֵמָן, & penetralia auſtri, *id eſt*, ſidera, in penetralibus auſtri *ſita, quæ ſic dicuntur, quia non* videntur *a ſeptentrionem inhabitantibus, ut Ab.Eſra explicat*: *Cum affix.* וַחֲדָרָיו הַפְּנִימִיִּים & conclavia interiora ejus, 1. Paralip. 28. verſ. 11.

חֲדַר Hadár, *nom. propr. filii Iſmaelis*, Geneſ. 25. v. 15., *qui* 1. Paralip. 1. v. 30. *dicitur* חֲדַד.

חַדְרָךְ Hadrách, *nom. propr. terræ, ſeu regionis, quæ aliis eſt* Arabia; *aliis* Syria; *aliis* Cœleſyria; *aliis* Syria Damaſcena; *aliis* vicus, *ſeu* oppidum *juxta Damaſcum*, Zach. 9. verſ. 1.

הַחֹדֶרֶת Ezech. 21. v. 19., Penetralia petens, *vel* permeans, *Kimchi in Comment. habet*, in penetralibus intimis vos perſequens & percutiens, *LXX. vertunt*, obſtupeſcere facies, *&* faciet; *Vulgat.*, obſtupeſcere facit, *ſequuti forſan jam poſtremo loco laudatam Arabici verbi ſignificationem.*

חדש Innovavit, renovavit, inſtauravit, reſtauravit: *Præter.* וְחִדְּשׁוּ עָרֵי & renovabunt civitates, Iſai. *61.* verſ. 4. *Infin.* לְחַדֵּשׁ אֶת־בֵּית יְהוָה ad inſtaurandam domum Domini, 2. Paralip. 24. v. 4. *Hithp. Futur.* תִּתְחַדֵּשׁ renovas te, Pſalm. 103. v. 5., *LXX. ibidem vertunt* ἀνακαινισθήσεται, *Vulg.*, renovabitur; *Alii*, renovaberis (*juventute tua*).

חָדָשׁ *m.* Novus, recens: מֶלֶךְ חָדָשׁ rex novus, Exod. 1. v. 8. *Plural.* עֲבֹתִים חֲדָשִׁים funibus recentibus, Judic. 15. v. 13., *Fœm.* וָאָרֶץ חֲדָשָׁה & terram novam, Iſai. *65.* v. 17. *Plur.* וַחֲדָשׁוֹת אֲנִי מַגִּיד & nova ego annuncio, Iſai. 42. verſ. 9. *Chald.* דִּי־אָע חֲדַת lignorum novorum, Eſdr. *6.* verſ. 4. *per mutationem uſitatam* שׁ *in* ת.

חֹדֶשׁ *m.* Novilunium, menſis, *ab* innovatione *lunæ*: חֹדֶשׁ יָמִים menſem dierum, Gen. *29.* v. 14., *per Hypallagen*, *pro*, dies menſis unius, *id eſt*, menſem integrum: חֹדֶשׁ מָחָר novilunium eſt cras, 1. Sam. 20. v. 5. *& ſic* 2. Reg. 4. v. 23. *Cum affix.* מִדֵּי חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ de novilunio in novilunium, Iſai. *66.* verſ. 23., *vel*, de uno menſe in alterum: *Plural.* ראשׁ חֳדָשִׁים principium menſium, Exod. 12. v. 2., וּבֶחֳדָשִׁים & in noviluniis, Ezech. 45. verſ. 17. *Conſtr.* לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה menſium anni, Exod. 12. v. 2. *Cum affix.* מִסְפַּר־חֳדָשָׁיו numerus menſium ejus, Job 14. v. 5.

חֹדֶשׁ Hódes, *nom. propr. uxoris Saharaim*, 1. Paralip. 8. v. *9.*

חֲדָשָׁה Hadaſsá, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. verſ. 37.

חָדְשִׁי Hodsí, *vel* Hadsí, *nom. propr. loci, aut regionis in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, ut videtur*, 2. Sam. 24. v. *6.* *Aliis eſt nomen appellativum*, novus, recens, *hoc eſt*, noviter habitata, *vel* acquiſita (*terra*).

חֲדַת *Chald. vide in præcedenti Radice, in nomine* חָדָשׁ.

חוא *Chald. vide infra* חֲוָה.

חוב *Radix in Kal. inuſit. Chald., Syr., & Arab. eſt* peccare, delinquere, reum eſſe, *vel* fieri, debere. *Inde vero eſt Pih. Hebr.* חִיֵּב debitorem, *ſeu* reum fecit. *Præter Plural.* וְחִיַּבְתֶּם, Dan. 1. v. 10., & reum facietis; *quod Vulg., & alii vertunt*, condemnetis, condemnabitis.

חוב *m.* Debitor : חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב pignus ſuum debitori reſtituerit, Ezech. 18. v. 7., *Kimchi in Comment.*, *&* *R. Salomon. exponunt ſubſtantive*, pignus debiti, *quod ſcil. habebat* בְּחוֹבוֹ pro debito ſuo. *Apud Rabbinos*, בַּעַל חוֹב *eſt* creditor, debitor, *pro diverſo reſpectu*.

חוֹבָה Hobá, *nomen propr. loci ad lævam Damaſci*, Geneſ. 14. verſ. 15.

חוג *LXX. eſt*, ἐγύρωσε in gyrum compoſuit, collegit, deſcripſit; *Sym.*, περιέγραψε circumſcripſit; *Vulgat.*, circumdedit; *Aliis*, circinavit: *Præter.* חֹק חָג עַל־פְּנֵי־מָיִם ſtatutum circinavit ſuper ſuperficiem aquarum, Job 26. v. 10. *id eſt*, circino terminum aquæ deſcripſit.

חוּג *m.* Circulus, ambitus, Iſai. 40. v. 22., וְחוּג שָׁמַיִם & ambitum cæli, Job 22. v. 14.

מְחוּגָה *f.* Circinus: וּבַמְּחוּגָה יְתָאֳרֵהוּ & circino format illud, Iſai. 44. v. 13.

חוד Ænigma loqui, ænigma proponere, *quaſi* ænigmatizare, *dicas*: *Præter.* הַחִידָה חַדְתָּה ænigma iſtud propoſuiſti mihi, Judic. 14. v. 16. *Imper.* חוּד חִידָה propone ænigma, Ezech. 17. v. 2. *Futur. cum* ה *paragog.* אָחוּדָה־נָּא לָכֶם חִידָה proponam nunc vobis ænigma. Judic. 14. v. 12.

חִידָה *f.* Problema, propoſitio, ænigma, ſermo occultus, *unde intelligitur res alia*, *ſcribit Kimchi*, Ezech. 17. v. 2. *Cum affix.* חִידָתְךָ ænigma tuum, Jud. 14. v. 13., חִידָתִי ænigma meum, v. 18. *Plural.* חִידוֹת ænigmata, Pſal. 78. verſ. 2., בְּחִידֹת per ænigmata, Num. 12. v. 8. *Cum affix.* וְחִידֹתָם & ænigmata eorum, Prov. 1. v. 6.

אֲחִידָן *f. p. Chald.* Ænigmata, *Vulg.* ſecreta, Dan. 5. verſ. 12. *cum* Aleph *formativo*.

חוה *in Kal inuſit.*, *unde Piel* חִוָּה indicavit, annunciavit, docuit: *Infin.* מֵחַוֹּת דֵּעִי אֶתְכֶם ab indicando, indicare ſententiam meam vobis, Job 32. v. 6. *Futur.* אֲחַוֶּא דֵעִי indicabo ſententiam meam, v. 10., *cum* א *loco* ה: אֲחַוְּךָ indicabo tibi, Job 15. v. 17.

חוה, *aut* חֲוָא *Chald. Peal*; *unde Pael* חַוִּא, *aut* חַוִּה, *aut* חַוִּי, *aut* חַוִּי indicavit, renuntiavit, annuntiavit, narravit, manifeſtum fecit. *Futur.* אֲחַוֵּא indicabo, Dan. 2. v. 24., וּפִשְׁרָא נְהַחֲוֵא & interpretationem indicabimus, v. 4.

v. 4., דִּי יְחַוִּנַּהּ qui indicare poſſit eam, v. 11. *Aphel Infinit.* יוּכַל לְהַחֲוָיָה poſſit indicare, verſ. 10. *Imperat.* וּפִשְׁרֵהּ הַחֲוֹנִי & interpretationem ejus indicate mihi, v. 6. *Futur.* תְּהַחֲוֹן indicaveritis, *ibid.*, נְהַחֲוֵה indicabimus, verſ. 7. דִּי פִשְׁרֵהּ תְּהַחֲוֻנַּנִי quod interpretationem poſſitis indicare mihi, v. 9.

אַחֲוָה *f.* Indicatio: *Cum affix.* וְאַחֲוָתִי, Job 13. v. 17. *LXX. vertunt*, ἀναγγελῶ γάρ renuntiabo enim, *legebant*, וְאַחֲוֶתִי; *Vulgat.*, ænigmata; *legiſſe videtur* וְאַחִדֹתַי *a* חוּד ænigma loqui: *Aliis eſt*, indicatio, annuntiatio mea. *Aliam ejuſdem vocis ſignificationem vide ſupra in* אחה.

אַחֲוָיָה *f. Chald.* Indicatio, oſtenſio. *Conſtr.* וְאַחֲוָיַת אֲחִידָן & indicatio ænigmatum, Dan. 5. v. 12.

חַוָּה Hevá, *nom. propr. uxoris Adam*, Geneſ. 3. v. 20. *Sic autem ad Adamo vocata eſt prima mulier, quod fuit mater* כָּל חָי omnium hominum viventium.

חִוִּי Hhivví, *& juxta Vulgat.*, Hevæus, *nom. propr. filii Chanaan*, Gen. 10. v. 17.

חַוֹּת חַיּוֹת *Vide in* חַיָּה.

חוז *Radix Hebræis inuſit. Æthiop. eſt*, Jucundum, gratum fuit; *inde*.

מָחוֹז *m.* Terminus, portus, *quaſi diceretur*, locus gratus: *Conſtruct.* אֶל־מְחוֹז חֶפְצָם ad terminum voluntatis ipſorum, Pſal. 107. v. 30.

חוֹזָי Hozái, *nom. propr. prophetæ*, 2. Paralip. 33. v. 19.

חוֹחַ *m.* Spina, tribulus, Job 31. v. 40., Prov. 26. v. 9. *Metaphoricè*, hamus, uncus piſcatorius, armilla, Job 40. v. 21. *Plur.* כְּשׁוֹשַׁנָּה בֵּין הַחוֹחִים ſicut lilium inter ſpinas, Cant. 2. v. 2., בַּחוֹחִים in ſpinis, inter vepres, 2. Paralip. 33. verſ. 11., *ubi LXX. vertunt*, ἐν δεσμοῖς in vinculis; *Vulg. paraphraſtem agens reddit*, vinctum catenis: *& cum* ו *mobili*, וּבַחֲוָחִים 1. Sam. 13. v. 6. *LXX. vertunt*, & in caulis, & in ſpeluncis; *Vulgat.*, in abditis; *Alii*, in ſpinetis, in vepretis.

חַח *m.* Hamus, uncus, fibula; *Vulg. eſt*, frænum, circulus, armilla: חָח הֵבִיאוּ attulerunt fibulas, Exod. 35. verſ. 22. *Hebræi volunt eſſe ornamentum aureum brachiorum, vel auris. Cum affix.* חַחִי hamum meum, Iſai. 37. v. 29. *Plural.*

חַחִים

חַמִּים hami, Ezech. 29. verſ. 4., בַּחַחִים uncis, Ezech. 19. v. 4., *ubi Chaldæus*, שַׁלְשְׁלָן catenis.

חוּט , *vel* חִיט, *Peal Chald. Unde Aphel* אַחִיט, *vel* אַחִיט conſuere: *Metaphorice*, conjungere, componere, *quovis modo*: *Futur. plur.* וְאֻשַּׁיָּא יַחִיטוּ, Eſdr. 4. v. 12., & fundamenta ipſa componunt; *LXX. habent*, erexerunt, erigunt; *Vulg.*, & parietes componentes; *Alii reddunt*, conſuunt, ſarciunt, reſarciunt, delineant. *Inde eſt*

חוּט *m.* Filum, *quo* conſuitur, funiculus, vitta, linea: חוּט הַשָּׁנִי filum coccineum, funiculum fili dihaphi, Joſ. 2. v. 18., וְהַחוּט הַמְשֻׁלָּשׁ & filum triplicatum, Eccl. 4. v. 12., אִם מִחוּט ſi à filo (uſque ad corrigiam calcei), Geneſ. 14. v. 23.

חוּל *Propria, eaque generalis hujuſce verbi ſignificatio, ut Pagnino, Joa. Simoni, aliiſque videtur, eſt*, angi, cruciari, dolore, *ſeu* cruciatu affici, contorqueri, circumvolvendo, *&* circumtorquendo ligari, *&* conſtringi: *Hinc ſpeciales, variæque ſunt aliæ ſignificationes*. I. doluit, parturivit, *proprie* cum dolore: II. commotus eſt; *vel* gaudio, tripudio; *unde* exultavit; *vel* metu, timore; *unde* timuit, contremuit, formidavit, *quod quidem cum præpoſitione* מִן *conſtruitur*: III. cum cruciatu, & dolore ingruit, cecidit, recidit, *quo in ſenſu poſt ſe habet* עַל: IV. manſit, permanſit, reſedit; *atque hoc in ſenſu conſtruitur cum* עַל, *vel* בְּ. *Confunduntur hic formæ diverſorum thematum, nempe*, חוּל, חָלָה, חָלַל, *&* יָחַל; *unde varia ſignificata concurrunt, quæ accurate juxta ſuas radices diſtinguenda ſunt*. *Præter*. לֹא חַלְתִּי non parturio, Iſai. 23. v. 4., חָלוּ בָהּ manſerunt in ea, Thren. 4. v. 6., וְלֹא־חָלוּ & non dolent, Jerem. 5. v. 3., וְחָלוּ מִפָּנֶיךָ & contremiſcent à facie tua, Deut. 2. v. 25., חָלָה לְטוֹב dolebit propter bonum, Mich. 1. v. 12., וְחָלָה חֶרֶב & reſidebit gladius ejus, Hoſ. 11. v. 6. *Infin.* חוּל תָּחוּל dolendo dolebit, Ezech. 30. verſ. 16., לָחוּל *Vide in* חָלַל. *Imper.* חוּלִי וָגֹחִי parturi, & edito partum, Mich. 4. v. 10., a facie Domini חוּלִי הָאָרֶץ intremiſce terra, Pſal. 114. v. 7. *Futur.* עַל רֹאשׁ רְשָׁעִים יָחוּל ſuper caput impiorum permanebit, Jerem. 23. v. 19., וַתָּחֹל & indoleſcet, Jerem. 51. verſ. 29., יָחֻלוּ עַל־רֹאשׁ maneant ſuper caput, 2. Sam. 3. v. 29.

v. 29. *Pih.* חוֹלֵל genuit, peperit, enixa eſt, parere fecit: *Metaphorice*, formavit, & *Deo tribuitur*, *cujus partus ſunt res creatæ omnes*: dolere fecit, dolore affecit: *Item*, ſolicite exſpectavit; & *ita conſtruitur cum Dativo*: *Præt.* חֹלֵל אַיָּלוֹת enititur cervæ, *id eſt*, cerva quæque, Job 39. v. 4., חוֹלְלָה יָדוֹ formavit manus ejus, Job 26. verſ. 13. *Partic.* רַב מְחוֹלֵל־כֹּל magiſter format omnia, Proverb. 26. v. 10., *variant Hebræi*: מְחֹלְלֶךָ formatoris tui, Deuter. 32. v. 18. *Fœmin.* מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין dolore afficiens balænam, *Vulg.* vulneraſti draconem, Iſai. 51. v. 9. *Futur.* תְּחוֹלֵל גָּשֶׁם parturit, *vel* gignit pluviam, Prov. 25. v. 23., *ſic Chaldæus*, בְּטְנָא concipit; *Græci* ἐξεγείρει ſuſcitat. *Quidam reddunt* avertit, fugat, *reſpicientes ad ſignificatum vocis derivatæ* חֲלִילָה (*de qua in* חלל, *cujus meminit Ab. Eſra*), תְּחוֹלֵל אֶרֶץ formaſſes terram, Pſal. 90. v. 2., וּתְחוֹלֵל לוֹ & exſpecta eum, Job 35. v. 14. *Pyh. Præter.* חוֹלָלְתָּ formatus es, Job 15. v. 7. *Particip.* מְחֹלָל מִפְּשָׁעֵנוּ dolore afficitur propter defectiones noſtras, Iſai. 53. v. 5. *Futur.* יְחוֹלָלוּ reformabuntur, Job 26. v. 5. *Hiph. Imper.* חִילוּ מִפָּנָיו contremiſcite a conſpectu ejus, Pſalm. 96. v. 9., *ubi deficit* ה *characteriſticum*: *Futur.* יָחִיל מִדְבָּר dolore afficit deſertum, *id eſt*, deſerti feras, Pſal. 29. v. 8., *vel*, parturire facit, *ut ſequitur verſu ſequenti*: לִבִּי יָחִיל animus meus dolet intra me, Pſalm. 55. verſ. 5., לֹא יָחִיל טוּבוֹ non permanet bonum ejus, Job 20. v. 21., *Ab.Eſra vertit*, exſpectat, præſtolatur; *R.Levi*, proſperatur: טוֹב וְיָחִיל bonum eſt, ut exſpectet, Thren. 3. verſ. 26., *ubi* וְיָחִיל *eſt*, שֶׁיָּחִיל ut exſpectet, *ut R. Salomon notat*: וַיָּחֶל timuitque, 1. Sam. 31. v. 3. *Hoph. Futur.* הֲיוּחַל an efficeretur, ut pariat, Iſai. 66. v. 8. *Hithp. Partic.* מִתְחוֹלֵל doloribus conficit ſe, Job 15. v. 20., וְסַעַר מִתְחוֹלֵל & turbo permanens, Jerem. 23. v. 19. *Impera.* הִתְחוֹלֵל לוֹ exſpecta eum, Pſal. 37. v. 7. *Et geminatis duabus radicalibus literis*; *Futur.* וַתִּתְחַלְחַל & dolore affecta eſt, dolens intremuit, Eſth. 4. v. 4.

חוּל Hul, *nom. propr. filii Aram*, Geneſ. 10. v. 23.

חוֹל *m.* Arena, *ſic dicta quod dolorem, & moleſtiam ambulantibus afferat*: חוֹל הַיָּם arena maris, Jerem. 33. v. 22., וְכַחוֹל & ſicut arena, Job 29. v. 18., *Hebræis quibuſdam* phœnix *eſt*; *Vulg.*, palma.

חוֹלָה

חוֹלָה *f.* Dolorificum, *nomen adjectivum inſtar* טוֹבָה : *unde* רָעָה חוֹלָה malum dolorificum, dolorem afferens, Eccl. 5. v. 12. *Vulg. eſt*, infirmitas peſſima; *Aliis*, malum ægrum, *id eſt*, ægre curabile, קוֹל כְּחוֹלָה vocem quaſi parturientis audivi, Jerem. 4. v. 31.

חֲוִילָה Hevilá, *&* Hevilat, *nom. propr. regionis, quam nonnulli Colchidem eſſe arbitrantur*, Geneſ. 2. v. 11., *item. nom. propr. ſolitudinis, ſeu regionis Arabiæ petrææ, quam incolebant Amalecitæ*, Gen. 25. v. 18., 1. Sam. 15. v. 7., *item, nom. propr. virorum*, Gen. 10. vv. 7. 29.

חִיל *m.* Dolor, Exod. 15. v. 14. *Fœmin.* חִילָה *Idem*, Job 6. v. 10.

חַלְחָלָה *f.* Dolor vehemens, cruciatus, Nahu. 2. v. 10.

מְחוֹלָה *f. vide in* חָלַל.

חוּם Nigrum, *vide in radice* חמם.

הַחֲוֹנִי הַחֵן, *&c. Vide in* הוּח *pag.* 292.

חוּס Pepercit, miſertus fuit: *Conſtruitur cum Præpoſit.* עַל, *& ſæpius adjunctum habet nomen* עַיִן oculus : *Præter.* חַסְתָּ עַל־ pepercisti ſuper (ricinum), Jon. 4. v. 10., לֹא־חָסָה עָלַיִךְ עַיִן non pepercerat tibi oculus, Ezech. 16. v. 5. *Futur.* וַתָּחָס עָלֶיךָ & pepercit tibi, *ſcil.* עֵינִי oculus meus, 1. Sam. 24. v. 11.

חוּפָּם Hupham, *nom. propr. filii Benjamin*, Num. 26. v. 39.

חֻפִּים Ophím, *idem ac Hupham*, Gen. 46. v. 21.

חוּפָמִי Hhuphamí, *& juxta Vulg.* Huphamitæ, *nom. propr. poſterorum Hupham*, Num. 26. v. 39.

חוּץ Foris, foras, extra: præter, præterquam: platea, vicus, *ſic dicta, quod ſint locus* exterior *reſpectu ædium*: עַל־פְּנֵי־חוּץ in ſuperficie plateæ, in plateis, Job 18. v. 17., חוּץ מִמֶּנִּי præter me, præterquam ego, Eccl. 2. v. 25. *Pleonaſmum varium admittit*: מִן־הַחוּץ de foris; הַחוּצָה foras, Judic. 12. v. 9., הַחוּץ foras, Judic. 19. v. 25., מֵהַחוּץ (de) foris, Ezech. 41. v. 25., אֶל־הַחוּץ ad extra, extrinſecus, v. 9., בַּחוּץ (in) foris, Gen. 9. v. 22., לַחוּץ (ad) foras, Pſalm. 41. verſ. 7., *eleganter poſt ſe regit* ל : אֶל מִחוּץ לַמַּחֲנֶה ad (de) extra caſtra, Levit. 4. v. 12., מִחוּץ לָעִיר extra civitatem, Geneſ. 19. v. 16., לַחוּצָה הַחוֹמָה extra murum, 2. Paral. 32. v. 5. *Plur.* בְּרֹאשׁ כָּל חוּצוֹת in capite omnium platearum, Iſai. 51. v. 20. *Cum affix.* בְּחוּצֹתָיו in plateis ejus, Iſai. 15. v. 3.

חִיצוֹן exterior; exterius, Ezech. 44. v. 1. בַּפְּנִימִי וּבַחִיצוֹן in interno, & externo, Ezech. 41. verſ. 17. *Fœmin.* הַחִיצוֹנָה exterius, Ezech. 40. v. 17.

חוּר Albeſcere, *eſtque proprie Chaldæum*: *Futur.* יֶחֱוָרוּ albeſcent, expalleſcent, Iſai. 29. v. 22., *Theod.*, *numero plurali in ſingularem mutato, vertit*, ἐντραπήσεται confundetur; *Vulg.*, erubeſcet (vultus ejus). *Vide* חָוַר, *& quæ ſequuntur.*

חִוָּר *m. Chald.* album, candidum, Dan. 7. v. 9.

חוּר *m.* Eſth. 1. v. 6., *Vulg. vertit* (tentoria) aërii coloris; *ibidem vero* cap. 8. v. 15. *ſimpliciter* aërea (*veſtis*) *redditur ab eodem Vulg. Aliis utrobique eſt*, candidus, candidum (*aulæum*); *quidam alii in priori loco intelligunt* aulæa foraminoſa, plena foraminibus, perſpicua, *a* חֹר foramen.

חוּר Hur, *nom. propr. regis Madianitarum*, Num. 31. v. 8., & *& duorum virorum*, 1. Paral. 2. v. 19., 4. v. 1.

חוֹרִי Huri, *nom. propr. patris Saphat*, Num. 13. v. 5.

חוּרִי Huri, *nom. propr. patris Abihail*, 1. Paralip. 5. v. 14.

חוּרַי Hurái, *nom. propr. unius e fortiſſimis David*, 1. Paral. 11. v. 32., *qui*, 2. Sam. 23. v. 30., *dicitur* Heddai.

חֹר, חֹר, חוּרִי, חֹרִי, חֹרִים, חֹרִי, *Vide in* חָרַר.

חוּשׁ Feſtinavit: *Præter.* חָשׁ feſtinavit, Iſai. 8. v. 1., חַשְׁתִּי feſtinavi, & non tardavi, Pſalm. 119. v. 60. *Particip.* כְּנֶשֶׁר חָשׁ ſicut aquila feſtinans, *vel* celer, Habac. 1. v. 8. *Imperat.* חוּשָׁה לְעֶזְרָתִי feſtina ad auxilium meum, Pſal. 38. v. 23. *Futur. irregulare*, וַתַּחַשׁ & feſtinavit, Job 31. v. 5., *quaſi a* חָשָׁה *per Apocopam*; יָחוּשׁ, Eccleſ. 2. v. 25., *LXX. vertunt*, πίεται bibet; *Aq.*, φείσεται parcet, *ſic & Hieron. habet*; *Vulgat.*, deliciis affluet; *Alii*, ſenſuum voluptate fruetur, *ex uſu Chald.*, *Alii*, feſtinabit, *ut deſideria ſua expleat*. *Hiph.* הֵחִישׁ præfeſtinavit, acceleravit, maturavit: *Præter.* הֵחִישׁוּ feſtinabant, Judic. 20. v. 37. *Futur.* אָחִישָׁה מִפְלָט לִי maturabo effugium mihi, Pſal. 55. v. 9., אֲחִישֶׁנָּה accelerabo iſtud, Iſai. 60. v. 22.

חִישׁ Citò, feſtinè, celeriter; *Vulg. eſt*, manſuetudo, Pſal. 90. verſ. 10.

חוּשָׁה Hosá, *nom. propr. filii Ezer*, 1. Paral. 4. v. 4.

חוּשַׁי Chusái, & Husí, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 15. v. 32., &c., 1. Reg. 4. v. 16.

חוּשִׁים Huſim, *nom. propr. alterius uxoris Saharaim*, 1. Paral. 8. verſ. 8.

חֻשִׁים *m. p.* Celeres, feſtini, *LXX ſunt*, excubiæ; *Vulgat.* accincti, Num. 32. v. 17.

חֻשִׁים Huſim, & Haſim, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 46. v. 23., 1. Paralip. 7. v. 12.

חוֹת *f. plur.*; & *etiam nom. propr. vide infra poſt* חַיָּה.

חוֹתָם Sigillum, annulus, *vide* חתם.

חֲזָא *Chald.* Vidit, *vide in* חָזָה

חֲזָאֵל Hazaël, *nom. propr. regis Syriæ, qui ſucceſſit regi Benadad in eodem regno*, 1. Reg. 19. v. 15., *&c.*

חָזָה Vidit, intuitus, contemplatus eſt, aſpexit, proſpexit, reſpexit. *Conſtruitur cum Accuſativo, & Præpoſit.* ב. *Præter.* חֲזִיתִיךָ videbam te, Pſal. 63. v. 3. חָזוּ בוֹ viderunt in eo, *ideſt*, illud, Job 36. v. 25., חָזוּ לָךְ שָׁוְא vident tibi vanum, Thren. 2. v. 14. *Particip.* חֹזֶה אֲשֶׁר־הוּא quam ipſe videt, Ezech. 12. v. 27., *item* חֹזֶה *ſubſtantive accipitur; nam apud* Iſai. 28. v. 15. *redditur a LXX.*, συνθήκη, *Vulg.*, pactum; *a Chald.*, pax; *ab aliis*, proviſio. *Plural. maſc.* חֹזִים videntes, contemplantes, Iſai. 47. v. 13. *Sæpe tranſit in nomen, & dicitur de Prophetis, qui* חוזים videntes *dicti ſunt, quia Deus per* viſiones *ipſis res futuras, & occultas patefaciebat*: *Vide* 1. Paral. 29. v. 29. *Infin.* לַחֲזוֹת בְּנֹעַם ut videam amœnitatem, Pſalm. 27. verſ. 4. *Futur.* אֶחֱזֶה *pro* אֶחֱזֶה, *aut* אֶחֱזֶה, Job 23. v. 9., videbo; *LXX.*, & *Theod. eſt*, κατέσχον detinui, detinebo; *Vulgat.*, apprehendam; *referebant ad* אחז: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה domum lapidum reſpicit, Job 8. v. 17. *LXX. vertunt*, inter lapides vivet; *Vulg.*, commorabitur; *R. Salomon*, implicabitur; *alii*, implicat ſe. *Plur.* וְנֶחֱזֶה & videbimus, Cant. 7. v. 1., *cum* Nun *paragog.*, & *in pauſa* יֶחֱזָיוּן videbunt, Iſai. 26. v. 11.

חֲזָה, & חֲזָא *Chald.* Vidit, Dan. 4. v. 20., דִּי חֲזַיְתָ quod vidiſti, v. 17., & *cum* ה *paragog.* חֲזַיְתָה vidiſti, Dan. 2. v. 41., חֵלֶם חֲזֵית ſomnium vidi, Dan. 4. v. 2., דִּי חָזַיִן quod videtis, Dan. 2. v. 8. *Partic.* חָזֵה הֲוַיְתָ videns eras, Dan. 2. v. 31. *Plural.* חָזַיִן לְגֻבְרַיָּא aſpicientes viros iſtos, Dan. 3. v. 27. *Particip. Pehil*, עַל דִּי חֲזֵה ſupra quam viſum

ſum fuit, *ſcil.* dignum, *vel* conveniens, Dan. 3. v. 19. pro חֲזֵי; *Vulg. ibi reddit*, quam ſuccendi conſueverat. *Infin.* לְמֶחֱזֵא videre, Eſdr. 4. v. 14. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

חֹזֶה *m.* Videns, propheta, *ut in Kal dictum*: proviſio: עָשִׂינוּ חֹזֶה fecimus proviſionem, proſpeximus, provide egimus, Iſai. 28. v. 15., *Chaldæus vertit* שְׁלָמָא pacem.

חָזֶה *m.* Pectus, Exod. 29. v. 26., *a* חָזָה *dictum*: *quod aſpectui pateat*; *vel forte quod olim futura ex victimarum extis* videri *crederentur*: *uſurpatur aut de ſolo* pectore *brutorum*, *Conſtruct.* חֲזֵה הַתְּנוּפָה pectus agitationis, Exod. 29. v. 27. *Plural.* עַל הֶחָזוֹת ſuper pectora, Levit. 9. v. 20.

חֲזָהאֵל Hazaël, *idem ac* חֲזָאֵל, 2. Paralip. 22. v. 6.

חֲזוֹ Azáu, *nomen propr. filii Nachor ex Melcha*, Geneſ. 22. verſ. 22.

חֱזוּ *m. Chald.* Viſio.

חֶזְוָא *m.*, *Chald. in ſtatu emphatico*, viſio, ſpecies, aſpectus, Dan. 2. v. 19.

חֲזִיאֵל Hoziél, *nom. propr. filii Semei*, 1. Paralip. 23. v. 9.

חֲזָיָה Háziá, *nom. propr. viri e poſteris Phares*, Nehem. 11. verſ. 5.

חֶזְיוֹן Hezión, *nom. propr. patris Tabremon patris Benadad regis Syriæ*, 1. Reg. 15. v. 18.

חָזוֹן *m.* Viſio, Ezech. 7. v. 26. *Conſtr.* חֲזוֹן Iſai. 1. v. 1.

חִזָּיוֹן *m.* Viſio, Iſai. 22. v. 1. *Conſtr.* חֶזְיוֹן לַיְלָה viſione noctis, Job 33. v. 15. *Cum affix.* מֵחֶזְיֹנוֹ a viſione ſua, Zach. 13. v. 4. *Plural.* חֶזְיֹנוֹת יִרְאוּ viſiones videbunt, Joel. 3. v. 1.

חֱזוּ, חֶזְוָא *Chald.* Viſio, Dan. 2. v. 19. חֶזְוַהּ aſpectus, ſpecies ejus, Dan. 7. v. 20., בְּחֶזְוִי in viſione mea, v. 2. *Plur. conſtr.* בְּחֶזְוֵי לֵילְיָא in viſionibus noctis, v. 7.

חָזוּת *f.* Viſio, proviſio: קֶרֶן חָזוּת cornu viſionis, *idest*, conſpicuum, illuſtre, & inſigne, Dan. 8. v. 5., Job 8. v. 5., *exponit R. Levi*, cornu implexum, *quomodo*, & *verbum explicat idem ibidem*; *R. Saadia*, cornu magnum & altum, *eminus* aſpectui *patens*: *Cum affix.* וְחָזוּתְכֶם proviſio veſtra, Iſai. 28. v. 18., *ut antea in* חֹזֶה.

חֲזוֹת *f.* Viſio, 2. Paralip. 9. v. 29. *Chald. cum affix.* וַחֲזוֹתֵהּ & ſpecies, aſpectus ejus, Dan. 4. vv. 8. 17.

מַחֲזֶה *m.* Viſio, Geneſ. 15. verſ. 1. *Conſtruct.* מַחֲזֵה שַׁדַּי יֶחֱזֶה viſio-

viſionem omnipotentis videt, Numer. 24. verſ. 4.

מֶחֱזָה *f.* Aſpectus, proſpectus, feneſtra, *ſic dicta, quod per eam* proſpiciamus, 1. Reg. 7. vv. 4. 5.

חָזַז *Radix Hebræis inuſit. Chald. eſt*, confodit, transfixit; *Arab.*, ſecuit, incidit, perforavit: *Inde*

חֲזִיז *m.* Fulgetrum, fulgur, coruſcatio, nubes, nubilum; *Vulg. eſt* procella, nix, ſonans (*tonitru*): *Kimchi in Michlol deducit* חָזִיז *a præcedenti radice* חָזָה vidit, *quaſi* apparentiam *dicas*. *Conſtruct.* לַחֲזִיז קֹלוֹת fulgetro tonitruum, Job 28. v. 26. *Sic* Job 38. v. 25. *Plural.* עֹשֶׂה חֲזִיזִים facit nubes, Zach. 10. v. 1., *juxta R. Salom. Inde legitur in* Bereſchit rabba, *ſect.* 13. quinque nominibus nubes appellatur, עָב, חֲזִיז, נָשִׂיא, עָנָן, אֵד.

חִזָּיוֹן, חֶזְיֹן, *&c. Vide ſupra pag.* 298.

חָזַק Roboravit, confirmavit, juvit; *& intranſitive*, invaluit, prævaluit, validus, fortis fuit, roboratus, confirmatus, obfirmatus fuit: *Præter.* חָזַק הָרָעָב invaluerat fames, Geneſ. 41. verſ. 57. *Cum affix.* וְלֹא חֲזָקוֹ 2. Paralipom. 28. verſ. 20., *pro* חָזַק מִמֶּנּוּ, & non prævaluit ipſi; *Vulgat.*, & nullo reſiſtente vaſtavit: *Alii vertunt*, non roboravit, confirmavit, *id eſt* juvit, eum; חֲזַקְתַּנִי fortior fuiſti me, Jerem. 20. v. 7. *Infinit.* לְחָזְקָהּ ut confirmetur illud, Ezech. 30. v. 21. *Imperat.* חֲזַק וַחֲזָק confirmare, & confirmare, *id eſt*, etiam atque etiam confirmare, & recolligere, Dan. 10. v. 19. *Futur.* יֶחֱזַק firmus, fortis erit, *vel* fuerit, 1. Paralip. 28. v. 7., *cum præfix.* וַיֶּחֱזַק & invaluit, Gen. 41. v. 56. *Pih.* חִזֵּק firmavit, confirmavit, obfirmavit, obduravit, fortificavit, roboravit, reſtauravit: *Præter.* חִזַּק בְּרִיחֵי confirmat vectes (portarum tuarum), Pſal. 147. v. 13. חִזְּקוּ פְנֵיהֶם obfirmant facies ſuas, Jerem. 5. v. 3. *Particip.* מְחַזֵּק אֶת־לֵב obfirmo cor (Ægyptiorum) Exod. 14. v. 17. *Infinit.* לְחַזֵּק הַבַּיִת ad confirmandam, *ſive* reſtaurandam domum, 2. Paralip. 34. verſ. 10. *Hiph.* הֶחֱזִיק, *Idem*; *atque ita cum Accuſativo conſtruitur*: *ſed frequentius eſt*, apprehendit, comprehendit, tenuit, detinuit, retinuit, firmiter, & per vim: *& ſæpius conſtruitur cum Præpoſit.* ב: *Præt.* לֹא הֶחֱזִיק לָעַד אַפּוֹ non retinet in æternum iram ſuam, Mich. 7. v. 18. *Fœmin.* וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ & apprehendit eum, Proverb. 7. v. 13., וְיַד־עָנִי וְאֶבְיוֹן

וְאֶבְיוֹן לֹא הֶחֱזִיקָה, Ezech. 16. v. 49., & manum egeni; & pauperis non confirmavit, tenuit, *ideſt*, adjuvit, ſublevavit; *Vulg. reddit*, & manum egeno, & pauperi non porrigebant; *cum affix.* הֶחֱזִיקַתְהוּ prehendit, apprehendit eum, Jerem. 50. verſ. 43. *Particip.* מַחֲזִיק בָּם vi detinens eos, Exod. 9. v. 2. *Infinit.* הַחֲזִיק confirmare, 2. Reg. 15. v. 19., *item*, firmiter tenere, Iſai. 64. v. 6. *Et præter morem cum punctis præteriti, & cum affix.* בְּיוֹם הֶחֱזִיקִי בְיָדָם in die apprehendere me manum eorum, Jerem. 31. verſ. 32. *Futur.* וַתַּחֲזֶק־בּוֹ & prehendit eum, 2. Reg. 4. v. 8. *Hithp.* הִתְחַזֵּק firmum, *vel* fortem ſe exhibuit, fortificavit, *aut* confirmavit ſe, confirmatus fuit: *Præter* וְלֹא הִתְחַזַּק & non confirmavit ſe, 2. Paralip. 13. v. 7. *Imperat.* הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים confirmate vos, & eſtote viri, 1. Sam. 4. v. 9.

חָזֵק m. Invaleſcens: וְחָזֵק מְאֹד, Exod. 19. v. 19., invaleſcens erat, & invaleſcebat; *LXX. vertunt*, ἰσχυρότερα & fortior (erat) *ſonitus tubæ*; *Vulgat.*, & paulatim creſcebat in majus; הֹלֵךְ וְחָזֵק vadens, & invaleſcens, 2. Samuel 3. verſ. 1., *ideſt* pergebat invaleſcere; *LXX. ibidem habent*, ἐκραταιοῦτο, & roborabatur (*David*); *Vulg.*, & ſemper ſe ipſo robuſtior (*erat*).

חָזָק m. Validus, valens, fortis, robuſtus, vehemens: חָזָק הוּא מִמֶּנּוּ fortior eſt nobis, Num. 13. verſ. 31. *Plural.* חֲזָקִים, Judic. 18. v. 26. *Conſtruct.* חִזְקֵי־מֵצַח fortes frontis, *ideſt*, obfirmata fronte, Ezech. 3. v. 7. *Fœmin.* בְּיָד חֲזָקָה manu forti, Exod. 13. v. 19.

חֵזֶק m. Firmitas, fortitudo, robur: *Cum affix.* חִזְקִי firmitas mea, Pſalm. 18. v. 2.

חֹזֶק m. Robur, Hag. 2. v. 26., בְּחֹזֶק יָד in robore manus, robuſta manu, Exod. 13. v. 14. *Cum affix.* הֲלוֹא בְחָזְקֵנוּ nonne robore noſtro, Amos 6. v. 13. *Fœmin.* בְּחָזְקָה cum vehementia, *ideſt*, vehementer, fortiter, violenter, Judic. 8. v. 1., Ezech. 34. v. 4.

חֶזְקָה f. Idem: *Conſtruct.* כְּחֶזְקַת הַיָּד ſecundum robur manus, Iſai. 8. v. 11. *Cum affix.* וּבְחֶזְקָתוֹ & in robore ſuo, 2. Paralip. 26. v. 16.

חִזְקִי Hhizkí, *juxta Vulg.*, Hezecí, *nom. propr. filii Elphaal*, 1. Paralip. 8. v. 17.

חִזְקִיָּה Ezechiás, & Hezeciás, *nom. propr. filii Achaz regis Judæ*, 2. Reg. 18. v. 1., &c., *item*, *nom. propr. patris Ater*, Nehem. 7. v. 21.

חִזְקִיָּהוּ *Idem ac ſupra nom. propr.*

חזר *Radix Hebræis inuſit. Sed Chaldæis eſt*, volvit, volutavit ſe, rediit, reverſus eſt: *& Arab.* חָזַר *latine ſonat*, oculis anguſtis fuit; *Inde*

חֲזִיר *m.* Porcus, ſus, aper, Levit. 11. v. 7., Deut. 14. v. 8., &c. חֲזִיר מִיָּעַר porcus de ſylva, *id eſt*, ſylveſtris, Pſalm. 80. v. 14. *Unde* porcus *dictus* חֲזִיר, *quod in cœno* volutetur, *& lotus ad illud* redeat; *vel*, *ut alii*, *& præcipue Arabes volunt*, *nomen habet ab* oculorum anguſtia, *ex ſignificatione radicis Arab.*

חֵזִיר Hazír, & Hezír, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 24. v. 15., Nehem. 10. v. 21.

חָח, חַח, *Vide ſupra poſt* חוֹחַ *pag. 292.*

חַיּוֹת, חֲוֹת, *Vide in* חֲוָה *Chald.*

חָטָא Peccavit, *proprie per* ignorantiam, & errorem, a ſcopo, *& in ſpecie*, a lege Dei aberravit. *Conſtr. cum* ב, *&* ל. *Præter.* מִי אֲשֶׁר חָטָא־לִי is, qui peccaverit mihi, *vel* adverſus me, Exod. 32. v. 33., חֵטְא חָטְאָה peccatum peccavit, Thren. 1. v. 8. *Particip.* אֲשֶׁר חֹטֶא qui peccat, Eccl. 8. v. 12., *ubi* Sægol *eſt ex forma quieſcentium tertiæ radicali* ה, *ut ſæpè hæc duo genera formas inter ſe permutant*; *cum præfix.*, *& affix.* וְחֹטְאִי, *contracte pro* וְחֹטֵא בִי, & peccans in me, Prov. 8. verſ. 36. *Fœmin. cum præfix.* הַחֹטֵאת *contracte pro* חֹטֵאָה peccans, peccatrix, Ezech. 18. vv. 4. 20. *Infin. conſtr.* לַחֲטֹא ad peccandum, Levit. 5. v. 22., *& ſine* א, *aut in* ו *mutato*, מֵחֲטוֹ־לִי, Geneſ. 20. v. 6., a peccando mihi; *Vulgat. habet*, ne peccares in me; *cum affix.* חֲטֹאתוֹ peccare eum, *vel* ejus, Ezech. 33. v. 12. *Futur.* אַל־תֶּחֶטְאוּ בַיֶּלֶד ne peccate in puerum iſtum, Geneſ. 42. v. 22. *Pih.* חִטֵּא mundavit, purgavit a peccato, expiavit: *Præter.* וְחִטֵּא אֶת־הַבַּיִת & mundabit domum iſtam, Levit. 14. v. 52. *Particip.* הַכֹּהֵן הַמְחַטֵּא ſacerdos expians, *id eſt*, expiationis ſacrificium offerens, Levit. 6. v. 19. *Futur. cum affix.*, *& Nun epenthet.* אָנֹכִי אֲחַטֶּנָּה ego expiabam illud, *id eſt*, luebam pro illo, Gen. 31. v. 39. וַיְחַטְּאֵהוּ & expia-

expiavit, *id eſt*, in expiationis ſacrificium obtulit eum, Lev. 9. v. 15. *Hiph.* הֶחֱטִיא peccare fecit, *vel* ſivit, ad peccandum induxit: *Præter.* הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל ad peccandum induxit Iſraelem, 1. Reg. 14. v. 16. *& per Apocopam*, הֶחֱטִי, 2. Reg. 13. verſ. 6., הֶחֱטִיאָם חֲטָאָה גְדוֹלָה induxit eos ad peccandum peccato magno, 2. Reg. 17. verſ. 21. *Particip.* מַחֲטִיא; *unde plural. conſtr.* מַחֲטִיאֵי peccare facientes, Iſai. 29. v. 21. *Infin.* לְהַחֲטִיא, 2. Reg. 16. v. 19., *&* לַחֲטִיא, Eccleſ. 5 v. 5., peccare facere, ad peccare faciendum; *& per apocopen* אֶחֱטִי, 2. Reg. 13. v. 6., peccare facere. *Futur.* וְלֹא יַחֲטִא & non ſinebat aberrare, *vel* peccare, *ſcilicet lapidem, dum funda eum mitteret*, Judic. 20. v. 16.; *quidam intranſitivè vertunt*, & non aberrabat, *ex quo loco propria verbi ſignificatio perſpicitur*. *Hithp. Futur.* יִתְחַטָּא purgaverit ſe, Num. 19. v. 13. יִתְחַטָּאוּ purificant ſe, Job 41. v. 16. תִּתְחַטְּאוּ purgatote vos, Num. 31. v. 19.

חֲטָא *m. Chald.*, *unde cum aſſix.*, & *mutato* א *in* י, וַחֲטָיָךְ & peccatum tuum, Dan. 4. v. 24.

חַטָּא *m.* Peccator. *Plur.* חַטָּאִים peccatores, Num. 32. v. 14. *Conſtruct.* חַטָּאֵי עַמִּי peccatores populi mei, Amos 9. v. 10. *Cum affix.* חַטָּאֶיהָ peccatores ejus, Iſai. 13. verſ. 9. *Fœmin.* בַּמַּמְלָכָה הַחַטָּאָה in, *vel* ſuper regnum peccans, Amos 9. verſ. 8.

חֵטְא (*pro* חֵטְא) *m.* Peccatum, Deuter. 15. v. 9. *Cum affix.* בְּחֶטְאוֹ־מֵת in peccato ſuo mortuus eſt, Num. 27. v. 3. *Cum affix. fœmin.* בְּחֶטְאָה pro peccato ejus, Num. 15. verſ. 28., *ubi deeſt* Mappik *in* ה; *Plural.* חֲטָאִים גְּדוֹלִים peccata magna, Eccl. 10. v. 4. *Conſtruct.* חֶטְאֵי גִלּוּלֵיכֶן peccata ſtercoreorum idolorum veſtrorum, Ezech. 23. v. 49. *Cum affix.* אֶת־חֲטָאַי pecata mea, Gen. 41. v. 9.

חֲטָאָה *f.* Peccatum, Gen. 20. v. 9., Exod. 32. verſ. 21., *&c.* *Metonymice*, ſacrificium pro peccato, Pſal. 40. v. 7.

חַטָּאָה *f.* Peccatum, *& quidem, ut notat Joa. Simon*, intenſum, Exod. 34. v. 7., Iſai. 5. v. 18. *Metonymice*, ſacrificium pro peccato, Exod. 30. v. 10., Levit. 4. v. 21., Numer. 29. v. 11., Ezech. 45. v. 23., Hoſe. 4. verſ. 8., Nehem. 10. v. 34. *Chald.* לְחַטָּאָה in ſacrificium pro peccato, Eſdr. 6. v. 17.

חַטָּאת *f. Ab* חַטָּאָה, *per contractionem*, *& ex forma Syriaca*, pecca-

peccatum ; *ſed ſæpius per metonymiam ſumitur pro* ſacrificio pro peccato : חַטָּאת רֹבֵץ peccatum cubat , Geneſ. 4. v. 7. , *id eſt* , pœna peccati , *per Metonymiam* . *Conſtruct.* מִדַּם חַטַּאת e ſanguine peccati , *id eſt* , ſacrificii pro peccato , Exod. 30. v. 10., חַטַּאת עַמִּי peccatum populi mei , Hoſ. 4. v. 8. *Sic etiam uſurpatur quandoque tanquam abſolutum* : *ut* , לְחַטָּאת pro peccato , Zach. 13. v. 1. *Cum affix.* עַל־חַטָּאתוֹ propter peccatum ſuum , Levit. 4. verſ. 3. *Semel excidit* א , חַטָּת , Num. 15. verſ. 24. *Plural.* כֶּסֶף חַטָּאוֹת pecunia pro peccatis , 2. Reg. 12. v. 17. *Conſtr.* חַטֹּאת Jerem. 50. v. 20. *Cum affix.* עַל חַטֹּאתָיו propter peccata ſua , 1. Regum 16. ver. 19.

חָטַב Cæcidit , putavit ; *& de* lignis *propriè dicitur* ; *ut* חָצַב *de* lapidibus : *Particip.* מֵחֹטֵב עֵצֶיךָ a cæſore lignorum tuorum , cædente , *vel* putante ligna tua , Deuter. 29. v. 10. *Plural.* לַחֹטְבִים putatoribus iſtis , 2. Paralip. 2. v. 9. *Conſtruct.* חֹטְבֵי עֵצִים putatores lignorum , Joſ. 9. v. 21. *Particip. Præter.* , *ſive Pahul* , חֲטֻבוֹת , Proverb. 7. v. 16. exciſorum , ſegmentorum ſpondam , *id eſt* , ſegmentatam , teſſellatam , affabrè , *&* artificiosè exciſam , *&* exſculptam , *juxta Kimchi* ; *LXX. vertunt* , *ἀμφίταποι* , *Vulg.* , tapetes *affabre elaborati* , *& variegati inſtar lapidum* cæſorum , *ſeu* ſculptorum ; *Theod.* , delineatæ ; *Alii* , exciſa , exciſiones . *Infinit.* לַחְטֹב ad cædendum ligna , Deuter. 19. v. 5. *Futur.* יַחְטְבוּ מִן הַיְּעָרִים cædent e ſylvis . Ezech. 39. v. 10. *Pyh. Partic.* מְחֻטָּבוֹת , Pſal. 144. v. 12. , exciſi ; *LXX.* , *& Vulg. habent* , circumornatæ ; *Aq.* , diſſipati , diſperſi , *hoc eſt* , diſtincti , ſculpti ; *Sym.* , *& Hieron.* , ornati (*anguli*) .

חִטָּה Triticum . *Vide in* חנט .

חֵטְא , חֲטָאִי , חֲטָאֶיךָ , חֲטָאָיו , חֵטְא , *&c. Vide ſupra* חָטָא *&c. pag.* 301. 302.

חַטּוּשׁ Hattús , *nom. propr. filii Semejæ* , 1. Paralip. 3. v. 22.

חֲטִיטָא Hatitá , *nom. propr. viri* , *&c.* , Eſdr. 2. v. 42.

חַטִּיל Hatíl , *nom. propr. viri* , *&c.* , Eſdr. 2. v. 57.

חֲטִיפָא Hatiphá , *nom. propr. viri* , *&c.* , Eſdr. 2. v. 53.

חָטַם Diſtulit , protraxit , prolongavit : *Futur.* אֶחֱטָם־לָךְ differam tibi , *ſcilic.* , furorem meum , Iſai. 48. verſ. 9. , *ut Kimchi* , *& Ab. Eſra explicant* , *ut idem ſit* , *quod* אַאֲרִיךְ *in præcedenti membro* ; *R. Salom. Jarchi* , nares meas obſtruam , vel

vel obturabo tibi, *ne ſcilic. egrediatur ſumus iræ meæ* : *Quidam alii*, obſignabo, *ideſt*, concludam, neque exſeram iram meam propter laudem meam, *quaſi idem ſit quod* חָתַם ; *Vulgat.*, infrænabo.

חָטַף Rapuit, diripuit : *Præter.* וַחֲטַפְתֶּם לָכֶם & rapiatis vobis, Judic. 21. v. 21. *Infinit.* לַחֲטוֹף עָנִי ad diripiendum pauperem, Pſal. 10. v. 9.

חָטַר *Radix Hebræis inuſit. Arab.* viruit ; *Inde*

חֹטֶר *m.* Virga, virgula, baculus : וְיָצָא חֹטֶר & prodibit virgula, Iſai. 11. v. 1. חֹטֶר גַּאֲוָה baculus ſuperbiæ, Prov. 14. verſ. 3.

חַטַּת *Vide ſupra in* חַטָּאת *pag.* 302. 303.

חֲיָא *Chald.* Vixit, *vide infra in* חָיָה.

חַיָּא *Chald. idem quod* חַי, *de quo infra, ſed in forma emphatica*, vivens, Dan. 6. vv. 21. 27. *Plural. emphat.* חַיַּיָּא, viventes, Dan. 2. v. 30., 4. v. 14.

חִיאֵל Hiél, *nomen propr. viri, qui inſtauravit Jericho*, 1. Reg. 16. v. 34.

חָיַב *in Kal inuſit., unde Pih.* חִיֵּב, *ex quo præter. plur. m. cum præfix.*, וְחִיַּבְתֶּם, *quod vide ſupra in* חוב.

חָיָה Vixit, *in genere, & ſimpliciter, ut notat Joa. Simon. Determinate autem ſonat latine* : I. bene, *ſive* feliciter vixit, *ut* Deut. 8. v. 1., Job 21. v. 7., *&c.* II. vivus, & incolumis manſit, *ut* Geneſ. 42. v. 8., Exod. 1. v. 16., *&c.* III. convaluit, revaluit, *ut* Joſ. 5. v. 8., 2. Reg. 1. v. 20., *&c.* IV. revixit, vitam recepit, 1. Reg. 17. v. 22., Job 14. v. 14., Iſai. 26. v. 14., Ezech. 37. vv. 3. 9. : *Hinc metaphorice* recreatus, refocillatus eſt, Geneſ. 45. v. 27., Judic. 15. v. 19. *Præter. m.* וְחָיָה & is vivet, Eſth. 4. v. 11., *& fæmin.* וְחָיְתָה & viva, incolumis maneat, Gen. 12. v. 13., וְחָיִיתָ וְרָבִיתָ & vivas, & creſcas, *vel* augearis, Deut. 30. v. 16., *qua phraſi Judæi uti ſolent in fine ſuarum Epiſtolarum, pro eo, quod nos dicimus*, vive, & vale ; *& cum* ה *paragogico* וְחָיִתָה & vivas, Jerem. 38. v. 17. *Infin.*, *abſolut.* חָיוֹ vivendo, 2. Reg. 8. v. 10., *&c.*, *&* חָיוֹ יִחְיֶה vivendo vivet, Ezech. 18. v. 28. *Conſtr. cum præfix.* לִחְיוֹת ad vivendum,

dum, Ezech. 33. v. 12., *cum affix.* עַד חֲיוֹתָם, Joſ. 5. v. 8., donec convaleſcerent; *Vulgat.*, donec ſanarentur. *Imperat.* וחיה & vive, Gen. 20. v. 7., Prov. 4. v. 4., *fœm.* חֲיִי vive, Ezech. 16. v. 6. *Futur.* הֲיִחְיֶה num vivet; *& per apocopam*, יְחִי הַמֶּלֶךְ vivat rex, *pro* יִחְיֶה, 1. Sam. 10. v. 24. *Pih.* חִיָּה vivere fecit, ſivit, vivificavit, vitæ reſtituit, vivum in vita conſervavit: *Metaphorice*, reſtauravit: *Præter.* וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה & animam ſuam in vita non conſervavit, Pſalm. 22. v. 20. *Futur.* יְחַיֶּה אֶת שְׁאָר הָעִיר inſtauravit reliquum civitatis, 1. Paralip. 11. v. 8., הַיְחַיּוּ אֶת־הָאֲבָנִים an vivificabunt lapides, Nehem. 3. v. 34., *id eſt*, redivivos ſtatuent. *Hiph.* הֶחְיָה *idem*: *Præter.* הֶחֱיָה יְהוָה אֹתִי vivum Dominus conſervavit me, Joſ. 4. v. 10. *Infinit.* וְהַחֲיֵה אוֹתָם ſervando eos in vita, Joſ. 9. v. 30.

חֲיָה, *vel* חֲיָא *Chald. Idem ac Hebr. ſignificat*: *Imperat.* חֱיִי vive, Dan. 2. v. 4., *&c. Aphel partic.* מַחֵא, Dan. 8. v. 19., vivificans, in vita conſervabat, vivere ſinens; *ſed Theod. vertit*, ἔτυπτε, *Vulgat.*, percutiebat; *referunt ad* מְחָה percuſſit, verberavit.

מַחְמָד *m.* Deſiderium, 1. Reg. 20. v. 6. *Plur.* כֻּלּוֹ מַחֲמַדִּים totus ipſe eſt deſideria, *id eſt*, deſideratiſſimus, Cant. 5. v. 16. *Conſtruct.* מַחֲמַדֵּי בִטְנָם deſideria uteri ipſorum, *id eſt*, liberi deſideratiſſimi, Hoſ. 9. v. 16. *Cum affix.* מַחֲמַדַּי deſideria mea, Joel. 4. v. 5., *id eſt*, deſideratiſſima quæque.

מַחֲמוּדִים *m. p. Idem*: *Cum affix.* מַחֲמַדֶּיהָ res deſiderabiles ſuas, Thren. 1. v. 7.

חֶמְדָּן Hamdán, *nom. propr. filii Diſan*, *ſive Diſon*, Geneſ. 36. verſ. 26.

חמה *Radix inuſit. Quibuſdam videtur, ſignificare idem q. חָמַם, videl.*, incaluit, exarſit, æſtuavit. *Inde derivant* חַמָּה calor, æſtus, *&c.*, *quod vide infra poſt* חָמַם; *&* חֶמְאָה butyrum, *quod vide ſupra in* חמאה *pag.* 324. *Item ab* ardore amoris *erga generum, &c. derivant*

חָם *m.* Socer. *Cum affix.* אֶל־חָמִיהָ ad ſocerum ſuum, *vel* ejus, Gen. 38. v. 25., 1. Sam. 4. vv. 19. 21., חָמִיךְ ſocer tuus, Geneſ. 38. v. 13., *Fœm. ſing.* חָמוֹת ſocrus. *Cum affix.* חֲמוֹתָהּ ſocrus ejus, Ruth 2. v. 19.

חֹם, חָם, חַם *Vide infra poſt* חָמַם.

חוֹמָה *f.* Murus, *ita dictus, quod lateribus ad* ignem *coctis conficiatur*, Levit. 25. v. 30. *Conſtruct.* לְחוֹמַת נְחשֶׁת in murum æneum, Jerem. 15. v. 20. *Cum affix.* חוֹמָתָהּ ad murum ejus; Nah. 2. v. 5. *Plural.* חוֹמוֹת muri, Iſai. 26. v. 1. *Cum affix.* חֹמֹתֶיךָ muros tuos, Deut. 28. v. 52. *Duale*, בֵּין הַחֹמֹתַיִם inter muros duos, Iſai. 22. v. 11.

חֲמוּאֵל Hamuél, *nomen propr. filii Maſma*, 1. Paralipom. 4. verſ. 26.

חמט *Radix Hebræis inuſit. ſed Arab., Chald., & Syr. eſt*, ira percitus fuit, æſtuavit, exarſit, efferbuit; *hinc*

חֹמֶט *m.* Levit. 11. v. 30., Limax, teſtudo. *LXX. eſt*, σαύρα, *Vulgat.*, lacerta, *& quidem, ut arbitratur Joa. Simon*, venenata; *Bocharto autem eſt* lacerti *ſpecies, quæ in arenis degit*.

חֻמְטָה Hhumtá, *& juxta Vulgat.*, Athmatá, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 54.

חֲמוּטַל Hhamutál, *Vulg.*, Amitál, *nom. propr. mulieris*, 2. Reg. 23. v. 31., 24. v. 18.

חמל Pepercit, clementia uſus fuit: *Conſtruitur cum* עַל *&* אֶל: *Præter.* וַיַּחְמֹל עַל עַמּוֹ clementia uſus erga populum ſuum, 2. Paralip. 36. v. 15. *Infinit.* לְחֶמְלָה עָלַיִךְ clementia utendo erga te, Ezech. 16. v. 5., *cum* ה *paragog.*, *ſed poteſt nomen eſſe: Nomina enim verbalia ſæpe ſuorum verborum ſtructuram imitantur. Futur.* לֹא יַחְמֹלוּ non utetur clementia, Iſai. 9. v. 19. מַחְמָל *vide infra pag.* 327.

חֶמְלָה *f.* Clementia: *Conſtr.* בְּחֶמְלַת, Gen. 19. v. 16., propter clementiam; *LXX.*, *& Vulg. vertunt*, eo quod parceret. *Cum affix.* וּבְחֶמְלָתוֹ & in clementia, in indulgentia ſua, Iſai. 63. v. 9.

חָמוּל

חָמוּל Hamul, *nom. propr. filii Phares filii Judæ*, Gen. 46. v. 12., 1. Paralip. 2. v. 5.

מַחְמַל *v. Unde conſtruct.*, *& cum præfix.* וּמַחְמַל, Ezech. 24. verſ. 21. & indulgentia, venia; *LXX. reddunt*, φειδονται parcunt, ignoſcunt, indulgent; *Vulgat.*, pavet (anima veſtra).

חָמַם Calefactus fuit, caluit, concaluit, incaluit, *tam de rebus corporeis dicitur, quam de* animi æſtu, *&* furore, ira, libidine: *Quandoque conſtruitur cum* ל, *vel Dativo*: *Præter.* וְחַם הַשֶּׁמֶשׁ & cum incaleſceret ſol, Exod. 16. v. 21., Pſalm. 39. v. 4. וְחַם לָהֶם, Eccl. 4. v. 11., caleſcit illis; *LXX. habent*, calor illis; *Vulg.*, fovebuntur mutuo; *Alii*, calor factus eſt illis; *ſic etiam* 1. Reg. 1. v. 1. *Infinit.* לַחְמָם ad caleſcendum, Iſai. 47. v. 14., *pro* לַחְמֹם, *&* Kametz *eſt propter pauſam*, *ſic etiam* Job 30. verſ. 4., *ubi tamen Vulgat. vertit*, cibus eorum; *vocem hanc componebat ex* לֶחֶם panis, cibus, *& ex affix. tertiæ perſonæ plur. Infinit. in forma imperfecta*, חֹם incaleſcere, æſtuare: *Cum præfix.* בְּחֹם in incaleſcendo, cum incaluerit, 1. Sam. 11. v. 9., כְּחֹם הַיּוֹם Gen. 18. v. 1., ſecundum incaleſcere, cum incaleſceret dies; *Vulg.*, in ipſo fervore; עַד־חֹם uſque dum incaleſceret dies, 1. Sam. 11. v. 11. *Cum præfix.* בְּחֻמּוֹ, Job 6. v. 17., in incaleſcendo eo, ut, *vel* cum incaluerit (ſol, *aut* fons, *de quo ſupra loquitur*); בְּחֻמָּם Jerem. 51. v. 39., in incaleſcendo eos, *ſive* cum incaluerint ipſi; *Vulg.*, *aliique habent*, in calore eorum. *Futur.* יֵחַם caleſcit, calefit, calefactus eſt, calefaciet ſe, Iſai. 44. v. 16., *& cum* Vau *converſ.* וַיִּחַם, & incaluit, calefactus eſt, 2. Reg. 4. verſ. 34., Iſai. 44. v. 15. *Niph. Partic.* הַנֵּחָמִים, qui incaleſcunt; *alii vertunt*, incaleſcentes, *hoc eſt*, coeuntes, accenſi, calefacti, *ſcilicet* libidine; *LXX.*, conſolantes, advocantes; *Vulgat.*, qui conſolamini, *a* נָחַם *in Pihel* conſolatus eſt, Iſai. 57. v. 5., *Futur.* וּלְאֶחָד אֵיךְ יֵחָם & uni quomodo incaleſcet? Eccl. 4. v. 11. *Sed* יֵחַם Deuter. 19. v. 6. *latine ſonat*, ira calefactum, accenſum erit; *unde*, *& Vulgat. vertit*, dolore ſtimulatus; *&* יָחַם, 1. Reg. 1. v. 1., calor fiebat, calefiebat. *Pih Futur.* תְּחַמֵּם calefaciet, Job 39. v. 14. *Hithp. Futur.* יִתְחַמָּם calefactus fuerit, Job 31. v. 20.

חָם Chám, *nom. propr. filii Noë*, Gen. 5. v. 32.

חֹם *m.*, *unde in pauſa* חָם calidus, Joſ. 9. v. 12., [illegible] *dem ſenſum vide ſuprà poſt* חָמָה. *Plurel.* חַמִּים [illegible] veſtimenta tua calida, Job 37. v. 17.

חֹם *m.* Calor, æſtus: וְקֹר וָחֹם frigusque & æſtus. Geneſ. 8. v. 22. *Cum affix. vide ſupra in* חָמַם.

חוּם *m.* Fuſcum, *quaſi ex* calore *aduſtum*, Geneſ. 30. v. 32.

חַמָּה *f.* Calor, æſtus: *Cum affix.* [illegible] a calore ejus, Pſalm. 19. v. 7. *Item* ſol, *a calefaciendo dictus*, Iſai. 24. v. 23., 30. v. 26., Cant. 6. v. 10.

חַמּוֹן Hamón, *nomen propr. civitatis Leviticæ*, Joſ. 19. v. 28., 1. Paralip. 6. v. 61.

חַמָּנִים *m. p.* Subdiales ſtatuæ, *quaſi Solares*, *vel* Soli *expoſitæ*, Iſai. 17. v. 8., *&* 27. v. 9. *Cum affix.* חַמָּנֵיכֶם ſubdiales ſtatuas veſtras, Levit. 26. v. 30., *ubi R. Salomon ait*: idola erant, quæ ponebant ſuper tecta, & quia ſoli erant expoſita, appellabant ea חַמָּנִים: *LXX.*, *Aq.*, *Sym.*, *Theod. ſunt*, τεμένη, *Vulg.*, *aliiſque*, delubra: *Joa. Simon arbitratur*, *fuiſſe* eximia ſolis ſimulacra: *Alii volunt*, *fuiſſe* templa Hammonis, *ſeu* Jovis, *qui dicebatur* Hammon.

חָמַס Abſtulit, abripuit violenter, violentia uſus fuit: violentiam, vim fecit, injuria affecit, violavit, contemſit: *Præter.* חָמְסוּ תוֹרָתִי vim faciunt legi meæ, *vel*, injuria afficiunt legem meam, Ezech. 22. v. 26. *Futur.* יַחְמֹס violenter auferet, vi abripiet, Job 15. v. 33., Thren. 2. v. 6., עָלַי תַּחְמֹסוּ quas contra me violenter rapitis, *id eſt*, inique comminiſcimini, Job 21. v. 27. *Niph. Præterit.* נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ violenter auferentur veſtigia tua, *id eſt*, ſoleæ tuæ, Jerem. 13. verſ. 22., *hoc eſt*, diſcalceata ibis in captivitatem; *Vulgat. ibidem ſentit*, pollutæ ſunt plantæ tuæ. *Confer* Iſai. 20. תַּחְמָס *vide infra inter nomina*.

חָמָס *m.* Vis, violentia, injuria, rapina: עֵד חָמָס teſtis injuriæ, *id eſt*, iniquus, injurius, Exod. 23. verſ. 1. *Conſtruct.* וַחֲמַס־אֶרֶץ & violentiam terræ, Hab. 2. v. 8. *Cum affix.* חֲמָסוֹ injuria ejus, Pſal. 7. v. 17. *Plur.* מֵאִישׁ חֲמָסִים a viro violentiarum, *id eſt*, violentiſſimo, Pſal. 140. v. 2.

תַּחְמָס *m.* Hirundo, *juxta quoſdam*, Levit. 11. v. 16. *Kimchi in lib. Rad. ſcribit*; *quod ſit* avis immunda, *ſic dicta*, *quod alias*

aves

violenter rapit. Avis rapax, *juxta Jonathanem, ut* noctua, bubo. *Aliis eſt*, ſtruthio *mas*, harpya, accipiter, nycticorax.

חָמֵץ Fermentatus fuit: *Præter.* כִּי לֹא חָמֵץ quum nondum fermentata eſſet, Exod. 12. v. 39. *Particip. vide inter nomina. Infinit.* עַד־חֻמְצָתוֹ uſque ad fermentari ejus, *id eſt*, dum fermentata ſit, Hoſ. 7. v. 4., *ab abſoluto* חֻמְצָה. *Futur.* טֶרֶם יֶחְמָץ antequam fermentaretur, Exod. 12. v. 34. *Hiph. partic. fœmin* מַחְמֶצֶת Exod. 12. vv. 19. 20., *LXX., Vulg. aliiſque eſt*, fermentum fermentatum; *Joa. Simon vertit*, fermentum concipiens. *Hithp. Futur. metaphorice*, כִּי יִתְחַמֵּץ לְבָבִי Pſal. 73. v. 21., cum exacerbabatur, *proprie autem, ut notat Joa. Simon*, fermentum in ſe concipiebat, *ſive* acrimoniam, *id eſt*, indignabatur; *LXX. vertunt*, ἐξεκαύθη, *Vulgat.*, inflammatum eſt cor meum.

חָמֵץ *m.* Fermentatum, Exod. 12. v. 15.

חֹמֶץ *m.* Acetum; *quaſi vinum* fermentatum, *vel* acidum *dictum*, Num. 6. v. 3.

חוֹמֵץ *m.* Præfractus, violentus, oppreſſor, præfracte, & violenter agens, *quaſi* חֹמֵס, צ, *&* ס *inter ſe permutatis*, Pſalm. 71. v. 4.

חָמוּץ *m.*, *unde conſtr.* חֲמוּץ בְּגָדִים Iſai. 63. v. 1., madefactus veſtibus, *metaphora a* maſſa conſperſa; *LXX. ſunt interpretati*, ἐρύθημα ἱματίων, rubor, rubedo veſtium; *Vulg.* tinctis veſtibus; *Bochartus*, *&* *Joa. Simon*, acutus, acris colore, *id eſt*, rubicundus, punicea veſte inſignis: *Aliis eſt*, conſperſus, infectus veſtibus, *hoc eſt*, cujus veſtes infectæ ſunt ſanguine.

חָמוֹץ *m.* Oppreſſus, Iſai. 1. v. 17.

חָמִיץ *m.* Mixtum, pabulum *proprie* ſubacidum, *quod jumentorum faſtidienti ſtomacho medetur. Variant autem Interpretes in hujuſce pabuli aſſignanda natura; Vulgat. eſt*, migma; בְּלִיל חָמִיץ יֹאכֵלוּ farraginem meram comedent, Iſai. 30. v. 24.

חֻמְצָה *f.* Fermentatio, *vide ante in Kal.*

חָמַק Diſceſſit, ſubduxit ſe: circuivit ſe ſubducendo. *Præter.* חָמַק עָבַר ſubduxit ſe, præteriit, Cant. 5. v. 6. *Hitph. Futur.* תִּתְחַמָּקִין, Jerem. 31. v. 22., ſubduces te; *Vulg habet*, deliciis diſſolveris; *Alii vertunt*, continuo circuibis.

חַמּוּק

חַמּוּק *m. Unde plur. conſtr.* חַמּוּקֵי, Cantic. 7. v. 1., ambitus, circumductus, vertebræ; *Vulg. ſunt*, juncturæ.

חָמַר Rubuit; *item* æſtuavit, ferbuit, *ita Joa. Simon. Eſt autem* fervere, *ut animadvertit Geſnerus, ob ignem externo, vel ab æſtu inteſtino vehementer* miſceri, turbari, lutoſum eſſe, *vel* fieri, bullire, intumeſcere; *item* חָמַר, *ſecundum aliquos, eſt*, bitumine inungere, linire, bituminare: *Præt.* וְיַיִן חָמַר, Pſal. 75. v. 9., & vinum turbidum eſt, *juxta Ab. Eſram; R. Salomon vertit*, vinum vinoſum: *nam Chal.* vinum *appellatur* חַמְרָא; *alii habent*, ferbuit, rubet vinum; *LXX., Sym., & Vulgat. adjective ſunt interpretati, videl.*, vinum purum, merum. *Futur.* יֶחֶמְרוּ מֵימָיו, Pſal. 46. v. 4., lutulentæ, cœnoſæ fient aquæ ejus; *& juxta Vulg.*, turbatæ ſunt aquæ eorum. *Pyh., ex geminatis duabus radicalibus præter.* חֳמַרְמְרָה, Job 16. v. 16., *ubi ſecundum litteras eſt* חֳמַרְמְרָה *in ſingulari; at ſecundum puncta vocalia eſt in plur. cum* Kibbutz *pro* Schurek, *ut notant Maſſorethæ; redditur autem*, (facies mea) lutulenta, ſqualida facta eſt; *Vulg. habet*, intumuit: חֳמַרְמְרוּ, Thren. 2. v. 11., *& in pauſa*, חֳמַרְמָרוּ, Thren. 1. v. 20., turbata, conturbata ſunt, *Hiph. Futur. cum præfix. & affix.* וַתַּחְמְרָה & linivit, & bituminavit eam (fiſcellam), Exod. 2. v. 3., *petita ſignificatione a nomine* חֵמָר bitumen. יַחְמוּר. *vide inter nomina pag.* 331.

חֵמָר *m.* Bitumen, Gen. 11. v. 3., 14. v. 10., Exod. 2. v. 3., *ſic autem quibuſdam dictum videtur, quod continuo ex fonte ſuo* efferveat, *&* ebulliat: *alii a* rubedine *derivant*, rubere *enim* bitumen, *teſtantur eruditi nonnulli.*

חֲמַר *m. Chald.* Vinum, *& quidem, ut vult Joa. Simon, quod* ferbuit, *adeoque* merum, Eſdr. 6. v. 9., 7. v. 22. *Emphat.* חַמְרָא, Dan. 5. vv. 1. 2. 4. 23.

חֶמֶר *m.* Merum, vinum meracum rubens, *quaſi* luteum *dictum, vel quod cerebrum* turbet: כֶּרֶם חֶמֶר vinea rubentis vini, Iſai. 27. v. 2. *Et in pauſa*, etiam ſanguinem uvarum bibiſti חָמֶר merum, Deuter. 32. v. 14.

חֹמֶר *m. Latine ſonat* I. lutum, argilla, *proprie* rubra, Iſai. 45. v. 9., *item*, cæmentum, intritum, Gen. 11. v. 3. II. coacervatio, acervus, *unde*, חֹמֶר מַיִם רַבִּים ad acervum (*juxta Vulg.*, in luto) aquarum multarum, Habac. 3. verſ. 15.

Plural.

Plural. חֳמָרִים acervi, Exod. 8. v. 10. *Fuit & chomer mensura maxima, quæ &* כּוֹר corus *vocatur, continens decem* batos, *ſive* ephas; Epha *autem menſura eſt trium ſatorum.* Chomeris *in ſingul. fit mentio* Levit. 27. v. 16., Iſai. 5. v. 10., Ezech. 45. vv. 11. 13. 14., Hoſ. 3. v. 2., *unde plur.* חֳמָרִים, Num. 11. verſ. 32.

חֲמוֹר *m.* Aſinus, Judic. 15., *R. Bechai ſcribit in* Geneſ. 2., *ſic dici a* חוֹמֶר, *id eſt*, modiis, & acervis *frumenti portandis*; *Alii* חֲמוֹר aſinum *derivant a* חָמַר *quatenus* turbidum, lutulentum eſſe, *ſonat*; *Bochartus vero derivat quidem & ipſe ab eodem verbo, ſed quatenus*, rubere, *etiam ſignificat. Unde vult*, aſinum *dictum fuiſſe* חֲמוֹר *a colore* rubro; *quia in Oriente, & Meridie* aſini *plerumque rubent. Item*, חֲמוֹר *quibuſdam eſt*, cumulus, acervus, חֲמוֹר לֶחֶם aſinum panis, 1. Sam. 16. v. 20., *id eſt*, onuſtum pane, *ut Kimchi explicat, in Comment. Cum affix.* לַחֲמֹרוֹ aſino ſuo, Geneſ. 42. verſ. 27. *Plural.* וְצֶמֶד חֲמֹרִים & par aſinorum, Judic. 19. verſ. 3., חֳמָרִים חֳמָרִים, Exod. 8. v. 10., *Vulg. vertit*, in immenſos aggeres. *Duale a forma fœm., & in pauſa* חֲמוֹר חֲמֹרָתָיִם, Judic. 15. verſ. 16., *Parapb. Chald., Syr., Arabs, Hebræi omnes, aliique interpretantur* acervum acervorum duorum; *vel* acervum, imo duos acervos; *Hieronymus vertit*, in mandibula pulli aſinarum. *Cum affix.* אֶת־חֲמֹרֵיהֶם aſinos eorum, Gen. 34. v. 28.

חֲמוֹר Hhamór, *Vulg.*, Hemór, *nom. propr. patris Sichem*, Gen. 33. v. 19., 34. v. 2.

יַחְמוּר *m.* Dama, *juxta quoſdam*, Deuter. 14. v. 5. *Quidam* bubalum *interpretantur. Kimchi in lib. Radic. ſcribit, eſſe animal ſimile capræ magnæ, aut* cervo *a* rufo colore *ſic dictum.*

חֲמָרָא *m. Chald. vide ſupra in* חֲמַר.

חֲמַרְמַר *Vide ſupra in verbo* חָמַר.

חַמְרָן Hamran, *nom. propr. filii Diſan, ſive Doſan*, 1. Paralip. 1. v. 41.

חָמַשׁ *Kal*, Quintavit, quintam partem accepit. *Partit. Paul* חָמוּשׁ, *& in plur.* חֲמֻשִׁים, Exod. 13. v. 18., quini, quino ordine, *qui militaris erat*; *alii habent*, quintati, *hoc eſt, auctore Joa. Simone*, in quincurias aciei diſpoſiti; *quod exercitus*

citus apud Orientales in quinque partes *dividerétur*, *quæ ſunt* prima acies, cor, cornu dextrum, & ſiniſtrum, atque crus; *LXX.*, & *etiam Hebræi*, *vertunt* bene accincti, præparati; *Aq.*, *Sym.*, *Vulgat.*, *aliique interpretantur*, armati. *Pihel* חִמֵּשׁ quintavit, *ſicut dicitur*, decimavit: *Præterit.* וְחִמֵּשׁ אֶת־אֶרֶץ, Gen. 41. v. 34., & quintabit terram, *id eſt*, quintam proventuum partem [illegible], quintam terræ imponet ſolvendam: *Vulgat. vertit* & quintam partem fructuum congreget in horrea.

חָמֵשׁ *f.* Quinque: חָמֵשׁ שָׁנִים quinque annos, Gen. 5. verſ. 6. *Conſtr.* חֲמֵשׁ מֵאוֹת שָׁנָה quinque centum, *id eſt*, quingentos annos, Geneſ. 11. v. 11. *Plural. ſignificat* decies quinque, *id eſt*, quinquaginta: חֲמִשִּׁים אִישׁ quinquaginta viros, 1. Reg. 18. verſ. 4. *Cum affix.* וַחֲמִשָּׁיו cum quinquaginta ſuis, *ſcil.* hominibus, *vel* militibus, 2. Reg. 1. v. 9., *maſc.* חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים quinque viros, Geneſ. 47. verſ. 2. *Conſtr.* חֲמֵשֶׁת Joſ. 10. v. 5. *Huic competit idem pluralis, qui ante.*

חֹמֶשׁ *m.* Quinta pars, Geneſ. 47. verſ. 26. *Sed eadem dictio* 2. Sam. 2. v. 23., &c., *LXX eſt*, ψόα lumbus; *Aquil.*, ἐνοπλισμὸς armatura; *Vulg.*, inguen, latus; *Aliis denique eſt* quinta coſta lateris, *ubi ſedes eſt fellis*, & *jecoris*.

חֲמִישִׁי *m.* Quintus, Geneſ. 1. v. 23., *vel cum* Daghesch, בַּחֹדֶשׁ הַחֲמִשִׁי menſe quinto, Zach. 7. verſ. 3. *Fœmin.* חֲמִישִׁית, *vel* חֲמִשִׁית quinta, Nehem. 6. v. 5., quinta pars, Geneſ. 47. v. 24. *Cum affix.* וְאֶת־חֲמִישִׁתוֹ & quintam partem ejus, Levit. 5. v. 16. *Cum affix.* וַחֲמִשִׁתָיו & quintas partes ejus, Levit. 5. verſ. 24. *Eſt ex forma ſingul.*, & *plural. compoſitum*, *quo Ab.Eſra ſcribit*, *ſignificari minus*, *quam plura*, *id eſt*, duo, *ſive* duas quintas. *Subtile magis, quam probabile.*

חֲמִישִׁית, חֲמִשִׁית, & חֲמִשָּׁה *Vide in præcedenti dictione.*

חמת *Radix Hebræis inuſit.*, *Arab.* infudit; *inde eſt*, *ut videtur Joa. Simoni*,

חֵמֶת *m.* Uter, lagena, *q. d.* infuſio continua, *id eſt*, cui continuo infunditur: מִן־הַחֵמֶת ex utre, Geneſ. 21. v. 15., & *alia forma*, וְחֵמַת מַיִם & utrem aquæ, verſ. 14.

חֵמֶת *m.*, *unde conſtr.* חֵמַת, Oſe. 7. verſ. 5., uter, lagena; *LXX. eſt.*, θυμοῦσθαι, *Vulgat.*, furere; *referebant ad* חֵמָה: *Cum præfix.* וּמֵחֲמַת, Job 21. v. 20., & ex utre; *Vulg. habet*,

bet, & de furore; *ab eadem voce* חֵמָה : *Cum affix.* חֲמָתְךָ, Habac. 2. verſ. 15., uter tuus; *Aq. eſt*, χόλος σου ira tua; *Sym.*, θυμὸς ἑαυτοῦ furor ejus, *vel* ſuus; *Vulg.*, fel ſuum; *legebant* חֲמָתוֹ *ab* חֵמָה. *Vide* יָחַם.

חֲמָת Emáth, *nom. propr. regionis*, *quæ erat terminus Septentrionalis terræ ſanctæ*, 2. Reg. 23. v. 33., *&c. Item urbis in finibus Syriæ circa Damaſcum*, 2. Reg. 14. v. 25., *&c.*

חַמֹּת דֹּאר Hhammóth, *vel* Hammóth dór, *nom. propr. civitatis Leviticæ, & confugii in Tribu Nephthali*, Joſ. 21. v. 32.

חֲמָתִי Hhamathí, *& juxta Vulg.*, Amathæus, *&* Hamathæus, *nom. propr. filii Chanaan*, Geneſ. 10. v. 18., 1. Paralip. 1. verſ. 16.

חֵן *m. Vide poſt* חָנַן.

חֵנָדָד Enadád, *vel* Henadád, *nom. propr. patris Bavai*, Nehem. 3. v. 18.

חָנָה Caſtrametatus eſt, caſtra poſuit: reſedit: *Conſtruitur abſolute, & cum præp.* עַל, אֶל *&* ל: *Præterit.* וְחָנִיתִי לְבֵיתִי & caſtra ponam ad domum meam, Zachar. 9. v. 8., *Particip. cum affix.* חֹנָךְ caſtrametantis contra te, *pro* חֹנֶה עָלֶיךָ, Pſal. 53. v. 6., *LXX. ibidem vertunt*, ἀνθρωπαρέσκων, *Vulg.*, eorum, qui hominibus placent; *legebant* חֹנֵן gratioſus, obſequens *a verbo* חָנַן. *Infinit.* הִנֵּה חֲנוֹת הַיּוֹם ecce (tempus) caſtrametandi hodie, Judic. 19. v. 9., *id eſt*, diverſandi, hoſpitandi tempus nunc eſt: *ita enim per* עֵת tempus, *R. Salomon ſupplet*. *Cum affix.* חֲנֹתֵנוּ caſtrametari noſtrum, caſtrametatio noſtra, Num. 10. v. 31. *Imperat.* חֲנֵה caſtrametare, 2. Sam. 12. v. 28. *Futur.*, *per apocopen*, וַיִּחַן & caſtrametatus eſt, *Vulgat.*, ut veniret, Geneſ. 26. v. 17. *Plur. cum Nun paragog.* וַיַּחֲנוּן, & caſtrametati ſunt, Judic. 11. v. 18. מַחֲנֶה, *&* תַּחֲנוֹת *vide inter nomina pag.* 334.

חַנָּה Anná, *nom. propr. alterius uxoris Elcanæ*, 1. Samuel. 1. verſ. 2.

חֲנִית *f.* Haſta, lancea, *quod in caſtris maximus eſſet earum uſus; Joa. Simoni videtur* haſta *ex eo dicta*, *quod* in eam incumbendo inclinetur, 1. Sam. 13. verſ. 19., *&c.* חֶרֶב וַחֲנִית gladius, aut haſta, 1. Sam. 13. v. 22. *Cum affix.* וַחֲנִיתוֹ & haſta ejus, 1. Sam. 19. v. 9., *Plural.* אֶת־הַחֲנִיתִים lanceas, 2. Paralip. 23. v. 9., *& forma fœmin. cum affix.* וַחֲנִיתוֹתֵיהֶם & haſtas ſuas, Iſai. 2. v. 4.

חֲנֻיוֹת *f. p.* Cellulæ, manſiunculæ, Jerem. 37. v. 16. *Singulare* חֲנוּת hoſpitium, diverſorium, *in quo* caſtra noſtra ponimus, hoſpitamur, *&* quieſcimus, *apud Rabbinos frequentiſſimum*; *Vulgat. ibidem* חֲנֻיוֹת *ſunt*, clauſura; *Aquilæ*, officinæ, tabernæ.

מַחֲנֶה *c.* Caſtra, acies: הַמַּחֲנֶה הַנִּשְׁאָר acies illa, quæ reliqua facta fuerit: *ubi maſcul.*, אֶל־הַמַּחֲנֶה הָאַחַת ad aciem unam, *ubi fœmin.* Gen. 32. v. 9. *Conſtr.* מַחֲנֵה מִדְיָן caſtra Midjan, Judic. 7. v. 8. *Cum affix.* בְּקֶרֶב מַחֲנֶךָ in medio caſtrorum tuorum, Deuter. 23. v. 15. *Duale*, מַחֲנַיִם Machanajim, *id eſt*, caſtra duo: *Nomen proprium loci trans Jordanem in finibus Tribus Gad, quo in loco Angeli obviam facti ſunt Jacobo*, Geneſ. 32. verſ. 2. *Sic autem locus fuit appellatus, quod ibi Jacob* duplicem turmam, *ſive* aciem *viderit, Angelorum nempe, & ſuam. Cum* ה *locali*: מַחֲנָיְמָה in Machanajim, 2. Samuel. 17. v. 24. *Plural.* הַבְּמַחֲנִים num in caſtris, Num. 13. v. 20., מַחֲנֶיךָ caſtra tua, Deuter. 23. v. 24., *& forma fœmin.* בְּשַׁעֲרֵי מַחֲנוֹת in portis caſtrorum, 2. Paralipom. 31. verſ. 2.

תַּחֲנוֹת *fœm.* Metatio, manſio: *Cum affix.* תַּחֲנֹתִי metatio mea, 2. Reg. 6. v. 8., *&* Cholem *eſt loco* Schurek, *ſcribit Kimchi*: *LXX. ibidem vertunt*, caſtra ponam; *Vulg.*, ponamus inſidias.

חָנַט Condivit aromatibus, *quod* balſamare *dicunt*: *Item* edidit, protruſit, protulit. *Præter.* חָנְטָה פַגֶּיהָ protulit groſſulos ſuos, Cant. 2. verſ. 13. *Particip.* יְמֵי הַחֲנֻטִים dies aromatibus conditorum, *vel* qui aromatibus condiri ſolent; *Vulg. vertit*, mos erat cadaverum conditorum, Geneſ. 50. verſ. 3. *Infinit.* לַחֲנֹט אָבִיו ut aromatibus condirent patrem ſuum, verſ. 2. *Futur.* וַיַּחַנְטוּ & aromatibus condiverunt, *ibid.*

חִטָּה *f.* Triticum, *ſic dictum, quod ex folliculis ſuis* protruſum *emineat, & eſt pro* חִנְטָה, *ut ex lingua Chaldaica apparet. Plur.* בִּימֵי קְצִיר־חִטִּים in diebus meſſis tritici, *ideſt*, triticeæ, Geneſ. 30. v. 14. *& in* Nun, קַח לְךָ חִטִּין accipe tibi tritica, Ezech. 4. v. 9. *Conſtr.* בְּחִטֵּי in tritico Ezech. 27. verſ. 17.

חִטִּין

חִנְטִין *Chald. plural. m., ſed ex terminatione fœm.*, tritica, frumentum, frumenta, Eſdr. *6.* v. *9.*, 7. v. 22.

חַנִּיאֵל Hanniél, *&* Haniél, *nom. propr. virorum*, Num. 34. v. 23., 1. Paralip. 7. v. 39.

חָנַךְ Initiavit, *hoc eſt*, re aliqua uti incepit, primum imbuit, inſtruxit: dedicavit: *Præter.* וְלֹא חֲנָכוֹ & non initiavit, dedicavit eam (domum), Deut. 20. v. 5. *Imper.* חֲנֹךְ עַל־פִּי דַרְכּוֹ initia puerum pro ratione viæ ipſius, Prov. 22. v. 6., *ideſt*, primum imbue, inſtrue, inſtitue. *Futur. cum affix., & Nun epenthetico*, יַחְנְכֶנּוּ initiabit, dedicabit eam, (domum), Deut. 20. v. 5. וַיַּחְנְכוּ אֶת־בֵּית & dedicaverunt domum, 2. Paralip. 7. v. 5.

חֲנֻכָּה *Vide in* חָנָה *pag.* 333.

חֲנוֹךְ Henóch, *&* Enóch, *nom. propr. virorum*, Gen. 4. v. 17., 5. v. 18., 25. v. 4., 46. v. 9., 1. Paralip. 5. v. 3. *Item nom. propr. civitatis, quam ædificavit Cain, quamque nomine filii ſui* Henoch *appellavit*, Gen. 4. v. 17.

חָנִיךְ *m.* Initiatus, inſtructus, primis *ſcil.* artis bellicæ præceptis: *Inde plur. cum affix.* חֲנִיכָיו initiatos ſuos, expeditos ſuos, ad bellum *videl.*, Gen. 14. v. 14.

חֲנֻכָּה *f.* Initiatio, dedicatio: לַעֲשׂוֹת חֲנֻכָּה ad faciendam dedicationem, Nehem. 12. v. 27., וּבַחֲנֻכַּת חוֹמַת & ad dedicationem muri, *ibid. Chald.* לַחֲנֻכַּת צַלְמָא ad dedicationem imaginis, Dan. 3. v. 2.

חֲנֹכִי Hhanochí, *Vulg.*, Henochitæ, *nomen propr. familiæ Henoch filii Ruben*, Num. 26. v. 5.

חִנָּם *Vide poſt* חָנַן *pag.* 337.

חֲנַמְאֵל Hanameel, *nom. propr. filii Sellum*, Jerem. 32. v. 7.

חֲנָמַל *m.* Grando major, lapides magni grandinis, *juxta Ab. Eſram*; *LXX.*, *& Vulg. eſt*, pruina; *Aq.*, glacies; *Sym.*, vermis; *Hieron.*, frigus; *Aliis*, fulmen, Pſal. 78. v. 47.

חָנַן Gratiam fecit, miſericors, gratioſus fuit, gratioſe largitus eſt, miſertus fuit. *Conſtruit. cum Accuſat. rei, & perſonæ, & præpoſit.* לְ *Præter. cum affix.* חַנַּנִי gratioſe donavit mihi, Gen. 33. v. 11., וְחַנֹּתִי אֶת־אֲשֶׁר אָחֹן, Exod. 33. v. 19., & gratioſus ero, cui fuero gratioſus; *Vulgat.*, & miſerebor, cui voluero. *Particip.* חוֹנֵן, miſericors, gratioſus, gratiam faciens, exhibens, commiſerans, Pſal. 37. v. 21.

v. 21. *Infin. abſol.* חָנוֹן miſerendo, Iſai. 30. v. 19. *Infinit. conſtruct.* חֲנַן; *unde cum affix., & præfix.* לַחֲנַנְכֶם, Iſai. 30. v. 18., ad miſerendum veſtri, ad gratiam faciendum vobis, *Vulg. vertit*, ut miſereatur veſtri. *Et ex forma quieſc.* Lamed ה *in Piel* חַנּוֹת miſereri, Pſal. 77. v. 10. *Imperat.* חֹן; *unde cum affix.* וְחָנֵּנִי & miſerere mei, Pſalm. 4. verſ. 2.; Pſal. 6. v. 3. חָנֵּנוּ miſerere noſtri, Pſalm. 123. v. 3. *Plural. cum affix.* חָנֻּנִי miſeremini mei, Job. 19. verſ. 21., חָנּוּנוּ, Judic. 21. v. 22., gratificamini, gratificate, gratis date nobis (illas); *Vulg. vertit.*, miſeremini eorum. *Futur.* אָחֹן miſerebor, Exod. 33. v. 19. *Cum affix.* תְחָנֵּם miſerearis eorum, Deuter. 7. v. 2., יֶחֱנַן miſerebitur, Amos 5. v. 15., & *contracte*, יָחֹן, Deuter. 28. v. 50. *Cum affix.* יְחָנֵּנִי, 2. Sam. 12. v. 22. (*ubi Maſſorethæ legunt* וְחַנַּנִי), miſerebitur mei, gratis donabit mihi; וַיָּחָן & gratiam fecit, & miſertus eſt, 2. Reg. 13. v. 23., יְחָנֵּנוּ miſerebitur noſtri, Pſal. 67. v. 2., חָנוֹן יָחְנְךָ gratiam faciendo, gratiam faciet tibi, Iſai. 30. v. 19., & *ſic* Geneſ. 43. v. 29. Nun *autem debebat eſſe dageſſatum*. *Cum* Nun *epenthet.* יְחֻנֶּךָּ, Num. 6. v. 25., gratiam faciat tibi, miſereatur tui, יְחֻנֶּנּוּ, Iſai. 27. v. 11., miſerebitur ejus, gratiam faciet ei. *Niph. Præter. anomalum*, מַה־נֵּחַנְתְּ quam gratioſa tibi eris, quam gratulaberis tibi (*ironice*); *LXX. vertunt*, gemes, ingemiſces; *Vulg.*, congemuiſti; *legiſſe videntur*, נֶהֱית *a* נָהָה gemuit, lamentatus eſt. Jerem. 22. v. 23., *deficit* Dageſch. *Pihel Particip.* מְחוֹנֵן gratiam faciens, Proverb. 14. v. 21. *Infinit.* עֵת לְחֶנְנָהּ tempus eſt gratiam faciendi ei, Pſal. 102. v. 14., *ubi* Sægol *eſt loco* Pathach, & *ex* נ *abeſt* Dageſch, *pro* לְחַנְּנָהּ. *Futur.* יְחַנֵּן, Prov. 26. v. 25., gratioſam exhibet; *LXX.* ἐὰν precetur; *Vulg.*, ſubmiſerit: *Plur.* יְחֹנֵנוּ miſerentur, miſerebuntur, Pſal. 102. v. 15. *Hoph. Futur.* יֻחַן grata fiet, Iſai. 26. v. 10. *Hithp.* הִתְחַנֵּן precari, deprecari; *proprie pro* gratia, *vel* ut gratia fiat: *Præter. cum* ה *paragogico* הִתְחַנְּנָתָה deprecatus eſt, 1. Reg. 9. v. 3. *Infinit.* לְהִתְחַנֶּן־לוֹ ad deprecandum eum, Eſth. 4. v. 8. *Cum affix.* בְּהִתְחַנְנוֹ in deprecando eo, cum deprecaretur ipſe, Gen. 42. v. 21.

חֲנַן *Chald. Significat idem ac Hebr. Unde infin. cum præfix.* בְּמִחַן in miſerendo, Dan. 4. v. 24. *Ithpahal particip.* מִתְחַנַּן deprecans, Dan. 6. v. 12.

חָנָן

חָנָן Hanán, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 8. vv. 23. 38., 11. v. 43., *&c.*, Jerem. 35. v. 4.

חֲנָן *m.* Commiſeratio: *unde cum affix.*, *& præfix.* לְחֶנְנָהּ ad commiſerationem, *vel* commiſerationis ejus, Pſal. 102. v. 14., *Alii*, *infinit. Pihel eſſe*, *volunt*, *atque vertunt*, miſerendi ejus. תְּחִנָּה, תַּחֲנוּנִים *Vide in fine hujus pag.*

חַנּוּן *m.* Gratioſus, clemens, Exod. 22. v. 26.

חָנוּן Hhanún, *Vulgat.*, Hanón, *nomen propr. filii Naas regis filiorum Ammon*, 2. Sam. 10. v. 1., 1. Paralip. 19. v. 2.

חֲנַנְאֵל Hananéel, *nom. propr. turris e turribus Jeruſalem*, Nehem. 3. v. 1., Jerem. 31. v. 38.

חֲנִינָה *f.* Gratia, Jerem. 16. v. 13.

חֲנָנִי Hanáni, *nomen propr. patris Jehu prophetæ*, 1. Reg. 16. v. 7., *&c.*

חֲנַנְיָה, *&* חֲנַנְיָהוּ. Hananiás, *&* Ananías, *nom. propr. virorum*, Jerem. 28. v. 1., 36. v. 13., 37. v. 12., 1. Paralip. 3. v. 19., *&c.*; 2. Paralip. 26. v. 11., Dan. 1. vv. 6. 7.

חֵן *m.* Gratia: מָצָא חֵן invenit gratiam, Geneſ. 6. v. 8., *& in* Chirek, וְחִין עֶרְכּוֹ & gratiam diſpoſitionis ejus, Job 41. v. 4. *Cum affix.* וַיִּתֵּן חִנּוֹ & dedit gratiam ejus, *id eſt*, לוֹ ipſi, Gen. 39. v. 21., *id eſt*, conciliavit ipſi gratiam.

חִין, *m.*, *unde cum præfix.* וְחִין, Job 41. v. 3., & gratia, pulchritudo, elegantia formæ; *Sed LXX.*, *& Theodot. vertunt*, ἐλεήσει miſerebitur; *legebant* יָחִין; *Aq.*, *& Sym.*, dabit, dabitur; *Vulg.*, ad deprecandum; *legebat* לְחִין.

חִנָּם Gratis, immerito, fruſtra, abſque cauſſa: וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם & ſervies mihi gratis, Gen. 29. v. 15., *ſic* Exod. 21. v. 11., לְהָמִית אֶת־דָּוִד חִנָּם occidendo Davidem ſine cauſſa, 1. Sam. 19. v. 5.

תְּחִנָּה *f.* Precatio, deprecatio, ſupplicatio, 1. Reg. 8. v. 54. *Conſtruct.* אֶל־תְּחִנַּת עַבְדְּךָ ad deprecationem ſervi tui, *ibid.* v. 30. *Cum affix.* וְאֶל־תְּחִנָּתוֹ & ad precationem ejus, *ibid.* *Plural. cum affix.* וְאֶת תְּחִנֹּתֵיהֶם & deprecationes eorum, 2. Paralip. 6. v. 39.

תַּחֲנוּנִים *m. p.* Deprecationes, preces, Zach. 12. v. 10. *Conſtr.* תַּחֲנוּנֵי Jerem. 3. v. 21. *Cum affix.* וְאֶל־תַּחֲנוּנָיו & ad deprecationes ejus, Dan. 9. verſ. 17. *Fœmin.* בְּקוֹל תַּחֲנוּנוֹתָי voci deprecationum mearum, Pſal. 86. v. 6.

חָנֵס Hanés, *nom. propr. civitatis Ægypti prope Æthiopiam, ut Hieron. videtur*, Iſai. 30. v. 4.

חָנֵף Contaminatus, profanatus fuit, profane egit, profanus fuit: *& interdum activè*, contaminavit, profanavit: hypocriſi uti, hypocritam agere: *Præter.* חָנְפוּ profani ſunt, profane agunt, Jerem. 23. v. 11., וְהָאָרֶץ חָנְפָה etiam ipſa terra contaminata, *vel* profana eſt, Iſai. 24. v. 5. *Infin.* חָנוֹף תֶּחֱנַף הָאָרֶץ contaminando contaminaretur terra iſta, Jerem. 3. v. 1. *Futur.* וַתֶּחֱנַף אֶת־הָאָרֶץ & contaminavit terram, Jerem. 3. v. 9. *Hiph. Fut.* יַחֲנִיף אֶת־הָאָרֶץ contaminabit terram, Num. 35. v. 33., יַחֲנִיף בַּחֲלַקּוֹת contaminabit, hypocriſin exercebit blanditiis, Dan. 11. v. 32.

חָנֵף *m.* Profanus, impurus: hypocrita: כֻּלּוֹ חָנֵף totus eſt hypocrita, Iſai. 9. verſ. 17. *Plural.* חֲנֵפִים hypocritæ, Iſai. 33. v. 14. *Conſtruct.* חַנְפֵי לֵב hypocritæ corde, Job 36. v. 13.

חֹנֶף *m.* Hypocriſis, Iſai. 32. v. 6.

חֲנֻפָּה *f. Idem, Vulg. eſt*, pollutio, Jerem. 23. v. 15.

חָנַק *Pih.* Strangulavit: *Particip.* מְחַנֵּק לְלִבְאֹתָיו ſtrangulans leunculis ſuis; *Vulg.*, & necavit, Nahum 2. verſ. 13. *Niph. Futur.* וַיֵּחָנַק & ſtrangulavit ſe; *Vulg.*, & mortuus eſt; *Alii habent*, ſuſpendio interiit, 2. Sam. 17. v. 23.

מַחֲנָק *m.* Strangulatio, Job 7. v. 15.

חָסַד *Radix in Kal inuſit. Joa. Simoni videtur, ſenſum commotionis animi cum dolore, & ægritudine quadam in in genere habuiſſe: inde in ſpecie* חֶסֶד *latine eſt*: I. miſericordia, *quæ, Cicerone auctore, eſt* ægritudo ex miſeria alterius: II. invidia, *quæ eſt* ægritudo, *&* dolor *ex alterius rebus ſecundis*: III. turpitudo, probrum, factum turpe, *ſive* flagitium, *quo cum* animi ægritudine *quadam*, *&* dolore *commovemur*, *& quod indigne ferimus*. *Ex hac autem tertia notione derivant Interpretes Piel* חִסֵּד turpitudine, *ſive* probro affecit; *unde futur. cum affix.*, פֶּן־יְחַסֶּדְךָ Prov. 25. v. 10., ne probro afficiat te; *Vulg.*, ne inſultet tibi. *Hithp.* הִתְחַסֵּד; *unde futur.* תִּתְחַסָּד, 2. Sam. 22. v. 26., Pſalm. 18. v. 26., pium, benignum, beneficum exhibebis te; *Vulg.*, *& Hieron. vertunt*, ſanctus eris; *Sym.*, ſancte ages.

חֶסֶד *m.* Benignitas, beneficentia, beneficium, miſericordia, *Significat id boni, quod* gratuito *ſit*. *Item* probrum, *ex Chaldaicæ linguæ uſu, ubi pro* חֶרְפָּה *poni ſolet* : עֹשֶׂה חֶסֶד exercens benignitatem, Deut. 5. v. 10., חֶסֶד הוּא probrum eſt, Levit. 20. v. 17., וְחֶסֶד לְאֻמִּים & probrum nationum, Prov. 14. v. 34. *Cum affix.* חַסְדּוֹ benignitas ejus, Pſal. 106. v. 1. *Plural.* קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים minor, *id eſt*, impar ſum omnibus his beneficiis, Geneſ. 32. verſ. 11. *Conſtruct.* זָכְרָה לְחַסְדֵי recordare benignitatum (Davidis, *id eſt*, erga Davidem), 2. Paralip. 6. v.42. *Cum affix.* כְּרֹב חֲסָדָו ſecundum multitudinem benignitatum ſuarum, Pſal. 106. v. 45.

חָסִיד *m.* Benignus, beneficus, miſericors :. *Item*, ſanctus, *qui* piè, & ſancte *vivit*, *ſi de hominibus dicatur*, *&* *erga alios* beneficus *eſt* : כִּי־גָמַר חָסִיד nam deſiit beneficus, Pſal. 12. v. 2. *Cum affix.* לְאִישׁ חֲסִידֶךָ viro benefico tuo, *vel* ſancto tuo, Deuter. 33. v. 8., לֹא תִתֵּן חֲסִידְךָ non permittes ſanctum tuum, *vel* benignum tuum, erga quem tu benignus es, Pſalm. 16. v. 10. *Plural.* בִּקְהַל־חֲסִידִים in congregatione ſanctorum, Pſal. 149. v. 1., לֹא יַעֲזֹב אֶת־חֲסִידָיו non derelinquet ſanctos ſuos, Pſal. 37. v. 28.

חֲסִידָה *f.* Ciconia, Jerem. 8. v. 7., *a* beneficentia : *nam genitricum ſenectam* ciconiæ *invicem educant* : *colla inter avolandum imponunt præcedentibus* : *feſſos duces ad terga recipiunt*, *ſcribit Plin.* lib. 10. c. 23., *ita & Talmud. in* Cholin c. 3. fol. 63. *Sed LXX.*, *Aq.*, *Sym.*, *Theod.*, *atque Vulg.* חֲסִידָה *eſt* herodius : *Item Vulg. eſt quandoque* milvus, *quandoque* ſtruthio.

חֲסַדְיָה Haſadiás, *nom. propr. filii Zorobabel*, 1. Paralip. 3. v. 20.

חָסָה Confugit, recepit ſe *ad aliquem ſub cujus protectione tutus ſit*, *ut pulli ſub alis gallinarum*. *Inde eſt*, ſperavit, ſiſus, confiſus eſt, ſpem poſuit, *vel* collocavit : *Conſtruitur cum præpoſit.* ב, *& quandoque* תַּחַת. *Præter.* וְחָסָה בוֹ ſperabit in eo, recipiet ſe ad eum, Pſal. 64. verſ. 11. *Fœmin.*, *mutata tertia radic.* ה *in* Jod, חָסָיָה, ſperavit, ſperat, confiſa eſt, Pſal. 57. v. 2. *Plur.* חָסוּ, Pſal. 37. v. 40., *&* חָסָיוּ, Deut. 32. v. 37., ſperaverunt, confiſi ſunt. *Partic.* חֹסֶה ſperans, confidens, Iſai. 57. v. 13. *Plur.* חֹסִים ſperantes, confidentes, 2. Sam. 22. verſ. 31. *Conſtr.* חוֹסֵי,

Pſal. 2. v. 12., מַחְסֶה *vide paullo poſt inter nomina*. *Infinit.* לַחֲסוֹת תַּחַת כְּנָפָיו ad recipiendum te ſub alis ejus, Ruth 2. v. 12. *Imper. plur.* חֲסוּ ſperate, confugite, Jud. 9. v. 15. *Futur.* אֶחֱסֶה, 2. Sam. 22. v. 2., Pſal. 61. v. 5., *& contracte (in quibuſdam codicibus)* אֶחְסֶה, Pſal. 57. v. 2., ſperabo: *Plur.* יֶחֱסוּ, Iſai. 14. v. 32., *& in pauſa, atque cum* Nun *paragog.* יֶחֱסָיוּן, Pſal. 36. v. 8., ſperabunt.

חָסוּת *f.*, Iſai. 30. verſ. 3., receptus, perfugium, præſidium, ſubſidium; *Vulg. eſt*, fiducia.

מַחְסֶה *vel* מַחֲסֶה *m. Idem.* וּמִבְּלִי מַחְסֶה & abſque perfugio, *vel* obtectione, Job 24. v. 8. *Conſtr.* מַחְסֵה כָזָב receptum fallaciæ, *ideſt*, fallacem, Iſai. 28. verſ. 17. *Cum affix.* מַחְסֵהוּ receptus ejus, Pſal. 14. v. 6.

חָסַל Abſumpſit, conſumpſit: *Futur.* כִּי יַחְסְלֶנּוּ quia conſumet illud (locuſta), Deuter. 28. v. 38.

חָסִיל *m.* Bruchus, *ab* abſumendo, 1. Reg. 8. v. 37. *LXX.*, *& Vulg. eſt etiam*, locuſta, rubigo.

חָסַם Obturavit *os*, *vel nares*, capiſtravit, capiſtrum impoſuit, coercuit; *Vulg. eſt*, ligavit, obſtupeſcere fecit: *Particip.* וְחֹסֶמֶת הִיא, Ezech. 39. v. 11., *LXX.* Καὶ περιοικοδομήσουσι τὸ περιστόμιον & circumædificabunt frænum; *Vulg.*, & obſtupeſcere faciet; *Alii*, & obturabit illa (*nares prætereuntium*), *hoc eſt*, *in cauſa erit*, *cur prætereuntes* nares obturent: *Futur.* לֹא־תַחְסֹם, Deuter. 25. v. 4., non obturabis os, non capiſtrabis; *Vulg.*, non ligabis os.

מַחְסוֹם *m.* Pſal. 39. v. 2., Fiſcella, frænum, capiſtrum, *quo* os obturatur; *LXX.*, *atque Vulgat. eſt*, cuſtodia.

חָסַן Firmus, fortis, robuſtus fuit: *unde Niph. futur.* יֵחָסֵן, Iſai. 23. v. 18., recondetur (*in theſauro*); *LXX. vertunt*, congregabitur; *Vulg.*, condentur; *Alii*, firmiter tenebitur, *vel* retinebitur, poſſidebitur.

חֲסַן *Chald. Peal*, Fortis, robuſtus fuit. *In Aphel* firmiter tenuit, poſſedit, obtinuit: *Præter. plur.* הֶחֱסִנוּ, Daniel. 7. v. 22., poſſederunt; *Vulgat.*, obtinuerunt.

חֱסֵן *maſc. Chald.* Robur, fortitudo: *Cum affix.* חִסְנִי robur meum, potentia, fortitudo mea, Dan. 4. v. 27.

חֹסֶן *m.* Robur, Iſai. 33. v. 6. *Item*, theſaurus, opes, facultates, *quæ* robur, *&* firmamentum *hominis ſunt*, Ezech. 22. v. 25., Prov. 15. v. 6.

חָסֹן, *&* חָסֹן *m.* *LXX. eſt* ἰσχυρὸς, *Vulg.*, *aliiſque*, fortis, robuſtus, Amos 2. v. 9. *Item ſubſtantive*, ἰσχὺς fortitudo, Iſai. 1. v. 31.

חָסִין *m.* Fortis, robuſtus, potens, Pſalm. 89. v. 9.

חִסְנָא *m. Chald. in ſtatu emphat.* Robur, fortitudo, Dan. 2. verſ. 37.

חסף *Radix Hebræis inuſit.*, *Arab.* Diminutus, minutus fuit; *inde*, *auctore Joa. Simone*, *ſunt*

חֲסַף *m. Chald.* Lutum (*proprie figuli*), argilla, teſta argillacea, *ut exponit idem Joa. Simon*; terra tenuis, & minuta, *aqua mixta*, *ſive macerata*: מִנְּהֵן דִּי חֲסַף ex eis, *id eſt*, partim ex luto, Dan. 2. v. 33.

חַסְפָּא *maſc. Chald. in ſtatu emphat.*, *idem ac ſupra ſignificat*: דִּי פַרְזְלָא וְחַסְפָּא ex ferro, & ex luto, Dan. 2. v. 34.

חספס *Radix inuſit. Inde eſt*, מְחֻסְפָּס *m.*, Exod. 16. v. 14., rotundum, *id eſt*, עָגֹל, *juxta Ab. Eſram*; *LXX. eſt*, ὡσεὶ κόριον quaſi coriandrum; *Vulg.*, quaſi pilo (tuſum); *Joa. Simoni*, valde minutum, *&* exiguum; *Aliis*, decorticatum, denudatum; *dictionem enim hanc derivandam arbitrantur ab* חָשַׂף nudavit, denudavit, *mutato* ש *in* ס.

חסר Defuit, defecit; *dicitur autem tam de* perſona, *cui aliquid* deficit, *quam de* re *ipſa*, *quæ* deficit. *Quando de* perſona *dicitur*, חָסֵר *proprie latine ſonat*, deſtitutus fuit, eguit, indiguit, caruit, penuriam paſſus eſt, penuria, *aut* inopia alicujus rei laboravit; *&* *tertia perſona in præter. Kal occurrit cum* Tzere, *adinſtar* חָפֵץ voluit. *Quando autem de* re *uſurpatur*, *ſonat latine*, defuit, defecit, imminutus fuit: *Præter.* לֹא חָסַרְתָּ דָּבָר non eguiſti ulla re, non defuit tibi quidquam, Deuter. 2. v. 7., חָסַרְנוּ כֹל eguimus omnibus, Jerem. 44. v. 18. *Infinit.* הָלוֹךְ וְחָסוֹר eundo & deficiendo; Geneſ. 8. v. 5., *id eſt*, magis magiſque deficiebant, & minuebantur. *Futur.* לֹא אֶחְסָר non indigebo, *Vulgat habet*, nihil deerit, Pſal. 23. v. 1., יֶחְסַר, Deut. 15. v. 8., Prov. 31. v. 11., indigebit, deficiet: *Plural.* לֹא־יַחְסְרוּ non carebunt, non indigebunt, non deficient, non erunt deſtituti, *Vulgat. vertit*, non minuentur, Pſalm. 34. verſ. 11., יַחְסְרוּ לֶחֶם וָמַיִם deerunt, deficient panis, & aqua, Ezech. 4. v. 17., וַיַּחְסְרוּ & defecerunt, & imminutæ ſunt (aquæ), Gen.

Gen. 8. v. 3., *cum* Nun *paragog.* יַחְסְרוּן, Geneſ. 18. v. 28., carebunt, deſtituti erunt (quinquaginta illi juſti quinque) *Vulgat. vertit*, (quid ſi) minus quiquaginta juſti quinque fuerint? *Pih.* חִסֵּר deſtituit, defraudavit, minuit, imminuit. *Partic.* וּמְחַסֵּר אֶת־נַפְשִׁי מִטּוֹבָה & deſtituo, fraudo, privo animam meam bono, Eccleſ. 4. v. 8. *Futur.* וַתְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט & deficere feciſti eum parum (ab Angelis), Pſal. 8 v. 6., *id eſt*, minorem paulíſper feciſti eum. *Hiph. Præter.* הַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר qui minus colligebat, non eguit, *Vulgat. habet*, nec, qui minus paraverat, reperit minus, Exod. 16. verſ. 18., מַחְסוֹר *vide paullo poſt inter nomina*. *Futur.* וּמַשְׁקֶה צָמֵא יַחְסִיר & potum ſitientis deficere facit, *id eſt*, ſubtrahit, Iſai. 32. v. 6.

חֹסֶר *m.* Inopia, penuria, defectus: וְחֹסֶר לֶחֶם & penuria panis, Amos 4. v. 6., וּבְחֹסֶר כֹּל & in penuria omnium rerum. Deuter. 28. v. 48.

חֲסַר *Idem*: *Conſtr.* בַּחֲסַר־לֵב יָמוּתוּ defectu animi, dementia moriuntur, Prov. 10. v. 21. *& adjectivè*, *ut ſequitur*:

חֶסֶר *m.* *Idem*, Job 30. v. 3. כִּי חֶסֶר יְבֹאֶנּוּ quod inopia obveniet ei, Prov. 28. v. 22.

חָסֵר *m.* Deficiens, deſtitutus, carens, egens, indigens; מָה־אַתָּה חָסֵר עִמִּי cujus tu indigens es apud me? 1. Reg. 11. v. 22. *Conſtr.* וַחֲסַר לָחֶם at carens, *vel* indigens pane, 2. Sam. 3. verſ. 29.

חַסִּיר *Chald.* *Idem*: וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר & inventus es deficiens, Dan. 5. v. 27.

חַסְרָה Haſrá, *nom. propr. patris Thecuath*, *vel Thecuæ*, 2. Paralip. 34. v. 22., *qui* 2. Reg. 22. v. 14. *dicitur* Araas.

חֶסְרוֹן *m.*, Eccleſ. 1. v. 15., Defectus, inopia, indigentia; *& juxta Vulg.*, ſtulti, *hoc eſt*, ſapientiæ inopes.

מַחְסוֹר *m.* Egeſtas, indigentia, penuria, Judic. 18. v. 10. *Cum affix.* כָּל־מַחְסוֹרְךָ עָלָי omnis penuria tua ſit ſuper me, Judic. 19. v. 20. *Plur.* וּמַחְסֹרֶיךָ כְּאִישׁ מָגֵן & egeſtates tuæ, *id eſt*, maxima egeſtas tua, ut vir clypeatus, *ſcilicet* advenit, Prov. 24. v. 34.

חָפָא *Vide in ſequenti dictione.*

חָפָה Texit, occultavit, operuit : *Præt.* וְחָפוּ רֹאשָׁם & operient caput ſuum, Jerem. 14. v. 3. *Particip.* וְרֹאשׁ לוֹ חָפוּי caput ipſi erat opertum, 2. Sam. 15. v. 30. *Niph. Particip. fœmin.* נֶחְפָּה בַכֶּסֶף tecta argento, Pſal. 68. v. 14. *Pih. Præter.* חִפָּה זָהָב obtexit auro, 2. Paralip. 3. v. 9. *Futur. per Apocop.* וַיְחַף אֶת־הַבַּיִת & obtexit domum, verſ. 7. *Cum affix.* וַיְחַפֵּהוּ & obduxit, texit eam (*domum*), 2. Paralip. 3. vv. 5. 8., *& cum* א *loco tertiæ radicalis*, וַיְחַפְּאוּ 2. Reg. 17. v. 9., & occultarunt; *LXX. eſt*, induerunt; *Vulgat.*, offenderunt (verbis non rectis); *Joa. Simon habet*, & obtexerunt, incruſtarunt; *Alii vertunt*, tecte perpetrarunt res, *quæ non erant rectæ*.

חֻפָּה f. *Vide infra poſt* חָפַף.

חֻפָּה Huppá, *& juxta Vulg.*, Hophophá, *nomen propr. Sacerdotis*, 1. Paralip. 24. v. 13.

חָפַז Commotus eſt, *cum pavore*, trepidavit, contremuit: *Item* acceleravit cum tremore, feſtinanter ſe ſe abripuit, *ſeu* ſubduxit, *metu periculi*, præceps fuit : *Infinit.* אָמַרְתִּי בְחָפְזִי dixi in feſtinando me, *id eſt*, in feſtinatione mea, *vel* trepidatione, Pſalm. 31. v. 23., *qua phraſi Judæi utuntur in fine ſuarum Epiſtolarum, pro eo, quod latine dicimus*, ſcripſi raptim: *LXX.*, *& Vulgat. ibidem vertunt*, in exceſſu mentis meæ; *&* Pſalm. 116. verſ. 11., in exceſſu meo; *Aq. autem*, *Sym.*, *atque Hieron. habent*, in ſtupore meo; בְּחָפְזָהּ, 2. Samuel. 4. verſ. 4., cum feſtinaret illa; בְּהֵחָפְזָם, 2. Reg. 7. v. 15., *ubi Maſſorethæ legunt*, בְּחָפְזָם cum feſtinarent illi, feſtinantibus, *vel* feſtinanter fugientibus illis; *Vulgat. habet*, cum turbarentur. *Futur.* יַחְפּוֹז, Job 40. v. 23., *LXX. eſt*, αἰσθηθῇ ſentiet, ſentiat; *Sym.*, καταπλαγήσεται percelletur, conſternabitur; *Vulg.*, mirabitur; *Aliis eſt*, feſtinat: *Plural.* וְאַל־תַּחְפְּזוּ neque trepidate, Deuter. 20. v. 3. *Niph. Præter.* נִבְהֲלוּ נֶחְפָּזוּ conturbati ſunt, trepidarunt, commoti ſunt, *vel*, *juxta quoſdam*, feſtinare coacti, in fugam converſi ſunt, Pſalm. 48. verſ. 6. *Particip.* נֶחְפָּז, 1. Sam. 23. v. 26., acceleratus; *LXX. eſt*, tectus, tegens ſe; *Aq.*, attonitus; *Sym.*, contractus (*metu*, *vel timore*); *Theod.*, abſcondens ſe; *Vulg.*, deſperabat, *ſeu* deſperans erat; *Aliis*, trepidans, feſtinus, ad feſtinandum impul-

impulſus. *Futur. plur. cum* Nun *paragog.* יַחְפְּזוּן, Pſalm. 104. verſ. 7., trepide ſurripuerunt ſe; *Alii vertunt*, cito abire cogebantur, in fugam vertebantur; *Vulgat.*, formidabunt.

חִפָּזוֹן *m.* Feſtinatio, Exod. 12. v. 11.

חוּפָּם Hupham, *nomen propr. filii Benjamin*, Num. 26. v. 39., *qui etiam dicitur*

חֻפִּים Hhuphím, *& juxta Vulg.* Ophim, Gen. 46. v. 21.

חוּפָמִי Hhuphamí, *& juxta Vulg.* Huphamitæ, *nomen propr. poſterorum Hhupham*, Num. 26. v. 39.

חָפַן *Radix Hebræis inuſit. Arab. in octava Conjug. ſonat latine, Joa. Simone teſte*, cepit, ſumit; *Inde eſt*

חֹפֶן *m.* Pugillus, pugnus, *id eſt*, manus contracta, *qua aliquid* capimus, *&* tenemus; *Vulg. eſt*, manus. *Occurrit in ſolo Duali*: מְלֹא חָפְנַיִם præ plenitudine utriuſque pugni, Eccl. 4. v. 6. *Conſtruct.* אֶל־חָפְנֵי in pugnos, Ezech. 10. v. 7. *Cum affix.* וּמְלֹא חָפְנָיו & plenitudinem pugillorum ſuorum, *id eſt*, plenos pugillos ſuos, Levit. 16. v. 12.

חָפְנִי Ophní, *nomen propr. filii Heli Sacerdotis*, 1. Samuel. 1. verſ. 3.

חָפַף Texit, protexit: obtexit, operuit: *Partic.* חוֹפֵף עָלָיו, Deuter. 33. v. 12., obtegens ſuper eum, *id eſt*, protegens; *Aq. vertit*, παςώσει thalamum ponet, inſtruet; *Hieron.*, *& Vulg.*, quaſi in thalamo morabitur; *referebant ad* חֻפָּה.

חוֹף *m.* Portus, *quaſi navium* protectio; *LXX.*, *Vulgat.*, *& aliis eſt* littus; *ſic autem dictum quibuſdam videtur*, *quod fluctibus* fricatur, *&* abluitur, *a* חָפָה, *quod Arab*, *& Chald. eſt*, fricavit, deterſit, lavit, lavando purgavit, Geneſ. 49. v. 13., Joſ. 9. v. 1., *&c.*

חַף Nitidus, mundus, tectus ab immunditia, Job 33. v. 9.

חֻפָּה *f.* Obtectio, protectio, Iſai. 4. v. 5. *Item* thalamus, *nuptialis propriè*: *Cum affix.* מֵחֻפָּתוֹ de thalamo ſuo, Pſal. 19. verſ. 6., וְכַלָּה מֵחֻפָּתָהּ & ſponſa de thalamo ſuo, Joel. 2. verſ. 16.

חָפֵץ Voluit, optavit, deſideravit, deamavit, delectatus, oblectatus, bene affectus fuit: placuit, complacuit: *Conſtruitur cum Accuſativo, & Ablativo mediante præpoſ.* בְּ.

Non-

Nonnunquam etiam, ut eruditi quidam abitrantur, ſignificat, erigere; arrigere, movere celeriter, motitare, flectere, *quaſi a* חָפַז, *literis* ז, *&* צ *commutatis, quæ homogeneæ ſunt. Præter.* חָפֵץ בְּבַת יַעֲקֹב deamavit filiam Jacobi, Geneſ. 34. v. 19., *cum præfix.*, הֶחָפֵץ, 1. Reg. 13. v. 33., qui voluit, qui vult; *& juxta Vulg.*, quicumque volebat; *Fæmin. in pauſa*, חָפֵצָה, Iſai. 66. v. 3., delectata eſt, complacuit; לֹא חָפַצְתָּ בָּהּ, Deuter. 21. v. 14., nolueris eam, non ames eam, non complacitum ſit tibi in ea; *Vulgat. habet*, non ſederit animo tuo. *Infinit. cum præfix.*, הֶחָפֹץ, Ezech. 18. v. 23., an volendo, deſiderando, oblectando? *Futur.* אֶחְפֹּץ, Ezech. 18. v. 23., *&* אֶחְפָּץ, Job 13. verſ. 3., volo, יַחְפֹּץ זְנָבוֹ כְמוֹ־אָרֶז, Job 40. v. 17., cum volet, cauda ejus eſt ut cedrus, *ſcilicet*, arrecta, & immobilis; *hyperbole*: *Ab. Eſra exponit*, יַעֲמִיד erigit, arrigit caudam ſuam: *R. Levi, & Ab. Eſra*, celeriter movet, motitat: *Vulg. vertit*, ſtringit caudam ſuam quaſi cedrum, *ideſt, ut quidam interpretantur*, caudam firmat in morem cedri, ut dura, & ſolida ſit; *Alii contra habent*, ad libitum flectit, & retorquet caudam ſuam, licet hæc ipſa valde adinſtar cedri firma ſit, *quod eſt maximi roboris argumentum*; *Alii tandem in hunc ſenſum acceperunt*, oblectabitur cauda ſua, quæ eſt ſicut cedrus; *Fæmin. cum præfix.* עַד שֶׁתֶּחְפָּץ, Cantic. 2. verſ. 7., donec, quoadusque velit, *ſive* voluerit: *Plur.* יַחְפֹּצוּ, Iſai. 13. verſ. 17., Jerem. 6. v. 10., *in pauſa*, יֶחְפָּצוּ, Pſal. 68. v. 31., *& cum* Nun *paragog.*, יֶחְפָּצוּן, Iſai. 58. v. 2., volunt, deſiderant, delectantur.

חָפֵץ Volens, deſiderans, qui delectatur re aliqua, Pſalm. 5. v. 5., *&c. Plural.* אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים quem vos deſideratis, Malach. 3. v. 1., *Conſtr.* חֲפֵצֵי צִדְקִי qui delectantur juſtitia mea, Pſal. 35. v. 27. *Fæmin.* בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה animo cupido, 1. Paralip. 28. v. 9.

חֵפֶץ *m.* Voluntas, deſiderium, ſtudium, delectatio, oblectatio, oblectamentum, optatum: *& metonymice* res, *in quam* voluntas, *&* deſiderium *fertur*, *qua quis* delectatur, Iſai. 53. v. 10., 58. v. 3., Job 31. v. 16., *&c. Apud Salomonem in genere pro* negotio, *ſive* re *ſumitur*, *ut* Eccl. 3. v. 17., 5. v. 7., 8. v. 6. *Eleganter conſtruitur cum præpoſit.* ב, *ut*

ver-

Verbum ipſum: אֵין חֵפֶץ לַמֶּלֶךְ בְּמֹהַר non eſt oblectatio regi in dote, 1. Samuel. 18. verſ. 25., לְכָל־חֵפֶץ omni negotio, Eccl. 3. v. 1. *Cum affix.* מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ ut non invenias voluntatem tuam, Iſai. 58. verſ. 13., *id eſt*, obſequaris libidini tuæ, cupita exſequaris: *Plural.* וְכָל־חֲפָצִים & omnia deſideria, quæcunque expetuntur, Proverb. 8. v. 11. *Cum affix.* כָּל־חֲפָצֶיךָ omnia deſideria tua, Prov. 3. v. 15.

חֶפְצִי־בָהּ Hhephtſi-vá, *Vulg.*, Haphſibá, *nom. propr. matris Manaſſis regis Juda*, 2. Reg. 21. v. 1.

